Digitized by Google

6
19-c
12

Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

21-6-24

21.7.22.

D 8/30

6.19.c.12

IVLII

CAESARIS SCALIGERI

VIRI CLARISSIMI

POEMATA

OMNIA

in duas partes diuisa.

Pleraque omnia in publicum iam primum prodeunt: reliqua vero quam ante emendatius edita sunt.

SOPHOCLIS AIAX LORARIVS

stylo Tragico

AIOSEPHO SCALIGERO

IVLII F. translatus.

Eiusdem Epigrammata quædam, tum Græca tum Latina, cum quibusdam e Græco versis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pantaleonij Raggij Gennensis

In Bibliopolio Commeliniano.

1600.

POEMATVM INDEX.

Priore parte continentur.

Apicula, vbi Epistolæ,	1
Nemesis,	55
Teretismata, vbi Satyræ,	71
Noua Epigrammata,	106
Farrago,	140
Thaumantia,	209
Ara Fracastorea,	239
Nympha indigena,	254
Adamanty Catelli tumulus,	272
Heroes,	286
Archilochus,	376
Heroina,	334
Hipponax,	360
Sidera,	428
Anacreontica,	441
Lacryma,	492
Ænigmata,	512
Vrbes,	542
[illegible]	574
Manes Catulliani,	593
Ata.	621

Altera vero continentur.

Hymeni,	3
Diui,	29
Diua,	60
Excessus,	85
Epidorpidium lib. VIII.	90
De regnorum euersionibus.	300

HOS VERSUS

Librorum suorum fronti

IVL. CAESAR SCALIGER

semper præponebat.

Βάρβαρος οὐ πέλομαι, ἀλλ' οὐδέ τε εὔχομαι εἶναι,
Οὐδ' ἂν ἀμειψαίμην πρὸς Κρονίωνα πάτραν.
Ἦν δὲ Σκαλανῶν θείων γένος, ἔρνος Ἄρηος,
Ψοῖβον ὅλον κατέχων στήθεσι, παῖγμα τύχης.

IVLII CAESARIS SCA-

LIGERI APICVLÆ

AD

VIDVM BRASSACVM

PRAESIDEM BVRDEG.

Dedicatio.

QVas veteres olim Graij cecinere ministras
Legiferæ latices Cereri aggessisse liquentes,
Rorilegæ tibi mella ferant si, Vide, puella,
Suauia nectareo mulcentes verba susurro:
Quo rauci tibi torua fori fastidia tollant:
Ecquid gratum erit? & veniam fortasse mereri
Sunt verita: ingenuo suffusa, ora rubore,
Dum prodire volunt, cupiunt in luce latere,
Ancipites hominum quo se sententia vertet,
Tam varia, & tanto inuidiæ suffecta veneno:
Vt liceat vix supplicium expectare: quod ausæ
Atterere audaci morula tanta otia, quanta
Succidis de iudiciis, studiisque seueris:
Atque in secessus furtim traducis amœnos.
Nam velut iratos pelagi cum nauita vultus
Pertulit: & redit optatæ spes blanda quietis:
Tum freta si posuere, minas oblita priores:
Quassas sarcit opes animi, satur, atque ita ludo,
Et cantu indulget: quasi semper sorte secunda
Vsus, odoratas figens in puppe coronas.
Sic & vbi sapiens rabidæ fera murmura sortis
Excussit victor: simili post illa tenore

Nec leuis exultat, memori nec tangitur Ata.
Et nunc conſiliis dubiis inuoluitur acer:
Nunc opus ex illis, quantum res exigit, ambit.
Seu ſua ſuppetias poſcant, ſiue oret amicus.
Perfunctus quibus, in vultu ſtans ſemper eodem,
Aut multo non abſimili, conuertitur ad quæ
Felicem Genius cæli vocat. ille minaces
Aut legit hiſtorias, quo ſeſe efformet ab illis:
Aut Helicona quatit. quo motu percitus ille
Fundit ab ignoto mellitos fonte fluores.
E quibus ipſa mihi nunc haurit Apicula: quæ te
Audet ad ingenuos leuis imitare liquores.
Ni refugis tenueſque ſonos, humileſque camœnas,
Mollia ſectantes, & humi repentia verba,
Non plebeia tamen, ſuaui nec inania ſucco.
Flectere, & aligeras Cereris Braſſace puellas
Ad te admitte libens. puro tibi fonte recentis
Turba fauni liquidos latices operata laborat,
Floribus e ſummis detergens ſedulas rores.
Illa volat tibi iam. Viden, vt pernicibus alis
Explicuere aciem plenis examina nimbis,
Auguſtumque caput placidis cinxere choreis
In numerum? Quin vera canam. quin mella tibi illæ
Nulla ferunt, ſed adulantur, quo dulcia poſſint
Sublegere, altiloquo quæ iſto populentur ab ore,
Libantes placide, nutum, lucémque verentes,
Mella mihi vt referant quouis potiora metallo.

Quare verſus faciat.

Si mea mens vlla potuit ratione moueri,
Ne verſus facerem: ſeu ſegnis mollia captans
Otia, ſeu metuens criticos, famámque ſiniſtram,
Abduxiſſem animum, cœnas ſectatus & aulas,
Priuatus ne domi diſtenta in pelle quieſcem.

Sed

Sed nos numen agit, quodcunque est illud: opinor
Pars Fatum dixere: alis Fors nomine dicta est.
Sic, quasi de cumulo cuique euenisse, quod vrget.
Hinc amens se nauta premit, sibi perditus instat,
Vt sit lucro aliis. funesta dedicat hora
Miles honoratam vitæ sic prodigus auram,
Et metuit non velle mori. decus id putat vnum
Haud vixisse: nisi in stolido moriatur honore.
Ergo hoc, siue datum est, dandi fuit vnde potestas:
Seu temere arreptum est, nec habet prudentia laudem
Amissi impery miserum hoc solamen anhelo.
Vt taceam, quam solicito de gurgite rerum,
Heu quibus infelix animus male fluctuat, isto
In portu recreet Phœbi spirabilis ardor.
Et iuuat, e tetricis Stagirita labyrinthis
Egressum, mediocri aura, leniqueque foueri,
Quæ mihi musarum tenero de pectore surgens,
Aspirat requiem in cura hac, blandoque labore.
Quod si non aliis multo certamine famam
Affectatam, etiam extortam, tenuisque & ineptus
Assequar, id nihil est. non hoc peto. id ambio, vt vnus
His procul a populo videar vixisse profano.

Mortis contemptus, & constantia.

Quando erit, vt vitrei propter vada torua Garumnæ
Dispicere inter nos liceat primordia mundi?
Aut cur hos titulos Miletus magnus alumnus
Vindicet humori, refluis cur incita metis
Oceani se aliter vis infert hic, vbi regnas,
Atque aliis, Brasace, locis. qua denique origo
Sit fluuiis: fluctu maria vt suspensa tumenti
Ad plenam insurgant veluti prægnantia lunam.
Posthac, aut prius, vt deceat nos viuere. nanque
Et scire, & facere, efficiunt nos esse beatos.

Vtrum defuerit, tantum hinc decedat, oportet.
Principio vt mortis contemptus vita sit. atqui
Si viuam tanquam moriturus, non moriar tum,
Cum moriar. moritur, semper qui viuere credit.
Scilicet hic vulgo diffusus territat horror
Obscuras mundi maculas, animasque minutas:
Cum nihil ex aliquo fieri, timuere futurum.
Cum tamen is timor acer adest, mors atris abest: cum
Mors aderit, timor ille aberit. dirimit procul vnum
Punctũ, ac momentum, vt nequeant simul esse. Quid ergo?
Si non sum, patiar? si sim, mutatio nulla est.
At tetra incutiunt mihi tartara dira pericla.
Falle vafer vitam: falles quoque tartara. nanque
Si desideria efficies virtute minora:
Candida perpetuis sedes promittitur astris.
Quocirca non sunt longissima secula vita,
Sed sunt optima de Superis optanda. nec ipsis
A precibus, sed consiliis, sed luce bonorum
Inculpata operum, parvo contentus, & intra
Me, euadam magnus: ferar extra, atque arduus vltra
Naturas humiles, sperati compos honoris.
Quem non ambitio, vani nec opinio vulgi
Dat ve, adimit ve mihi, sed ego, ac vis prouida cum Diis.
Contra fortunam nullus sit firmior agger,
Nullus obex, nullus castrensis ericius, atque
Nil nimium velle, & modicis assuescere. Quantum
Dat natura feres semper, nunquam auferet illa,
Donec te amoueat curis mordacibus, vnde
Sat lucro exoluisse pedes, & ad æthera veram
In patriam ascisci felicis ciuibus aula.

Quare scribat.

Inter honorata studium sapientiæ, & illas,
Huc ad nos quæ sunt demissa cælitus, artes,

Quæ

Quæ mi explere queant animum, satiareque nunquam,
Hoc etiam blanda decus immortale camœna
Exercere aliqua libuit, ne casus, & expers
Sine his munditiis, cultu quæ aptantur honesto;
Siue bonis esſem, quæ circunducere fatum
Imperio ſuerunt ſæuo, & ſubducere mortem,
Corporibus quæ lege venit naturæ, animiſque
Ignauis, qui ſe exuerint, hominemque ſimul. Nam
Plebs moriens alius, moritur, verum & ſibi viuens.
Propterea te verſiculis, Braſſaue, ſaluto
Sæpe meis, verbis cum poſſim lege ſolutis
Commodius. verum mirum quantum bene culti
Sermonis famulum ſuauis me captat amor, quem
Non delere metus, non deterrere labor quit:
Ne riſum moueam, ne fruſtra obnitier auſim.
Nam quanquam Romæ externum me barbara tellus
Extulerit: tamen inde ad eam mens me appulit audax,
Et ciuem fecit, quantum ad linguam attinet ipſam.
Nam ipſe & Romanus lingua in patria eſt peregrinus,
Moribus antiquis tam diſtans more ſuo, quam
Longe eſt verus homo a ficto, & viuente cadauer.
Vix ita Roma ſui, atque ſui eſt nunc nominis vmbra.
Quo ſit, [illegible] & ipſa relinquat
Sermonis patrij veris monumenta Latinis,
Qui Latium frugíq; animo ſimul, atque venuſto,
Et virtute queunt repreſentare vetuſtum,
Nec minus exculta diſponere carmina lingua.
Quos inter ſi me vel dignum nominis aura,
Vide, pates, iam non factorum pœnitet, aiam,
Affirmemque tuo talem, Braſſace, periclo.

Petit librum Lilii Gyraldi de poetis.

Poſtquam animum induxi, nil prætermittere, quod ſit
Ad bene viuendum conducibile, atque beate:

Omnia perreptans vestigia, nec angulum in omnem
Insinuans, paui mentem farragine multa,
Et varia, posem in veri si intingere nectar,
Extricans rectum e curuis, insensus iniquis.
Quare etsi medicus, mediastinusque Lycei,
Attamen haud etiam nugas dedigner ineptas,
Ambitio seu nos satiat Germanica praeceps,
Inuersis temere plagis, scopisque solutis:
Seu cunctatores spes elisere necando.
Fixum etiam in triuiis contemplor sepe numisma:
Haud equidem vt tollam: verum vt dignoscere possim.
Tanto impensius admiror, veneroque, quod acri
Et cura, & meditatio fert te iudice palmam:
Cui nihil intactum est, incompertumque remoto,
Quicquid factio dissidiis hirsuta proteruis
Mordicus aut retinet, aut aspellit stomachosc.
Quocirca egregios inter, lectosque labores
Hoc onus adiuta, tamen etsi iam grauis annis,
Quod curuis humeris gesto. Quod, quaeris? vt vnde
Lux aliis orta est, ne sit mihi fama tenebra.
Quod per te factum est antehac: ne desere quaeso
Officium. Vt sicut librorum sepe me egenum
Barbarico in populo merentem, Vide, leuasti:
Oratus mittens mihi tum qui forte deessent:
Nunc itidem facias. Nempe ardeo scire, poetis
Lilius in Graecis quid senserit, atque Latinis,
Ergo hoc in te vno est, vt possim consequi, & isti
Nunc haerere opera, cum Saturnalia prisca
Inter inhumanas curas bene grata propinquant.

Damnat Stoicorum duritiam, & omnia extrema.

Omnibus in rebus, quas natura ambitus arcet,

Regnum

Regnum agitat recto gaudens Sapientia. totis
Imminet ignaris veri Fortuna, pigrisque
Ventribus, & Veneris famulis, vmbrisque macelli.
Illa voluptatis falsæ, pinguisque quietis
Inspirat virus, torquens restim, atque retorquens:
Qua nos saltatum ducbet. sic somnia vulgo
Vera videntur: vt imponit sibi stultus, opinans
Nil crepidam supra esse hominis, verum alter ab isto
Sese infert longe rerum diuersus in orbem.
Nanque isthæc falso bona credita vera popello
Si non accipiat, faciet sibi, largus opum: etsi
Mi videatur inops. Ita sunt extrema secuti
Ille sibi indulgens ignauo, hic omnia versans.
Ecce autem medius, qui se contentus, amico
Quam det, habens operam, plusquam sibi poscere curet,
Secum habitans, præsens sibi, nulli alienus, in omni
Ipse loco locus, atque in tempore tempus, & omnia
Omnibus, atque sibi, atque aliis, suus intus & extra.
Quo fit, vt huic nostro nullam des porticus vmbram:
Sed spatietur ad abducti laureta Lycei.
Nam quid hoc est hominis, nullius qui tollere curet
Lapsum hominem in foueam, clamantem voce diserta
(Quin sine voce etiam miser est facundus in ipso hoc)
Suppetias? tum præterea meus iste ab vtroque,
Corporeque, atque animo eductus, non curet vtrunque.
Curet item, quod vtrique bonum, quod vtrique necesse est:
Quatenus, atque quoad liceat, quod profore credat.
Non quod ab excessu, aut defectu possit obesse.
Nam medij soboles est sacrosancta voluptas.
In quencunque gradum sibi se subduxerit, inde
Fit spuria, & patinas Epicuri, ac pemmata lingit.

Cacozelia Fernelii, & fucantium sacros libros.

Nulla mihi omnino rerum, Brassace, videtur
Plus auersari mundum meretricis, & auram,
Quam matrona facit. Quo se plus fucet, eo plus
Palleat, & plus, quo plus implet, eo fit inanis.
Rideo, si medicus spurca de face loquutus
Ampulletur: & a decimo vix ordine quoque
Verborum expressit verbum, quod fecerit ad rem.
Interea expecto sudans, quid ructet ab ampla
Bulla. Sic sitio, sitit & nihilominus illa
In mediis intercus aquis oratio putris,
Tympana vana sonans tumidi ventosa parentis.
Hoc tamen est aliquid: cincinnos, & calamistros
Arti rusticulæ, spinthera, stalagmia, inaures
Indere, & armillas. non auersabor ineptus,
Si fruges Arabes animauit rore Latino:
Aut Arabes, aut quæ Graiis peperere coronam.
Verum animi pendens misere ne torqueat. Heus tu
Pasce, nec occide. occidet mora. tolle: sequar te.
En quocunque voles captiuum hinc auribus abduc.
Quod si quis monet, vt mi animi det iura modesti,
Ferre docens, ferri sicut mea crimina vellem:
Accipiam & patiar, modo ne extorquere paret mi
Laudes, vt veniam. ignoscam: laudare recusem.
Et iubeam hunc sibi plaudere, me populoque silente
Parieteque in proprio sibi conduxisse theatrum:
Quod nec posteritas, nec nostra hæc sæcla rotundent.
Tanto, Vide, minus, plus inuitusque legam, quæ
Cantibus in sacris ioca confudere profana
Nympharum, & Protei. idque genus sic monstra nefanda.
Nec recinam Solymi sancto quæ Regis ab ore
Scita, excepta in suauibus inuoluere camœnis.

Dum

Dum numeros miſere metuunt vaſtare Latinos:
Et numeros, & res deprauauere prophetæ.
Ergo ego, cum me cæleſtes reuocabit ad arces
Spiritus a mundo hoc, patefactaque flammea gaza
Actutum tacitis incenſus vocibus, ardens
Prædeſiderio patriæq; patriſque videndi,
Provitulo mentem imponam fatalibus aris.
In quibus haud fundat teneram cum ſanguine vitam
Hoſtia, quod priſcis olim vetus illa fuerat:
Amiſſam reparet ſed Chriſti in ſanguine vitam.

Vitæ partem deſcribit, & de fama.

Si quæris, quid agam, pius, officioſus amicus,
Vt ſolet, ac te æquum eſt, cape. Somnus mi aufugit. Ille
Nulla ope natura, nulla vult arte teneri,
Siue tenere, nec illectus modo tangere. Quare
Paulatim conſumor, inops ſucci, atque ſalutis.
Et male tabentes artus deformat egeſtas,
Emacians, carpens quodcunque hoc relliquiarum.
Siue rat arthritis rugoſam inſternere pellem.
Ne tamen hoc credas, curas indicere bellum,
Quod patriy deſiderium, & ſpes mortua cæli,
Neu quod re meliore epulas ſtruat Orphnus, hirudo
Pupilli, ac viduæ. Vetus eſt amiſſa cicatrix.
Amiſſæ ſedis facta eſt oblivio virtus.
Seque propinare hæredi dementia pura eſt:
Fors inimico etiam. Nihil horum mi officit. illud
Subuereor, ne ſit promptum ſurrepere virus
Ambitio, famæ ſitis immortalis. at hoc quid?
Siue aliquid ſumus, vt verum eſt: (nam quid mihi læti
Fama ferat mœrenti abitum ſub tartara, cælo
Si potior: quanti eſt adeum hic reſpectus inanis?)
Quid tum animi mihi ſit, ſi non ſim? abſiſte moueri:
Senſis, ſeu non ſis. nihil horum pertinet ad te:

Postquam hic non fueris. Dum sum, cur ergo laborem
Vt non sim, quasi post, vbi non sim, simque futurus,
Me tamen hac febris tenet, & sine fine tenebit:
Vt stulte, ac misere sumus omnes religiosi,
Omne hominum genus. Hoc dempto, non lenior infans,
Sedulitas mercatori non maior: opella
Promptior vxori praestatur diuiti: amico
Non praesto magis vllus. Amor cum simplicitate,
Ne me forte putes, quod agit pars maxima, rerum
Affinem illarum, quas fert morosa senectus.
In controuersis medium seco, iudico parcus,
Nec mihi, sed rationi, aut quod ratio esse videtur.
Milito, securus, quid mordicus hic tenet, aut hic.
Sic mi etiam insomnis, quod rectum est, personat auris,
Postquam ex ore Dei demissum caelitus hausi:
Aeterna referens speciem vitae, atque colores,
Sic sum, cui videar forte haud incommodus, vti
Me liceat, tibi praesertim, qui solus, & vnus
Literularum praesidium es, portusque quietus.
Nam populo si displiceam, hoc placuisse merebor.

Causidicus & medicus.

Si meret hoc medicus, quod creditur esse bono, cui
Praestat opem: contra, quinam cruce dignus habetur,
Si morbum prolatat, eo non more, Tuellus
Quo solet, ignarus rerum, officiique salubris:
Verum vt plus habeat: verum vt plus soluere possit
Extorta a miseris lati diuergia fundi,
Si litem peperit rabiosa insania dura
Cerusici, mala mens, ingrata superbia: (morbo huic
Quis simulis, quis par morbus?) me prouehit atra
Bilis ad artificem scelerum, consultus haberi
Qui iuris petit. huic narro, quodcunque videtur
Esse operae ad causam. laudat: sterilemque mihi spem

Pregnan-

Prægnantem facit. at pariet mille illa dolores,
Mille neces. abeo. atque huic aduersaria quæ sit,
Afferri iubeo a famulo. Conuenit eundem
Nomine mutato. laudat nihilominus. Vltro
Irritant timidos, si quem cessare verentur.
Hoc me deduxit dubia ad confinia vita.
Parpertas sit opes? opulentia nil sit habere?
Haud aliter tutus vives. Sic turba canum te
Latrat. conficiet, redimas nisi tè ocius offa.
Elige, an esuriens malis, miserande, perire,
An rodi satur. In medio nil denique tutum:
Nil & in extremis. Ferrum si desit, at ipse
Se arrodunt lima. Nusquam comœdia mouit
Spissius, aut risum densa excepere theatra,
Quam duo causidici propriis de rebus, acerbis
Cum certant odiis, controuersantibus illis.
Rudere tum credas medicos de pelle caprina.
Qui dum ringuntur prima de sede tumentes,
Præcq; rogatina: atque Latina vocabula captant:
Interea ægrotus, cuius res vertitur, & cui
Conducti assistunt, frustra hæc certamina damnans,
Detestatus eorum effœta voce querelas:
Ignota extinctus testatur morte furorem.

De Lucretio.

Risi, quem veneror, nuper, Brassace, canentem
Principiorum alios, alios que ex ordine motus,
Lactea nectareo fundentem flumina ab ore.
Nullo consilio discreta esse omnia primo
Motu, atque incessu, quæ fors temeraria cunque
Sedem assignauit, sortita esse illa: nec vlli
Esse in eam imperium nunc vllum, vnquamve fuisse.
Sed grauitate sua terram discludere cælos
A medio, vt quondam nebula de fontibus imis

Terra-

Terrarum per opas tenues cum sole cientur.
Quam numeros, quam magniloquis affinia Musis
Carmina, quam ignigeni mirer momenta furoris:
Tam doleo, Brasace, vices, nixusque diserti
Iudicij, ingentium cum det graue, cum leue rebus:
Autorem amoueat quasi depositum natura
Abiuret. Nam si temere hoc graue, & hoc leue dicat:
Dicat idem quoque hoc esse, simul non esse quod hoc est.
Sin terra hoc quod erat, sibi terra haud esse nequit, si
Aut debet sibi tum, aut alij. si seipsa mouebit:
Haud temere est motus, si alius iam destinat illi hoc:
Haud temere est, ordo temere fit denique nullus.
Tum ex insensilibus qui scripsit sensile gigni
Corporibusque addi primis sonitum, atque colorem.
Sepeque naturai his rebus nomen adumbrat.
Si partes mundi, quem summam nominat ipse,
Conciliari natura, constare profesus:
Cur non natura totius concilium det?
Praterea postquam suprema in templa recessit
Et vapor, & tenuis tum primum machinacali:
Nuncque loco proprio sunt: cur non tuta quiescunt?
Nam quid enim quarunt: si id habent, quod quarere primū
Instituere: & malunt irrequieta moueri;
Si tenuisse licet bene tum placita otia Diuis.
Nam si motus ab aduersis discreuit: & hic hæc
Depugnant ideo, quod sunt contraria: quare
Sese vrget celum, sibi sit quasi perditus hostis?
An alias ambit sedes melioribus ausis,
Sisyphus vt voluit labentia pondera saxi;
Inque opere est semper misere, neque proficit hilum?
Hoc scripsi, quoniam multos insania versat,
Quorum auidos animos, blanda furatur ab aure,
Mellea contingens florenti dicta lepore.
Vnde sibi placeant alieno in crimine turpes,

Docti

Docti homines alioqui, acres, culti, atque politi.
Quid dicam? an ſua cuique Deus ſit dira cupido?

De poetis a Platone eiectis e repub.

Mirum ni, quæ conſtituit præcepta poetis
Ridicula admiſcens, idem ſubuertit Homerus.
Quæ Diis attribuit ſcelerum commenta malorum &
Quæ heroum turbæ tetro lita facta furore:
Quodlibet horum vnum meritis præponderat illis
Omnibus, vnde ambit primacum laude coronam.
Quo fit, vt e mira Plato pulſum eliminet vrbe.
Verum idem quod ait, cunctis hac lege poetis
Deberi exilium, leuis exulet ille ſibi, cum
Haud contemnendi fuit autor carminis, & quod
Addidit, eſſe imitatorem, nil præterea: ergo
Damnat, quæ a formis dependent penſilibus. Tum
Non ſeipſum impugnat? Dic dum mihi: nonne quod ipſe
Digerit in varias perſonas lege ſoluto
Sermone, hoc totum eſt imitatio, fictio? nanque
Vix vnum verbum multis ex millibus, aiunt,
Quæ poſuit, de Socraticis exiſſe fauiſſis.
Quo fit, Ariſtoteles vt malit Socraticos hos
Sermones, veri titulum præferre poetæ,
Quam quæ Parmenides, aut Empedocles ſcripſere:
Verſificatores potius quos autumat. Adde,
Quod, quos circumfert ſapientum nomine turba,
Septem illi, atque alij complures, carmine leges
Ediderunt. ſic ſtat reſpublica tota poeſi.
Quin etiam vis calorum, lex, regula, motus,
Conſenſus, pro concentu, nihil eſt aliud, quam
Harmonia, & rhythmus, facieſque, colorque poeſit.
Quod ſi mendaci figmenta exoſus ab ore,
Tetraque adulteria, illicito diſcrimine labes
Cauſſatur: tunc hiſtoriis monumenta nefandis

Prodita

Prodita sint abolenda: & eo plus, quo quaritur plus
His animus veris, profictis ficta relinquam.

De amore.

Olim qui desiderium definit amorem,
Errauit, seseq; simul, vulgumq; fefellit.
Non accurati nec acuti lex ea dicti.
Non is diuino, nostro non conuenit, haud ei,
Qui in pecudes, qui anima exortes sese induit in res.
Namque Deus qui non, careat quod eo, appetat? & nos,
Cum potimur? Desiderio confecta iuuencum
Errabunda suum cum bucula quærit, amore
Id, fatear, facere. Ast valles vbi vidit ad imas,
Deposita cura veteri, nouam ibi induit, vsque
Ille quoad ferat exultim vestigia, & hærens
Affricet, aut suggat distentas lacte papillas.
Tum desiderio posito non ponit amorem.
Sic & vbi Alpini gleba est vi percita Cori,
Et sublata facit violentis pulsibus auras:
Tandem se in grèmium dimisit tuta parentis,
Post primum desiderium fruitura quiete:
Vltima quæ naturali deuinxit amore.
Vsque adeo veteres potuerunt fallere nostram
Simplicitatem: ideo veneranda quod ipsa vetustas
Dictorum est autorque & fons, & origo bonorum
Multorum. Cape, quod sedet, at quodcunque vacillat,
Aut firma, amoto aut tantundem subiice: & exi
Ipsa e suspitione, minaci & sorte ruinæ.
At nunc vix amor est, sed adhuc vestigia amoris:
Quo prima causa cupimus cohærere, bonoque.
Tum perfectus erit, tum plene verus amor, cum
In patria olim felices hærebimus illi.
Tantum aberit desiderio, vt teneamur ab vllo.
Quidnam amor est ergo? affectus, cui vnio nomen,

Qua

Quæ nos rei fruita coniunctos aptat habendo.
Vnde etiam hæc sunt verba duo: vnde & nomen amoris.
Quod si res absit, desiderium parit. Atqui
Corpore disiuncto, mens ipsa in imagine tota est.
Ipsa anima insinuata animæ: nec sola manere
Quit: sed se applicat, & cacis compagibus hæsit.
His te ego tam raris epulis, Brassace, forensi
Destrepitu fessum, doctas qui lancinat aures,
Accipiam: si festa dies te forte, vel atrum
Iustitium, vel solennis vindemia laxat
A nexu, in quo operam debes ad commoda regni

De partu septimestri.

Res perridicula est. sed non hic protinus omnes
Tangit risus, at infami damnata dolore
Fama acri pupugit pectus mucrone mariti.
Nec locus est falso, nec id obtrectatio iam: sed
Indicium fassa, proprioq; ex ore locuta.
Quaris, vt est? canere hic potuit duplices hymenæos.
Nam deducta domum tum sponsa puella puellam
Alteram habebat in arcanis vteri labyrinthis.
O te felicem geminis sponsalibus. ergo
Quid clamas? retegis magna quid voce, quod ante
Quam tu referas, nemo sciret, quasi præco,
Cum clarat pugilis victrici fronde coronam?
Et vanum fortasse blatis. Nam territa morte,
Quam minstabaris de suspitione, profata est
Quod stulte quaris, nolens reperire: diserte
Cui dictum auertit iugulo; & pectore sicam.
Exede: tu intristi. Nunc iudicium medicorum
Implorat. Dubitant, an sexto mense puella
Nata sit: an qui post sequitur. Concursus eunt ad
Me, pater & verus sponsæ, & pater ille puellæ,
Non pater, vt clamas: pater, vt clamamus, eo quod

Legiti-

Legitimum partum tam iuris regula, quam quæ
Hippocrates docet, atq; Arabes, plenusq; Galenus:
Hi patrem efficiunt. Nam bis centesima lux, &
Altera ab his fœtum maternacondidit aluo.
Quo exactus dubio procul ex his septimus exit.
Propterea quod apud Græcos mensi satis vnde
Triginta luces. quarum quæ est vltima, mensis
Est eadem atque vna in numero quæ prima sequentis.
Quapropter gemino geminam quasi nomine signant.
Quo fit; vt hic totus sic ambitus absoluatur.
Adde quod Hippocrates decimestres sæpe vocat, qui
In decimo nati, non perfecto tamen illo.
Sic non perfectus, tanquam sit, septimus audit.
Adde, quod in toto spatio, quod vertitur intra
Quatuor ac bis centum: & quod subducitur vltra
Centum octoginta; vitales sæpe Galenus
Testatur fœtus: ast vls, aut cis, fore nullum.
Hæc ita cum fuerint a me digesta perite:
Audiui tamen esse aliquos, etsi haud moror, isthic
Baubantes catulos; ronchis qui detrahere ausint
Miherentem capiti rara cum laude coronam.
Quos ego. sed tamen indigni sint Cæsaris ira.
Vertite vos in quas facies mala cunque figura
Inuidiæ astringat: quo vos fert tristis Erinnys:
Omnibus auctalocis adero lux; vnde proteruos
Exiccarim oculos, & limi luminis vsum:
Si lumen potius, nec sit tenebrosa tenebra:
Mancipia horrendæ scuticæ, caculaque scholarum.
Hæc ad te, Brassace, dabam securus, & expers
Ambitionis: vt his medicum ne ambire putent me.
Tantum aberit, primum, vt cupiam me dicier esse.
Nam detritum iri multum mihi censeo fama
Inde bona: si posteritas hoc sciuerit olim,
Has inter medicos operam, nomenque dedisse.

Otium

Otium non ignauum.

Tranquillum genus hoc, paucis imitabile, vita
Aut cupio, aut capto saltem, secretus ab acri
Ambitione, nisi hac, quæ est ambitione carere.
Nam fruimur vitio affini virtutis amore.
Haud tamen, vt se commendans ignauia, solum
Se pectat; saturo soli sibi pectore ructet.
Aut morbi grauis implicitus mordacibus ausis
Prodita viuendi per me sua commoda clamet.
Non alijs desum, vt mi adsim scaber: At neque vero
Vt foueam, quæ sacrauit sibi vulgus ineptum,
Algeo mi. Iccirco viridantes ruris amœni
Illectant vmbra. Non hic mihi nuncius aures
Verberat, appingens dubijs mendacia dictis:
Quid Sultanus agat, quid Rex, quid Cæsar, & is, cui
Ternas pirata tribuit fors stulta coronas.
Quid mihi cum stolidis Anglis, iuga qui noua regni
Inseruere suo veteri, atque externa pararunt
Seruity sibi iura, suis ne ea iusta paterent?
Mecum ideo insidias vario dispono dolori:
Inque voluptatis gremio fio Deus almæ.
Aurea nobilium rerum regina voluptas,
Te qui spernit, inops rationis fundatus est. &
Turpibus in rebus qui collocat. Illa frui das,
Æternis opifex momentis quæ sibi seruat.
Huc ego vimque aciemque meæ, Brassace, quetis
Intendo, haud alio dicendus iure beatus.
Nec tam formosam faciem vlla aspergine tetra
Vrit ephelis, at in solida me pace guberno:
Mi autor, mi populusque, clienque, fidusq. patronus.
Ni expectem; de me reboet quid mobilis Aula.
Hoc vnum potuit verum turbare triumphum.

Spes & metus.

Longum ijs, qui sperant, fit curta diecula ſæclum.
Erigone feruente gelant, in frigore ſudant.
Semihora inuadit miſeros iuuenta ſenectus.
Prægnantesque mora curis peperere querelas:
Suſpitio incruſtans, pauida alternatio mentis.
Non erit: imo erit. At quando? quoadusque? quid? vnde?
Vide, reſorbenti ſi mens ita fluctuat æſtu,
Non ſatius caruiſſe illo, ſperare quod inſtat.
Haud tanti fuerit; regno quater eſſe poſitum,
Quam ſperaſſe ſemel; miſtumque aluiſſe timorem.
Carnifices animi, mora, & expectatio. Quin ſi
Impendere malum ſcierim: iam iam, illico, malim
Id, priuſque ſubire etiam, quam poſſe carere
Tantulum hoc, aut tantum. Quid profuit illud abeſſe,
Si tu id adeſſe facis? Semel id forte ingruet: atque
Inde breui decedet: at & tu præcipis: & quod
Per ſe ipſum abeat, pernici mente retractat.
Hæret te reticente mali letalis imago:
Quam tu ſpem pones, fallax fraudauerit hora.
Eluſum tum pœna manet leuitatis acerba.
At fac, eueniat: non ſit tam dulce, velut cum
Improuiſa cadunt. exemplo ſunt mala. quando
De ſubito currere, necant magis. Aſpice, vt alto
Luce repentina tonitru de vertice terret.
Cum primum crepat, & ſonitu perturbat inani
Ante expectatum. Quod ſi fulgetra ſecundo
Murmure concuſſere, minor pauor occupat aures.
Veſtibulo in primo labiorum blanda voluptas
Sic ſtatim adulatur: tum procedente ſapore,
Aſſueſcit guſtus, nec tum immutatur aperte.
Quocirca ſeu me ſtipat ſapientia rerum:
Seu moneor ſpe, non tetra formidine ſortis:

Seu

Seu sensus vocat, & ratio silet: vtile solum
Clamat, & abducto pudor obticet ortus honesto:
Non sperem. spes est vanorum epulum puerorum,
Et sexus, cui Fors fecit sine pectore portas.

Laudat eum, & Boetianum.

Abs quinis homine accipias præclara libenter:
Verum a præclaro, quantum iuuet? est ibi vero,
Quod gaudere queas cumulate, apponere lucro,
Laudi ducere: quod dignum me hac laude putaris:
Quæ tum in iudicio, magnum tum in mente Boeti
Expleat: & raro me commendarit honore.
Nil te promptius, aut maius pro commodo amici:
Quemq; leues, quemque & foueas. nil dulcius illo
Quam modo muscoso dignetur melle suo: quod
Æquat nectareo prisca omnia mella sapore.
Nil vtroque disertius, aptius, excutere alto
Condita consilio veterum monumenta virorum:
Et conferre nouis. vtro victoria vergat
Designare: atque ambiguis disponere metas.
Vos ego plebeys strepitus, animique maligni,
Insomnisque ad opes cura, leuis ambitionis,
Horret quos malus ipse sui male conscius, hostes
Cum veneror, tum perpetuo venerabor amore.
Nec mihi longa dies adimet, quod ponere suasit.
Sed crescet: veluti natura lege parentis
Paruo turgida seminio surrecta, nutenti
Cum fata luxuriant culmo granumque figurant.
Ille ego, qui paucos admiror, & omnibus inuso,
Quanquam æquus, quanquam tacito candore coruscus,
Vos lectos proceres inter, numerosque chorosque
Musarum, atque aditus sacros Heliconis amœni,
Suauiaque exculta lingua pigmenta latina
Inserere audebo: ac potius per vosmet aditos,

Inscitos, his famæ auidis intexere chartis:
Sanctis trepidis: tantos quando excipere ausint
Heroas, quibus hospitibus mens obuia Phœbo
Experiatur tantum oneris, quantum hausit honoris.
Quod superest: scito mihi commentaria Russi
Reddita, quæ dono misisti, & docta Aretæi
Tentamenta; rudis tam impense inimica laboris;
Quam nunc affectat nugas schola nudi loquaces.
Odillus vero, & suauissima pegnia Tey
(Vt iussi) grata cumulatas laude remisi.
Hæc præceptori mandata expressa data olim,
Cui adolescentum nostrorum pignora cordi.
Is faciet, si non fecit mala bestia pæda-
Gogus, & est nequam librorum hirsuta lauerna.
Inde petes: si forte amens non reddidit ille:
Et me animi dubium absolues responsa morantem.

Ingratus. de Fato, & Voluntate.

Durati sale terga suis pendentia tigno,
Si fors nactu fuit; passis sese applicat alis;
Atque vorat pernix, uncis vbi adhæserit hamis;
Inde cauum, in quo habitet, fodicat; malegratáque tandem
Nycteris, ipsa suas populatur dentibus ædes.
Hoc fortasse parum: & liceat. nihil id nisi solus
Esse potest cibus: vt bruta est res mortua. viuens
Bruta fuit: nulla redimiua propagine nunc est.
At fabæ, quæ simile potuit producere; vt ipsa
Perpetuaretur species; generauerit hilum,
Qui ipsam conficeret (sic gratia grata) parentem?
Fabula quid velit hæc, qui nescit, nesciat. at cui
Coniectura aperit, sileat: soliloque loquatur
Ipse sibi; & secum tacitus considerat; vnde
Gurgulio crescat damno, vitaque parentis.
O terra, o maria, o cælum, o quid denique restat,

Quod

Quod me audire queat: quod opem nec terra recuſet:
Si facitis prauis (namque his ſententia priſca eſt,
A cœlo quicquid venit, atque abit, eſſe creatum:
Quale idcunque facit, quodcunque fit, & fieri quit,)
Aut ſi non facitis: fieri que pati libet, ergo
Vtrouis. namquis culpam non transferet in vos?
Qui prohibere poteſt; ſi non prohibebit; idipſum
Participat: ſed eo plus, quo ipſe potentior illo eſt.
Nam quis ſi ipſe vetet, non fecerit hic, facit ergo,
Qui permittit. At arbitrio permiſſu ſoluto
Sunt ſua cuique ſibi facta æque, ac dicta. repugnant
His quidam: ſed ego accipio, atque aſſentior. At qui
Praua triumphalis cum circum tempora laurus
Exultat? bonus ipſe iacet, calcatur, adorat
Auri mancipia. Eliſiis vos, inquit, amœnis
Excipiat Minos. illi plectuntur acutis
Supplicijs. Boiæ, nerui, rota, cribra, Megæræ.
Annuo. videro poſt iſthæc fortaſſe. Platoni
Mirabar factum eſſe palam crudele barathrum,
Plutoniſque diaria ſcripta cruore nocentum.
Hunc laudabo: damnata inſultabo taberna,
Alpheno, Phalari, Nomentano, atque Ruboni.
At grauis interea iuſtum, & præclara canentem,
Mundi indignantem ſcelera hæc, contundit egeſtas;
Atque pedes ſecat, atque manus arthritis acerba:
Et quatit ingratis nebulonibus inuidia fax
Admiſta. Crucibus cedant vt Tartara diru.
Vel ſolæ contra ſtatuantur ad omnia lites.
Omnia peruincet, falſo hæc ſub nomine vita.

Diſtractio a iactatione quæ fit a concupiſcentiis.

Cum patris inducia ſomni violantur, ab acri
Si furtim cura eſt fodiente cuniculus actus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fomite delituit quæ heſternæ tecta fauillæ:
Ne vagus ad ſteriles ſcopulos impingat inanis
Veliſicans animus, quem tactat vana cupido:
Lucidus ad placidas Muſarum ſiſtitur aras
Ah noſtri exilium blandum miſerante Proncea,
Exilium, in quod ſe abducens mens induit amens.

Hic mihi non pingui cinereſcit victima flamma
Nidoroſa: nec a Medo, aut latrone Sabæo
Lacryma, credita odore Deum placare, liqueſcit.
In Sophiæ ſacros adolens altaribus ignes
Mactovoluptatem, qua non ſit vera voluptas.
Inque Boni vario, ſimili tamen vndique vultu
Fingo meum. Quod me facere, & ſeruare beatum
Quit ſolum, cæleſte alimentum, & lumen anhelans,
Vt vialonga, quibus violentior ingruit imber
Turbinis: & corrupit iter, calumque minatur
Fulguribus: ſpes eſt melius fore, munere ſeri
Hoſpitij: & molli ærumnam penſare quiete.
Hoc ſic tranſigitur noctis quodcunque ſuperſit.
Hicque diem ſtudeo ſimilem aſſuere inde futurum.
In quo natura conſultum exerceo pectus
Doque libens operam cariſ oratus amicis.
Tango etiam ſortem; atque inuita extorqueo tantum
Durus opum; quantum poſſit me e face popelli
Eximere; ac modico contentum aſcribere cœli
Ciuibus. Hæc veteris ſi e re videantur amici
Magne proba, Braſſace: vt item mihi deinde probentur:
Qui de iudicioque acri, ingenioque fideli
Pendeo, præut tua ſunt, pronugis cætera ducens.

Medici loquutulei.

Spero, quod metuebam olim, ne ſolus, & vno
Pluribus aut paulo comitatus, ponere poſſim
Tantum operæ, quantum mi oneris tum imponeret audax

Fama,

Fama, sui fidens. Hoc, inquam, quod metui tunc,
Spero aliter cadere, ac rebar. Sic vndique tota
Oppida complentur. Non est focus vllus, vbi non
Assideat medicus. Populosa Lutetia nobis,
Fœcundus vomitat medicorum Pessulus vndam.
Qui si consilys instructi, atque arte verenda
Instituant facere, haud melius fortuna parare
Vlla bono hoc potuit mortalibus. Ast ubi regnat
Praeceps pigritia, atque sui fiducia nutrix,
Lena sui, atque sui miseris ars conciliatrix,
Et praeposterae agit: va va quibus ingruit imber
Pestifer. in primis extant quae vetantque profari:
Aut tergunt effata. adeo sermonis acerbi,
Tincti Tulliolo, & nunquam cessante Galeno:
Vt frustra experiare. ruit damnosa procella
A secta venia, vel si te musca lacessit,
Affirment vulnus, quasi flictum a dente leonis,
Pernicies sed dira palam tunc imminet aegris
In mundo. nec abest mors his, infamia at illis.
Cum tamen hinc Celsus, clamet tamen inde Galenus:
Nec verbis nec verba opera est curare medentis.

Sisachthia.

Quod videor vir, quodque animo forti, atque feroci:
Sim putris nebulo: sim caudex, blennaque fungi:
In me si accipiam, quae nunc iniuria facta est.
Quod si vlciscendi non est locus, atque potestas,
Parque pari vt referam, tacitus quasi dulce vorabo?
Haud faciam. hoc etenim est seruique sibique rebellis.
Ast animus sese excutiet, dabit omnia prorsus,
Militet vt sibi: nec seruitum denigret vlli.
Decretum ac stabile est, me libertate tueri,
Libertatem me: pro vtroque vtrumque pacisci:
In chartisque nocens virus manus illinet atris.

Prodidit ille fidem: aſt hic & hunc & dirus amicus.
Omnes iuſtitiam: cunctiſine lege pudorem.
Non dicam, quanta eſt ſecturum inſcitia legum:
Solicitudo voluptatis, contemptus honeſti;
Putida ruſticuli ridenda proteruia faſtus;
Inglumes, penes, Epicuri de grege porci.
Non dicam matres, vxores, atque ſorores.
Non decimus quiſque eſt, quin ſit mala beſtia, mulus;
Aut curruca fouens proprio nido ouacuculli. (*tum eſt,*
Dicam emptũ, quod habent: quod ſunt, quodcunq; para-
Venale eſſe itidem: pretium quoque venditur ipſum.
Nanque licent, quanti fruſtrentur prima ſecundis.
Cumque utrinque licent; qui plus dat, plura reportat.

Cicero in Lyceo.

Rectis cum primum ſtudijs intendere cœpi,
Hoc perfectum habui, ut ſeruarem; quidne deceret,
Quid non. Nam ſapere, vtroque hoc finitur; honeſto.
Et vero. mox deinde igitur ſit proxima cura,
Participare alios: tum quaque ex ordine rerum,
Lecto, compoſito, puro ſermone docere.
Laute accepturi primo quas ſalgama miſſu
Promittunt ſtruices? iuſſum cœnare palumbes
Men' ſaturas porris? prius hinc diſcedere certum eſt,
Quam me plebeia capiant faſtidia cœna.
Quantum hominum temere conſumptis litigat horis,
Multa tumens, fruſtra glomerans per multa, priuſquam
Perueniat, quo ſe, ſeipſo ſtipatus, agebat.
Suppilata foro putri turgentia ſucco
Verba legens, hamis fatuus ſerruminat vncis:
Et ſibi inæqualis phraſeos diſtenditur hydrops.
Hac tu audes ſacros aditus penetrare Lycei?
Cum totidem verbis naturam aquare iubemur,
Quæ Cicero haud nouit: qui dixerit? ecquid ab illo

Di-

Dicas; ille tibi neſcit ſi dicere? Quorſum
Ignea pauonis caudam Iouis ales habebit?
Pulchra illa eſt: fateor. Pauoni pulchra. ſed iſti;
Vt volet in cælum, ſit ſarcina prorſus inepta.
Quam tibi ſit ſatius; quaſe dat tempus; & vt res
Eſt; is componas, non tu huic: tibi ſeruiat ille.
Seruiet ille autem; ſi tu iſto ſcieueris vti
Imperio, tibi quod ſapientia ſuppetit vltrò:
Quæ non in nugis, lenocinioſque ſuperbis
Fucatur: fatua nec ſeſe venditat aura.
Sed ſibi recta, tibi ſit recta: niſi ipſe reflectis;
Et rerum lucem verbi caligine inumbras.
Res mihi cum balbis iſtis, Braſſace moleſtis
Eſt: qualem ſine me, melius me intelligis: atque
Intercedit: vt a pulchro ne diſcrepet vſus:
Nec vero pulchrum male diſiungatur ab vſu.

Syluium commendat lauream petiturum.

Si ſcires, quanti pluris, quantique minoris,
Vide, ſit, eſſe patrem, & non eſſe: ignoſcere patri
Æquum, tuta etiam metuenti cuncta, putares.
Syluius ad vos it, qui quanquam eſt indole tanta,
Quanta ex quantilla fortuna emergere rarum eſt,
Et probitate ſua ſe commendare potis ſit:
Me tamen angit atrox metus ingens; ne quid in illum
Fors graſſetur adhuc, quo cœpit pergere, pergens.
Ipſe tibi dicet, quod non quit epiſtola. non quod
Verba mihi deſint; auidum exaturare dolorem
Queis poſſim. ſupereſt animi, & ſermonis amari;
Rabula non quantum, quantumve Pariſia fundit
Fœmina; qua vendit populo male lota dicaci
Scruta; nihil melius dans lota ad iurgia lingua.

At scio fortunas nostras famularier ipsi
Fortunæ. Dominum me vtrarumque esse decere:
Has vt me pluris faciam, quam se facere ipsa
Possunt: illam contemnam, contemnere quam dat,
Quæ cognoscit eam Virtus, nil posse, nisi vnum hoc,
Velle bonis male: quo possit sic posse videri.
Quo fit, vti placidam malim conficiscere vitam:
Quam diri mihi fert oblivio blanda doloris:
Et placidam affectem leni sub pectore pacem,
Compositis rebus: turbas qua mente ciere
Consueruns. Ne sic quasi pressa rubeta coaxem
Aut Satyri fœdis Mithra conspurcata lituris.
Quod reliquum, vt studijs finemq; manumq; supremam
Imposuisse olim videatur; vos adsit ergo
Syluius: vt capiti hæreant insignia laurus.
Quæ si non meruit; tamen hoc tua gratia tanta est;
Vt meruisse queat, te promittente, videri.
Qui caput es rerum, studiosorum omnium asylum,
Cunctarumque bonarum artium pater, atque patronus.

Se incusat, & populi malitiam.

Qui me crediderim fortunæ fluctibus atris:
Nec tum curarim, posita spe in turbine rerum:
Hoc merito patior, quod nec Metanœa potis sit
Delere, aut succis Hygiea potentibus vlcus.
Sic virtus deserta suas vlciscetur vmbras.
Nam mihi religio est, hominem me dicere verum.
Nam qui? cuius mens cæloque Deoque relicto
Terrarum desiderio tabescit inani.
Hoc potuit sæcli corrupti putrida tabes,
Quæ me fallentem meipsum distraxerat a me.
Nonne ego sum, rapida medio qui in gurgite flamma
Algebam? gelidis lucebam flammeus vndis?
At liquido exemplo esse potest sors improba vulgi:

Quam

Quam tumidam risi felix; feliciorægram
Sum miseratus: vt est hominis pleni, atque beati,
Et bene de rerum natura lege merentis.
Nam quid te moror his, quæ sunt tibi nota magis, quam
Vel fluuij cursus, vel semita trita diei.
Indomitum pecus, & nullo sub fasce fatiscens
Criminis, ad scelus omne genus gens tetra patrandum
Ipsa sibi semperq; recens, semperq; parata:
Inuentisq; nouis multa se laude fatigans.
Qui vt potuere animo stipato, & prodigo honoris,
Securoq; sui ficta sub luce latere:
Nil ijs detractum est ciuis de nomine. verum hæc
Turbella, vt tandem resipisceret; ista retexit
Garrula rancidulo sermone vieta senectus,
Querquera, suspitiosa, tenax, fideiq; reiq;
Cuius præsidijs liber nunc viuere tento:
Ne castiganti sit opus scutica, atq; flagello.
Vide, potens moderati animi, linguæq; decore,
Ingenijq; pij, & superantis cuncta laboris,
Ad mediam noctem, incœnatus & has ego nugas,
Putris segnitiæ impatiens, vigilacibus horis
Scribebam, infamis heu sarcina lenta grabati,
Ne cum corpore mens pariter marceret opaco:
Nec vigil a somno, id capto distaret inerti.

Male relata gratia.

Nunquam demeruit prolixius vllus amicos
Dexteritate, atq; obsequijs, atque officiis, quam
Est a me factum. mihi quid tum venerit vsu
Contra, illorum opera. si non piget, & vacat, audi.
Primum, cuius ego fueram olim castra secutus
A teneris miser vnguiculis, vsq; ad stata vitæ
Robora, nec tenui muscerda fecit onustum.
Ille quidem bonus, & largus, sed pauper. At vnum hoc

Plus

Plus aliys sensi, ast alys non deterior, nec
Quem vlio posteriorem vlla virtute putaret.
Ergo manu propria dedit in calcaribus aurum,
E clade ob fratrem, ac genitorem, aquilamq; receptos,
Qua nostro pinguent Caduria tesqua cruore.
Addidit & laudes, possent qua saxa mouere, vt
Crescèret an virtus, an vis insana furoris.
Nam furor est, ista vitam pro laude pacisci.
Affinem me appellauit. mi insignia regni
Romani vt ferrem posthac, virtute meapte;
Bartholomæo quæ obtigerunt, vxore Bauara.
Vnde biceps veteres noua mi daret ales honores.
Atq; idem pene infantem me eduxerat, auctum
Armis, literulis, & sanctis moribus. illum
Tandem apud exul ego tyrocinij beneculti
Prima rudimenta. Inde annos proiectus ad illos,
In quibus ediderim specimenq;, & facta decora,
Elogium retuli. tantum in calcaribus aurum
Omne tulit punctum, haud alibi comparuit vsquam,
Ni, ne mentiar, in modice pendente monili.
Quæro vices alias: dira me vbi clade Rauenna
Multauit re, spe q; omni, tum Felsina libris
Imbuit. Hic ego de socijs bene sedulus vnum
Seruaui incolumem, atq; accepto vulnere. at ille
Cum coniuratis petiit caput ense nefando:
Ne in Marcum potior foret atri caussa Popily.
Posthinc ad Ligures Tauri cognomine, quid non
Patrani, vt facerem Domina satis? Hostis abeuntis
Arcibus expulsus: proprys exutus. Inanis
Solus ego. occisæ spes. Tum translatus amor; quem
Heu fierem stultius, sapiens stomacharer; ineptus,
Cum desiderio tabescere dulce putarem.
Demum ad me redij: & quodcunq; amiseram, idipsum
Æquius amissum ferrem, quam tam ante potitus.

Illis

Illis ex crucibus fatum euasisse putabam:
At non mutauit factum. nanq; implicuit se:
Obstitit in dictis, in factis, corpore, mente.
Corpore priuauit male, mentem extorsit inanem.
Nanq; vbi securoq; animi, cerebriq; quieti
Hoste procul, mi ostentauit bene pinguia rerum
Otia pacatis Aquitana opulentia terris:
Et somnus placuit; nec displicuere sodales:
Ah furtim obrepsit Fors importuna: labores
Quæ mihi prædulces populari indiceret aura.
Admouiq; manus iterum, disiectaq; Musis
Pectora, desidieq; natantis miles amoris
Do nomen. Libertatem cum sorte pudenda,
Cumq; iocis lepidis chartas commuto seueras.
Atq; novum numen mendaci carmine fingo.
Cuius rei pretium (merita hoc mendacia vatum)
Pæna fuit. tetrum, atq; ingratum fœmina monstrum
Ostendit quicquam mihi nil debere. nec istud
Immerito, quoniam de illa quæ falsa canebam,
Nil spectant ad eam. Ergo opera illa est irrita frustra ad
Hunc elusa modum. Abiecta hac e pectore cura
Quod reliquum rebar, me consolabar amicis.
Præterita hoc poteram, poteram impendentia quondam
Sustinuisse mala. At vacuo hæc quoq; bulla tumore
Æque vana fuit. Promissa haud aulica: quantum
Spes in me, officium in fallacibus absit amicis.
Vt iam decrerim; quoniam contraria semper
Eueniunt; hinc iam nisi pessima quæq; malorum
Expectare: cadet secus? hoc apponere lucro.

De scriptis poetarum.

Quantum abes a tetricis, tibi quas palatia curas
Dira serunt; dum istic alienæ ridicula vltro
Nequitiæ commissa luis, sub litium aceruis;

Quæso

Quæso animaduerte, & mihi quod modo contigit, audi.
Quidam ad me venit. de more, admissus amice.
Vix limen tetigit; gessit se pro intimo: & Heus tu
Notus, ait, tantum de nomine; fac quoq; sodes
De re te agnoscam. Vt referam hæc in pauca; Benigne
Respondi. Ille instare. Igitur deprompta pusilla,
Quæ tum ad forte manus aderant. Laudare diserte:
Admirari etiam impense. Placeo mihi. suadet
Gloriola, aut nata, aut soror, aut comes ambitionis.
Post redit, atq; iterum poscit. datur, vt legat, atris
E tenebris quadam non contemnenda Lycei.
Nuga cuncta mera. miseri tu prodigus, inquit,
Temporis. at frustra hæc momenta amissa requires.
Quin potius pietas tibi cordi, iusq; tui, quod
E cælo pendet? grates ago. non ego mi, inquam,
Hic deero. Hæc nunc curo. tamen veniemus & isti
Forte ministerio satis, atq; huic. Nulla repugnat
Natura ratio diuinis. Illa fouent hæc:
Vna vt in ambabus lex legibus. Ille vbi contra
Hinc me stare videt, iam tum inde abit ocius, anceps,
Vt mihi tum visus, contemneret, anne probaret.
Vestere mox puerum, qui parua poemata poscat,
Allegat. Data sunt, quæ vulgo pauca leguntur.
Verum vbi virtutis nomen cæleste frequenter
Esse meis dictum scriptis, & carmine vidit:
Expuit hinc rabiem iam conceptam ante: & adustum
Sit quasi mel, vel mordentem sale lingeret offam,
Frontem contrahere, ac stomachari, atq; edere buccis
Poppysmum tumidis: neq; nostras ille pedem post
Intulit ad tegetes, & morbo vile grabatum.
Vide, viden? in prostibulis, turpiq; Lyæo
Qui quærat docti nomen, famamq; poetæ:
Si quæ forte Dei sit mentio sancta; Deos quod
Sit, flagrent odio; clament non esse ferendum.

Si canerem satyros, vel si canerem Siluanos,
Schemata laudarent, pictamq; volubilitatem.
Quisq; legunt hilares Graci fœdissima cali
Prostibula; & quæ mente pia, numerisq; pudicis
Non dicenda, olim quæ secula grata tulere.
Indignis quibus ampla modis incuria facta, vt
Natura: illusæ leges, moresq; soluti
Auersantur vti cœnum, picumq; sinistrum;
Et quæ dira vomit fœtens Caluus ab ore.

Quod cum ciuitate rus commutarit propter pestem.

Quæ mihi nunc dubia est, & fati pendet iniqui
Infami trutina, grassanti peste vacillans,
Ruris onus, Brassace, nouum, tibi mitto salutem.
Huc me mollis amor pacis, placidæq; quietis
Olim inuitabant, vultusq; oblita seueri
Otia, secessus vitam fundantis alumna.
Nunc mortis metus has vacuas implere latebras,
Et laudare fugam menti persuasit inerti.
Quo mihi nunc animus vetus, aut quo fortia verba
Oppressa ratione graues fecere ruinas?
Nil mihi de me ipso posthac promittere certum est:
Deq; alijs tanto minus. Vt mora noctibus obstat
Hibernis: vt tarda dies sub sidere Cancri
Noctis equos prohibet longos extendere cursus:
Sic mortis timet æqualem producere vitam.
Cunctanti mihi, quid vinam, tum amittitur illud
Omne, quod ambiguo spes & metus arcet amore.
Ne tamen, vt vulgo, totum perdatur idipsum,
Perdere quod vereor rimando, & cuncta rotando:
Aura mujarum memet consolor inani:
Animus a meipso: ne sit me perdere gratis.

Sic

Sic se vita fouens æstu se absumit eodem.
Vt quondam in stipulam emerito cum diditur arvo
Flamma vorax, ingrata sibi, officiosa nocendo
Extitit, vt se deficeret: defecit, vt esset.

Iniuriarum sæculi solamen a Musis.

Etsi me temere iactatum lucis amore,
Hoc ætatis onus, seraq; incommoda vitæ
Induxisse queant, nimis vt vixisse putarim:
Sæculaq; infami damnata cupidine rerum,
Vt credam, faciunt, mortem finem esse malorum,
Tot coacernando tetri ludibria mundi:
Pura tamen, plebisq; sibi subducta tumultu
Otia musarum in medio obtinuere querelas.
Demonstrantq; mihi, scelerata tædia turbæ
Debere haud facere, vt vitæ has spirabilis auras
Inuitent trahere: hæc quasi sit medicina laborum
Vltima; non esse incensuq; & lumine rerum.
Sicut item contra falsæ mala gaudia vitæ
Pellicere, vt rear hoc regnum immortale parare.
Ast vnum præoculis, animi in fronte, atq; recessu
Ducere sic vitam hanc: quoniam manet altera; cuius
Hæc exemplar erit: vultum illa vt ducat ab ista.
Hoc ego perpetuo placida cum mente volutans
Me tanquam in speculo ipse meo contemplor: & idem
Non bene formatos incuda reddere sensus
Maturo, at tenui conceptos carmine mando:
Quos tibi, Vide, humili numero congessit Apollo.
Non vt te doceant. Quid enim, ter maxime rerum
Indagator, inexpletus qui interpres olympi,
Aßecla natura, legum mens, lima poesis
Diceris, es, conferre queant; quod nescia ista
Sedulitas studijs abs te impertita seueris?
Verum vtut informes quo nec bene cumq; dolatos

Effingas

Effingas: similesq; tui dignere benigne
Et facere, & factos sperato ostendere cœlo.

Conqueritur de ancilla absoluta, quæ arcas vxoris effregerat, & aurum omne cum mundo pretioso abtulerat.

Cum circumspicio, valido quam subruta pulsu
Fundamenta, solo putri male fulta vacillant:
Tum miserabilia hæc malesida vmbracula vitæ
Comperio. vt multis id quod videatur acerbum,
Incunaum reor esse mihi: discedere ab illa.
Innumeræ vario factæ discrimine labes
Subsidente superficie. Quod culmine cælum
Tangebat, teter lutulenti est fundus hiatu,
Sub quo meq;, measq; simul sordere querar res.
Nec sum ego ad inuisam superis sortem atq; malignam:
Egregie ingenio natus: cui nulla parata est
A fato sincera quies. Tempus fuit olim,
Cum me inter homines agitantem, & honoribus auctum
Semper in excubijs tenuit metus: inq; dies me
Acrius vrgere, exedere, attentumque monere:
Ne miser hostiles placarem sanguine manes.
Nunc tranquilla fouent saturæ momenta quietis:
Verum quos inter, cui tanta iniuria facta est
A superis? superi modo si mortalia curant.
Volcas, & Gabalos, & quos Vasconia nutrit
Sanguine am: corumque, & visceribus peregrini,
Latronum nebulas in vallibus, inque iugis, qua
Explicat in Celtas ab Iberis hirta Pyrene,
Ludos, atque iocos, præmia dat turba impia, dicax:
Sic dormit lex. Si quando expergiscitur, horret:
Supplicium que metu mutum silet: vt superatur
Inuentu scelerum, quæ haud norant sæcula prisca.

Nam prisco peccare modo, dignatio nulla est:
Rusticitas mera: sea soli hæc sit digna flagelli.
Macharitatus est: stuprate insultat adulter.
Vapulat, & silet: aut damnas est soluere mulctam.
Tu scis, depositam quæ compilauerit arcam:
Fregerit, ubsulerit nummos, nunc nunc que negarit.
Peruigili studio, ac multo sudore paratum:
Quod natis parui quod frugi & nobilis uxor,
Optima quod plenis iam filia nubilis annis
Dotem oret, miseræ Christus quod voce proseuchæ,
Impurum monstrum mihi vt aurum sustulit omne.
Capta est, fasa nefas. absoluitur: atque meo de
Argento, indignum, mecum decidit, & aufert
Partem porro etiam. Sic viuitur hic. reliqua audi.
Fundum vni distractum alij si vendidit: ille
Strenuus, vt faciat sic rem, laudatur. adibo
Ad diros pluteos: bis tantum impendere cogar,
Quanti est ille reus. Post hunc diploma disertum
Seruabit quinquenne: illis ego fabula. Sic me
Impery antiqui quondam, tenuisque foci nunc
Versat, & afflictat diri vesania fati.
Meque putas pauidum mortes horrere minaces?
Cum permulta alioqui habeam, quæ dicere possim:
Quæ ratio bullam sapienti ostendat inanem.
Serum in mane ipso, dubiaque crepuscula vitæ,
Et nox ante diem, frustra expectata dies, iam
Sic me absterrent: sic distentumque relegant:
Vt, non esse, putem solum, Brassace, beatum.

Laruati græcarum literarum insectatores.

Hinc absens nescis, quid rerum euenerit. Vnus
Ex iis, qui cineres asinina pelle monetæ,
Carbones animo, lingua ignea spicula gestat,
Clamat; seditionem omnem, qua nostra laborat

Religio

Rellizio, fultam, firmumque crepidine Græca.
Hinc fontem, hinc fluuium. hunc ferre hæc primordia finem.
Arcendos adolescentes a peste nefanda.
Quin omnes operæ studiosos talis, ad unum,
Mulleolis, scirpis, pallenti sulfure dignos.
Quid faciam? qui obliuisci temere nihil vnquam,
Quod semel apprendi, potui? Si Tartara Græcos
Dira manent miseros; non est mihi: tempus in vllo
Momento, vt possim flammas vitare voraces.
Qui tamen ista cibariolis obnoxia libris
Tam damnem, quam quod fugiendum maxime habetur.
Sed scio, quid faciam. Si tu, Brassace, tulisses
Hanc legem; a me ipso longe diuersus abirem:
Iudicium, atque animum nulli pietate secundum
Impense veritus. Nunc cum me ad poma relegant
Impostorarum proceres, male sobria monstra,
Nequitiaque, merique duces, Strumæque popelli:
Qui amentata malis iaciunt conuitia verbis:
Quæstus habent animas nostras, & pignora cæli:
Nec patior tacitus; nec contra verba parabo.

Deum curare mortalia.

Diagoræ, vel Protagoræ si discipuli omnes,
Tanquam ex ære, forent conflati corpus in vnum:
Non pejus poterant spoliato illudere cælo:
Quam nostri hic faciunt. Est, factis plurima turba
Esse Deum quæ dissimulat. Sed pessima merx hæc
Haud negat. illud agit modo; ne mortalia curet.
Ast infame lutum hoc, terris quod Tartara dira
Extulerunt, Orci spurca compluta salina
Esse negat. Negem ego: cum te fert ille negantem:
Nec sentire facit sensu; quod mente latet te.
Nam si non Deus est hoc, quod nos dicimus esse:
Facta infecta facit: reficit defecta: reducit,

Quæ abduxit: posita aufert, atque ablata reponit.
Vel casus, vel Fors stolido temeraria pulsu:
Tum sit hoc ipse Deus tandem: serieque carere,
Sit series. Fodicat quoties hæc pectus Erinnys;
Rideo Sardoum: lacrymas simul excutit: & iam
Esse velim; mihi si liceat, si dicere fas est:
Victima, quæ sceleris hoc pro cunctis una piaret:
Sed qui hominem fecit sine me, sine vindicet ipse.

Secessus.

Cum libuit vigili spatiatum ducere cura
Ægrescentem animum; lectus locus; Omnia præ me
Armamenta, libri, fortunæ erepta supellex:
Thuscis facta modis Ilsitia; Cantharus; obba.
Nam vinum senis est lac, lac vinumque senile.
Iquisum Soli nemus excipit. Hic ego blandis
Cum Satyris, Nomio libo mea carmina Phœbo.
Garrulaque a siluis adsibilat aura canenti.
Haud tamen hoc gyro tam plenam claudere lucem
Ere mi visum est. Melior mecum inde paciscor,
Quo meipse euadam. tum elatus ad Æthera, & alte
Auius hinc calco superati limen Olympi.
Mi simul æterni flammato fomite amoris,
Tum senis Augusti vitio impenetrabile pectus
Nectaream aspirat liquentis fluminis auram,
Cum Critone loquens, abiens se in me inde reliquit.
Nec potis est animus puruscque, oforque malorum:
Ventum vt ad extremum est, vbi verba illa aurea fundit:
(Nescio, nescit & is quo) quin pietate liquescat.
Et fleo; cum me flere vetat. Nec temperat ira:
Si queat vlcisci amenti mens rapta furore.
Post hinc hoc pelago lactis perfusus, & alti
Fluctibus emergens animus, vixenatat, ignis:
Fructifera immensi ingressus spineta Lycei,

Carpit

Carpit ab athereis nutantia germina ramis:
Et sibi perpetua florentem luce coronam
Induit hanc: quam nec celso Iouis ignis Olympo:
Summanive manus perterret: nedum vt ad hilum
Aut nihilum redigat. fructu satur inde reuertor
Haud translatitio: sed crasso incognita vulgo
Quæ sunt munera: contemptus quibus inuidet Orcus:
Hoc ego lacte fori, ac populi tum diluo virus:
Et patior me nolle pati: qua ferre recusat,
Quem tu nosti, animus, magnus, similisque tuo: quem
Vita beat facilis cum libertate decora.
Nec capitis, capias ni altrinsecus: vt tibi regnas:
Imperat, & seruit soli cui sola venustas.
Hæc eodem tibi, Vide, loco dictare iubebat
Silua virens, teneri & tempestas nobilis anni,
Perpetui monitum, memorem quoque sæpe fauoris,
Firma ac suauis amicitia: quantumque seueris
Palladia Veneris soleas miscere camœnis.

De suis Anacreonticis.

Nuper vt ad mundi deserta & sola sepulto,
Vide, (quoad studia & recti ciuilis amorem)
Immortale iecur tundens; sitis arida mentem
Vrebat priscis cumulans noua vota; videndi
Certi aliquid, mihi quod fastidia plena leuaret:
Missa libellorum est a te mihi munda supellex,
Mirifice intra quos placuit mellita iocosi
Musa senis, Thasio impediens vestigia Baccho,
At non impediens melliti nectaris auram.
A me quo tibi debetur noua gratia, nanque
Viginti lapsi sunt paulo plus minus anni,
Lusibus his similes Erato mea luserat olim,
Mollia lasciuo delumbans pagnia flexu.
Illa quidem lucem voluerunt sæpe tueri:

Verum ne vetuit melior pudor. Is fateor, tunc,
Hæc cum desiperem, dicerat lasciuia præceps.
Sic mihi se obduxit. neque iam vitare procacis
Tum Veneris ratione vlla sacraria quiui.
Omnia ficta tamen, pura nec consona vita:
Et quæ nec mea sunt, nec dici digna quidem, qua
Tristis aqua potor nequeam traxisse per illos,
Quos puer arcitenens mortalibus incutit ignes.
Hæc sed vtut se habeant: si tu non spreueris, ergo
Se forsan numeris ausint miscere seueris.
Quanquam vbi respicio nostra hæc ad sæcula; nata
Illa videre equidem videor pro tempore, & in re
Opportuna, de venia ad subsellia fama
Transigere & posse, & certum sperare fauorem.

De voluptate.

Multa voluptati vereor conuitia facta
Immerito: atque supercilio iactata minaci
Duriter a priscis; quæ rerum insciti a fudit.
Nam si natura est metis præscripta voluptas;
Quis dubitabit naturam damnare necesse,
Illa damnata? modus vt rerum alma voluptas,
Conueniens homini, seu sensus percipit illam,
Siue intellectus. vt abest defectus ab illa:
Sic excessus item, vitium ne fiat vtrinque.
Inter enim nimium, atq; parum metatur: & audet,
Et penetrare sinum terræ, & se affigere cœlo.
Nam cum sæpe opifex fruiturque, & gaudet in ipso hoc:
Nonne voluptatis capit emolumenta sua; qua
Nostra refert; simili & facie proportio adumbrat.
Nec si homini cibus est datus, & datus ei quoque gustus,
Atque illi sapit, & parili natura tenoris
Responsu insinuet sese, & simul insinuetur.
Aspellenda est iudicio tam futili, inepto.
Nec si de morbo fessus sudore leuabor,

Abijciem-

Abiiciendum est consilium, quod profore credam:
Mollia nec capiam iucundi commoda sensus:
Atque deum referam, atque a me gratiam inibit
Hoc, quodcunque statum hunc vitae adiutarit habendum.
Verum rusticitas, atque asperitas naturae
Ingratosque sibi facit, ingratosque deos, cum
Spernunt munera naturae: vt videantur honesti
Ac sortes: tum plus alys sapere atque videre:
Quae nil humani credant a se esse alienum.
Illud in hoc quaeso longe fuge credere de me.
Haec aspirauit, qua homini sunt calitus vni
Credita, commenauit: vt homo sibi sit, sibi & adsit.
Quocirca toto ex animo, toto quoque nixu
Amplectar: quae me facit hic, facietque beatum.
Aurea nobilium rerum regina, ministra.
Et quae contractum ad luctum, tristesque labores
Detinare queunt animum, dat Dia voluptas,
Prona boni, medij lex, correctrixque malorum,
Euocat ad placidam requiem, exiliumque doloris.
At te apello Stoan caperata frontis acerbum
Caudicem, & obstipum tubeo plorare, tuosque:
Ni te etiam tunc cum contra verum haec tua fundis,
Titillat quasi victorem furtiua voluptas: (iubebit.
Quae abs te hominem exuat: vt me hominem induere alma

Musarum otium.

Sape meam risi (suberat bona caussa) poesim:
Quod tam esset tenuis, nullisque incondita neruis
Reptet humi. Verum natura huc prodiga nostri
(Quid faciam?) detrudit, inops & consili, & omnis
Iudicy: & placuit mihi, sic quoque velle placere.
Quum vbi delumbis, puro defecta nitore
Proculcata meis aegrotat dictio nugis:
Tum nihilo absistit sapientius: atque ibi tentat

Porro ex informi teretem procudere versum.
Ergo principio ex humili concepta tenore
Sic cum materia, cum fœcundoque calore
Procedente opera cœptant procedere verba,
Atque animari, quæ macies exanguis habebat:
Aut ego fallor, & iratis credo hæc mihi Musis.
Quicquid id est; saltem a vulgo in secreta releget,
Huc, vbi tu quoque perpetuis teris otia chartis.
Nam quid præterea viuendi molliter autor
Suadeat, aut monstret, quam tempus surripere ipsis
Temporibus; nostrum & facere hoc, quodcunque fugit nos?
Nam qui aliter? quo alio officii districtus amore
Vnam e toto ano possis distinguere lucem,
Quam dicas tantum esse tuam, nisi tute tuus sis?
Va quibus inuisis, sibi non notis, sibi diris
Tempus iners vacuo furtim pronoluitur æuo.
Tu ne tuis tuñ præficias hos rebus agendis,
Qui se deseruere? latent sub crimine vitæ?
Nam iis crimen vixisse fuit, mors ipsa decori.
Si tamen illa potest amissa reponere. Verum
Nec tum desiit is, si nunquam occœperat esse.

De Platone & Aristotele.

Quanquam est in veterum monumentis larga supellex:
Sub qua præsidium, atque animi quæruntur honores:
Vobis ingentis melioribus, & magis aptis
Eloquio largo, sibi quod bona curia poscit,
Sugere commodius lac est Ciceronis, & alta
Flumina, diuino manant quæ ex ore Platonis:
At nobis, tetrici spatia insidiosa Monarchæ
Dum terimus, pressis insedit vena labellis
Strictior: & rerum quot sunt momenta figuris,
Exæquans totidem verborum, ambage reiecta,
Damnataque etiam, sed non sine nectaris aura.

Aurea

Aurea natiui nam qui pigmenta decoris
Credit Aristotelis thecis non esse reposta;
Fallitur. Vt Phasios vis imbecilla cerebri
Exhorret latices: vt lucida tela diei
Sublustris crepero gaudens in vespere bubo.
Vilis turba rosas, spinis exterrita, vitat:
At non, qui potuit molli requiescere lecto,
Noluit Eleo sudare in carcere victor:
Obycere & crudo crepitantia tempora cestu.
Ille autem fallente via curuamine torquet
Mistum exoterico vitiatque liquamine cinnum.
Nec vigil intus inest sal, nec cordata sinapis.
Ast animum pingui pictura pascit hiantem,
Ac sanum faciunt fastidia, non cibus ille.
Vt qui auri grumum media disquirit arena,
Sæpe fames moueat discedere longa prius, quam
Se ostentans oculos feriat quæsita nitela.
Ingenium impatiens mihi nugarumque moraque
Repræsentari sibi vult: citiusque negari
Ingenue, quam differri. dilatio crux est.
Quin differre crucem, sit crux geminata moranti.
At Stagirita si non delectat acetum,
Omnia quod cito, quod paucis quadrata rotundet:
Et placet effuso late discurrere campo:
Nec sequor; obiectis nec te veto carceribus: sed
Laudo: aliis alios natura vt floribus ornat:
Atque frui iubet, occulta quod lege pararit:
Cuius consilia, & fines disquirere stultum est.

Xenia.

Si iacuit priscis, vt nunc despecta poesis,
Plena sui reuomens saturo quæ tædia vultu
Stulta indignatur, quod non respondeat actis
Fama: suam meritis hostis grauis inuida lucem

Subtrahat, & sese defraudet auara labores:
Nec tamen hoc cesset ruiturum volucre saxum:
Maior in hoc misere tot, totque hæsisse luto: queis
Auara foret populi sterilis cibus. Ergo veluti ne
Inducio varia variis sunt sortibus artes,
Nec cuiquam a proprio Genio discedere fas est?
Ecce ego, cui rigidi arridens spineta Lycei,
Nec diuina placent magni pigmenta Platonis,
Quem Fortuna sub occasum prope solis ab ortu,
Vt profugum laceret, toto pene orbe secuta est:
Insanire volo tamen: illis atque relictis
Hac spreta vigiles lonta de nocte Camœnas
Solicito, & placidam vanis permuto quietem.
Quid faciam? medio in somno (quis credat!) acerbis;
Et tot inhumanis districta hæc pectora curis
Illudunt, blaterantque nouos insomnia versus.
Quos ego si memori possem reuocare tenore,
Complerem vacuas stipato carmine chartas.
Hæc quoque quæ similis subiguntur pollinis alueo
Crustula, commista multa, Brassace, salute
Mitto tibi, quæ cereoli, quæ pemma pusillum,
Saturnalitiis tibi qua sint strena sigillis.

Ereptus ex peste scribit.

Clade ex terribili refero, Brassace, salutem,
Re mihi, voto etiam tibi: salutis autor vtrique,
Denuo qui mihi det veteres arcessere Musas,
Diuinosque aditus sancti penetrare Lycei.
Haud etenim fuerat mihi tam graue, tamque molestum
Vel metus instantis, vel certa iniuria mortis,
Quam quod segnis erat mens, & torpedine marcens
Cuncta obliuisci lucrum vitæ esse putabat:
Ac verum vt fatear, non esse volebat, vt esset.
Hæc mihi consilii recidit res omnis inani,

Vt

Vt quod pluris erat, prę vili vile putarem.
Quam nam ineam humana rationem mentis! eo quod
Qui mihi scripsissem, qui alios sentire iuberem,
Aurum perpetuis animis calumque paratum,
Tranquillisque piis, doctisque, & fortibus oras:
Nunc trepidem, malimque hic anxius esse viator,
Pauperiemque famemque pati, senique labores,
Seruitiique, foriique iugum, bellique ruinas,
Promissa in patria certis quam sedibus vti.
Ad me sæpe tamen redeo, ne transfuga, ne erro,
Desertorve, minusque frequens diuellar ab ipsis
Signis: atque ignominia te, Vide, notatus
Dictatore, grauis sim exautoratus amicis.

Queritur se ab amicis desertum tempore pestilentiæ.

Ille tuus excubitor fidus, Brassace, salutis
A te ipso datus, & vitæ commissus habenis,
Ille tui sancti pius obseruator amoris:
Quo se prosequeris, quo se dignaris honore,
Ipse sua tenuem vita vix mordicus vmbram
Nunc tenet, & mortis propiore afflatur ab aura.
Dumque impar crebris torpet pigra cura periclis,
Attonitus circumspicio, qua protinus atra
Hæreat, atque metu, atque fuga vehat vltima finem.
Instabilis sic sto: sic me fugioque sequorque,
Quæsitisque abscedo locis, meque ipse relinquo,
Et mecum aueho, præsentem ignotumque requiro.
Pestem arte, aut fato potui fortasse cauere,
Non fortasse famem: pro se sibi quisque, quod instat,
Expedit, ingrata securus mente futuri,
Et precium vitæ est, alienum haud scire laborem.
Quin, heu, qui mihi se vitam hanc debere caducam

Sæpè

Sæpe fatebantur: quorum officiosa loquentum
Pectora honorificis signabant dicta figuris,
Dissimulantque, creantque novas oblivia mentes.
Quid nervi lucis nimio damnatus amore
Exutus potius spe, quam formidine leti;
Mollia degenere ut fundam de pectore verba,
Verbaque factaque, nec statuat sententia mentem.
Eloquar? an sua cuique Deus fit dira cupido?
Hæc, quibus in fatis iacter, ne nescius esses
Dictabam tibi, Vide, ferox tumidusque, quod ille,
Hæc tibi qui scribit, soli sibi defuit uni:
Officiis, pietate superfuit unus amicis.

Vitæ incommoda.

Quid iuvat heus cumulis numerare fugacibus annos?
Dicereque hoc, Vixi: cuius nihil amplius extat,
Vixque obscura trahit tenui vestigia cauda.
Heu quoties circumspicio, num tempora, quæ me
Lubrica deseruere, sui mihi anara relinquant
E tantis aliquid: nec quicquam hærere misertum est:
Pœnitet & quantum est mortis sub nomine vitæ.
Olim ubi paupertas se commendavit honesto,
Simplicitasque fuit laus, nec se vendidit aurum
Virtutis precio: nec perdita sæcula fraudi
Ipsa fuere sibi, atque oneri mala sarcina vitæ,
Præteritos numerare dies, præsentibus illos
Iungere, & æquales etiam sperare futuros.
Præque venire hac æternam simili ordine vitam,
Inter compositos animos virtute licebat.
Nunc quod adest, sapiens optavit abesse, nec unquam
Expectans melius, medio sudavit in algu.
Alsit, inhumanus torret cum Sirius agros.
Quis potis enormes fortunæ evoluere turbas?
Fortunam dico, quicquid sub nomine fati

Cuncta

Cuncta ruit: noſtra his ſola eſt excepta voluntas,
Res diuina quidem, ac diuino numine recta.
Quis potis hai verſu immanes narrare ruinas:
Nedum vt eas vitare queat? jac te eſſe ſupremi
Inuictique animi, nullus quem flectere caſus,
Nullus obex cohibere valet: ſi ſolus is eſſes
Hoc ſolum, quod es: id poteris fortaſſe domare,
Viuereque, atque etiam prædarum agitare triumphum.
At te nec generis iniuria, te nec amici
Euerſa implorantis opes latuere iacentem.
Ecce famem, ecce forum, en peſtem, en tibi Tartara Martis
Tartareo Plutone magis metuenda ſequaci.
Cum quo ſi mutem hæc, quodcunque infame ſub ipſis
Terræ viſceribus componis, Siſyphon, vndas
Tantaleas, iecoriſque offas ſine lege renatas:
Elyſii campi videantur amœna vireta,
Prauæ quæ hanc præcipites vitam obſedere ruinæ.

Præpoſtera de poeſi iudicia.

Hic quanquam mihi ſub nonam decimamque licebat
Stertere, & anguſtæ diſceſſum fallere mortis:
Ecce tamen miſeris licet inſanire lituris,
Exiliique reis iterum impalleſcere nugis.
Nam poſtquam fatum (fatum eſt quæ cuique voluntas)
Fabellis diuos ſuaſit miſcere profanis
Laudatis numeris, lauroſpadiceque dignis.
Exilium indixit toruus Germanus, idipſum
Haud patera facturus, vbi mea carmina potant.
Accipe iudicium: veteresque nouoſque Poetas
Qui rure cecinere, libri turgente feretro
Compoſuit: Nymphas Scalani excluſit ab illis.
His Æſymnetis, Boccatius, atque Petrarcha
Et Carmelites partes tetulere priores.
Quorum non dignor Muſarum ſcripta culinis.

Et

Ergo etiam monitusque etiam multatus honore
Haud tamen absisto, dulcesque ab limine noctis
Abiuro somnos, misero vt cum carmine mutem.
Qui fit? quidnam aliud, nisi fatum cuique suum se
Insinuat furtim, si sponte admiscro? Si non:
Uret nolentem, atque annus furiabit inanem.
Sic medicum sese facit intestabilis Orgon.
Sic Graias Musas ignota voce salutat
Osprius: in campum Venetus sic torquet equum: sic
Perque fidem iurat Liger, & quæ conspuit astra.
Hæc scribellabat marcens arthritide dextra,
Mane recens dum spirat onusque æstumque colono.
Mox piger ad syluam, fontemque vmbramque fatigans
Delirabo senex monstris insomnia miris,
Et faciam mihi me, quod Iuppiter ipse nec ausit.

De barbarie sui temporis queritur.

Quanquam me omniuora prædira pericula pestis
Exanimant, silet in stupida prudentia mente,
Sola metum quæ dat demit præsentia mortis:
Me tamen & pietas, & recti conscia vita
Segregat a vulgo, & curas metitur inanes.
Nunc nihil in precio est, nisi cædes, atque rapina.
Castrorum fera monstra, vocant scriptoria nos: nos
Illos carnifices, amentes: quippe die sunt
Tres oboli pretium vitæ non amplius vno.
Est operæ pretium leges audire benignas.
Aut interficies hominem, aut interficieris.
Elige vtrum mauis, tum nos scriptoria dicas.
Scribimus, vt scriptis te hominem formare queamus.
Nam si corpus homo solum est: te pluris erit bos
Fortior, & grauior: nec regni prodidit arces,
Nec regnum expilat, nec regni surripit aurum.
Ecquis emet fœtens hominis mimmo esse cadaver?

Nulla

Nulla est humana caro inutilior: nisi in illa
Spiritus actus agat. cognati semina cœli,
Sed nos sensus agit: ratio est res vltima rerum,
Et desperta iacet, nec iam cognoscitur vlli.
Et risum moueas, si de ratione loquare.
Nil nisi de vino, de bello, aut litibus, aut quod
Dicere non opus est, nisi re vis soluere verbum
Votiumque lucrum sit pœnituisse loquentem.

Seipsum incusat in quorundam perfidiam, quod eis crediderit.

Ergo etiam temere hoc ausis sperare morando?
Ergo etiam falli toties deceptus? vt ipsum hoc,
Quod fortuna fuit fortasse, & culpa malorum,
Cœperit esse meum hoc alieno in crimine crimen.
Me ne haud monisse, aut generis primordia diri,
Aut fel insanum, aut nequeam quod dicere tuto?
Ne lapsus ledar, lacerer laceratus: inanis
Exugar: saturem risum fletu, atque dolore.
Quenquam ego vt incusem, nisi me? nam fallere suetus,
Esse sui similis, mores & olere vetustos,
Quos cum lacte bibens primo seruauit ab ortu,
Ille mei caussa ponat? se amittere gratis
Haud queat: at potius male agendo se ipse propaget.
Cur me non colui potius? mea tempora duxi?
Me me obseruani tacitus? mihi denique vixi?
Non satius: sua cuique sibi si facta relinquam:
Mi mea ne dubium incutiant, cauisse, pudorem?
Haud tamen amisso hæc animo, tardoque volunto.
Nec si quid patior, fero continuo. populare est
Hoc asini, sub pelle hominis latitantis inani:
Sic tamen, vt neque latari, neque ringier: eisi
Res poscit, quasi sit nolis iniuria talis,
Præmium vt incensa certum videatur ab ira,

Atque

Atque dolore. mala vt nequeat si forte referri
Gratia, nisi fingam. stolidi est se illudere. lucrum
Esse reor, lucro damnoso scire carere.
Tum tu ne iubeas, Brassace, adhibere fidem: vel
Si Styga, si cælum iuret, manesve parentum.
At si iuret item mentiri velle, & amicum
Fallere, tum credam. Non si mihi Iuppiter auctor
Spondeat, hunc veterem sperem deponere morbum.

De sua arthritide.

Cum articulis deformatis, morsuque doloris
Postquam constitui, de his est nunc scribere tempus.
Sic postquam fidis mandauit semina sulcis
Spicea legifera componens serta corona,
(Omnia sic quasi sint cultus, segetisque futuræ)
Quam nullam quandoque habuit sibi, cantat amicam,
Solans præteritos præsente quiete labores.
Cum primum hæc rabies incessit adurere membra
Mollius haud multo, quam qui suspirat ab Ætna
Ingenuus, vel præcipitis nothus Ætheris ignis.
Verum is paulo post dissolui, ac prorsus abire
Sic semel, atque iterum, atque etiam, quartoque recurrit
Atque abyit cito: Sic semper ratus esse futurum
Tunc contemnere, nec magni facere, & nihilo plus
Curare, vt victus ratio constaret, vt altis
Subtraherem a studiis vigilatas tempore noctes
Perquam alieno, hiemes diris Aquilonibus actas:
Processi ad peiora. ætas grauis. hausta nefandis
Curta domus furtis. famuli, respublica, lites:
Quæ possunt Phœbum excutere ipsum e pectore Phœbi.
Factum est, vt morbus cum ætate grauesceret: atque
Quatuor, vt minimum, menses hoc vile grabatum,
Quod propistrino fatum mihi (dignius ipsum)
Fixit; vbi historiæ texo hoc miserabile carmen,

Nugacis

Nugacis picæ quasi sic miser oua fouerem:
E quibus exclusæ streperent hæc carmina nugæ.
Quoque magis dolor vrget atrox: magis vrget anhelo
Musa tumens versu. Atque vt credas: nonne vides vt
Coxones numeri laxa compage vacillant?
Verum vt dira dolor res est, & Stoicus in quo
Longe dignior vt blateret, quam disputet in quem:
Est tamen id peius; quod rancida monstra [redacted]
Vociferantur, id esse Dei venerabile munus:
Atque ys, quos is amet, solitum hanc mandare salutem:
Quæ (precor) illis eueniat: caream hoc ego amore:
Non hoc, quo potior: puram sine crimine vitam
Qui spirat: sese insinuans, commissa remittens:
Ne repetam, prohibens: cumulansque bonis bona de se:
At quæ continuis concita elementa procellis
Digladiantur: & vt quatiant, quatiuntur, acerbis
Exagitata odys, varys complexibus arcta:
Siue hodie, seu cras dissoluant vincla, necesse est,
Perdita sic fiant dubiæ vadimonia vitæ.
Nam certa est morbus venturæ sponsio mortis,
Mortis particula, impendentis mortis imago:
Dicere ni mauis fauces, & limina leti:
Ac peiora quidem. tractu nam temporis ipso
Discruciamur. Ibi momento cernitur hora.

De inuido quodam Medulo.

Si possem, Brassace, velim, quod velle decebit,
Quam possum, me posse magis, sed velle minus, quam
Mi volo. nam, quoniam credo mihi nil pote quicquam
Euenisse boni, mecum colluctor ineptus,
Et cum fortuna rixor de cortice. verum
In meipso bene viuendi sita nota medulla est:
Nolo obliuisci, siqua est iniuria facta,
Quæ morosum animum secuit nil tale merentem:

Quin, si de cælo veniat, nil tale ferentem:
Non tam rem reputans, quam indignans crimen iniquum:
Expertus, rigida quam distet iuncus ab orno,
Mobilis vsque ab aquis, abnutans qualibet aura.
Sunt etenim, qui alijs bene nolunt esse videre.
Lolligo, inuidia hæc. sed longe tetrius illud:
Spes vrunt vacuas frustra expectantis amici:
Quo se egent semper, semper quo pendeat ab se.
At tibi magnanimum prisco de stemmate pectus
Longe aliud spirat. tibi nil antiquius, atque
Si benefactis perpetuis superesse potis sis,
Atque tibi, atque alijs. sæpe es defessus habendo,
Non dando. satis est, satis ipsum. præterea quod
Exoneret vota, ast animos onerarit auaros,
(Quæ se turba bonis malesuadis dedit acerbum
In nexum, illa sibi præuortens cæca) relinquis.
Ipsemet audiui. tibi cum promitteret ille,
Ille ingratorum instrumentum, atque orca marina,
Præmia, si dubiam velles componere litem.
Quid tum postea, ais, si huius molitio caussæ
Comparat, vt faciam, me: nec satis esse rear, quæ
Possideo virtute mea, cælique benigna:
Post etiam hoc, quod tu dederis, captandum aliud sit?
Qui non meta sibi est, an meta hunc vlla sequetur?

Refert sua consilia ad Brassaci sapientiam.

Vide meæ pondus graue, & alitis aura Camœnæ:
Queis simul & volet, & solidum regat incita cursum:
Non, vt bombylio temere, pappusque feratur:
O vtinam tecum reliquum hoc ætatis honestis
In studijs tecum, aut prope te saltem esse liceret:
Vt quæ præcipitis suadet vis flammea mentis,
Acri iudicio illa tuo composta quiescant.

Seu

Seu me sanctarum ancipitem commercia legum
Inuitent, pellant seu somnia stulea chymista, aut
Altera stultitiæ soboles magus: aut mihi comptam
Ostentet faciem se inhianti blanda poesis:
Aut abstrusa animis laxis arcana Lycei
Nexibus astringant placidis, inque omnia versent:
Omnia tu moderare: tibi mea debeat ipsum hoc
Mens quodcunque sapit, quodue appetit, aut fugit acri
Tuta fuga: ne versura deliret aratrum:
Neu male degenerent maleculti semina sulcis:
Incipiens operi affecto non sorte superstim:
Edurem, ac me sufficiam, nunquamque fathiscam,
Firmo progressu in studys, animoque parato,
Peruigili, inuicto, solido, victore laboris:
In me remigium, tu clauus & aura secunda:
Si curas modo. Quod tanti si ob commoda regni,
Quod tibi se, fideique tuæ commisit, ab istis
Illo te hinc diuersus agis: decedere certum est
Communi vtilitati, intra me condere, nec Dys
Tantopere inuitis famam latrare fugacem.

Animæ pabulum.

Quidam præsidijs Fortunæ septus Athenis
Magnifice accipere ad mensas assuetus amicos,
Vt magni cœnauit olus, haganumque Platonis:
Noctus eum mane, accepta dictaque salute,
O suaues epulas, inquit, quas postera suaues
Lux quoque sentit. Eo tenuis tum munera victus,
Quo posit plane corpus nutririer, & qui
Cedere, non remorans, esca mensisque futuris,
Laudauit falsè: cui contradicere nolim.
Etsi ego longe alias epulas duco esse priores,
Postera mox nequeat quas lux dissoluere: nec quas
Tertia conficere, aut porrectum protinus anum.

Quas tamen & tum alia ex apothecis eruta cali
Conycio hausisse ambrosii de voce Platonis.
His igitur, quæ Fortuna ludibria rident:
Et saturant pauca, & multa haud fastidia portant,
Cum Græco sale, cum veterum grauitate Latina,
Hoc ætatis ago: fastumque & stemma remitto
Cognatis. capiant, quibus hoc solum extulit aurum
Nobilitatis, & excusit sub pectore regnum:
Excoxitque metum curis, mentemque reuellit:
Expressitque foras animum, moresque sequaces.
Nam pridem implicitum insanis hoc nomine vinclis
Viuere maiorum me alsena ætate tumentem,
Summarum summam rebar debere putari,
Mancipio veluti data sit mihi opinio mundi.
Plus quam aliquid qui me esse neget, tum vapulet. o Dij
Quæ scabies. quanto melior mihi vita parata est,
Paulisper cum me collegi, animumque repressi,
Et diuerticulisq; vagum, erronemque reduxi.
Interea cano, quæ vates canere ante solebant:
Non tam animi victus, famaq; famelicus, vt me
Perpetibus perdam, velut ante, laboribus, angar,
Nunquam desistam insanire, diem addere nocti,
Noctibus addere, dico, dies, noctesq; diebus,
Fastidire meipsum, obliuia quærere vitæ,
De vulgo quoniam penitus mihil attinet ad me;
Vt quod præstiterit, cogar dependere. Nec mi
Corpus in offenso est, oneri mens, vt fuit olim:
Nec quæ cura prius tenebrabat lumina mentis,
Macerat, inque metu male habet, vigilemque fatigat.
Sed tranquille amor, & liquidæ funalia lucis
Illustrant, quaqua aspicio: si forte detur mi
Qualemcunq; auido vitam præcerpere leto,
Atque a natura saturum discedere mensis.

Studium

Studium veræ vitæ.

Vide, pater hanc quæsita, partæq; quietis,
Quæ sociata pari cum maiestate serena,
Sola potest hominem facere, & seruare beatum:
Aspice quam læto ridens Zephyritis honore
Frondiferis fœcundum in saltibus æthera mulcet,
Coniugio aspirans cœli, terræque parentis.
Nam simul ipse toro demittens se vuidus alto
Iuppiter in gremium effusus Telluris amatæ
Implet eam, reparatque nouum genitalibus æuum:
Fata renidescit tempestas fertilis anni,
Idque adeo hoc etiam, quo te, Brassace, saluto,
Musarum soboles, hoc munus amabile carmen,
Feruet opus tenero perculsæ mentis amore.
Illam dulcis Amor tinctis in nectare telis
Perculit, æque suis propriis attexuit alas:
Ingq; tuas quibus acta manus, perque ora volaret.
Omnia nam quæcunque vides, mare, sidera, terras,
Aeraque, omnimodis meditantia semina formis,
Frenat Amorque acuitque, agitans primordia adusque
Finis septa, notasque suis feruoris imuit.
Me quoque ad effœta repentem limina vitæ
Vltima, suspensum regni melioris amore,
Solicitatque, premitque, nouo permulsa lepore
Carmina sufficiens, & vult superesse labori.
Haud tamen abductum ad fractæ diuortia cantus
Captiuum tenet illecebris: quas cultus inani
Vanus habet strepitu verborum, aureisq; fatigat.
Sed suaues numeros rerum consulta medullis
Implet, præcipuis opulentans carmina dictis.
Ipse ab segnitie mediocris ad acta laboris
Exsinuo ingenium pennis sublimibus aptum,
Curarum tenus: exclusa vt sint otia, & æquo

Anxius angor agens validos mortalibus ignes,
Affectans liquidæ, ac blanda, profitentia laudis.
Vnde nec ambitio potuit me obtundere dira;
Nec lucere in fraudem feruens pellacia famæ.
Nec venit in mentem, votis adnectere vota:
Sed quæ isti sacrant, longe execrare: malignum
Et vulgus, cassum omnino ratione modoque
Reijcere; erratis & non enouare furores,
Nec stabilita nouis fera dogmata disciplinis.
Hæc facere intendo, neque adhuc intenta remitto:
Sed perstо peragens. Ita nunc insania mundi
Fermentescit: & e tenui conflata familla,
Tanta furit, male quanta Deos furiosa lacessit.
Ipse sim plenus, nulli tolerabilis auctor
Nequitiæ scelerisq; populi sufflator amarus
Multinolasque ferens e diro semine sectas,
Non castigatus, pœna non territus vlla,
Factus supplicioq;, metuq; licentior, exlex,
Seu desperans, siue fuga spes hausit inanes.
Quare est decretum (& faciam) quodcunque videri
Hunc rectum, mihi perniciem, mortemque videri:
Delitias, capitale: iocum, ludumq;, labores.
In medio tamen, ad medumq; vtrinq; reductus
Quæro me in meipso, atque aliys. Iam nec mihi cura
Vsurpare oculis, animoque cernere possum.
Mens obsignata, & multorum conscia, amico
Fida suo, æqua aliys, sibi trux, & acerba, & iniqua,
Quo ferat æquum ab se, et abeis, reddatque vicissim.
Ne redeat res ad verbum (excusatio stulta est)
Pœnitet: aut post pœniteat non pœnituisse.
Et dubitant homines dubitare, & quærere verum,
Ne dubitent? vacet, & reliquis ita rebus omissis
Vt sunt, esse. egomet mihi sim, si illæ esse recusent.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI NEMESIS AD DIVAM CONSTANTIAM RANCONIAM.

TE, qua Deorum nata supremo satu
Demissa Cælo es, certa lex mortalibus,
Constantia alma, Sidus, ac decus meum:
Quod luce prima, cum parit Phœbus diem,
Quod nocte sera, cum truces curæ silent,
Meditor serenum numen, augustum, pium,
Tutum minaci pectus inuictum metu:
Parum videtur omnibus, mihi nihil.
Quis apparatum mentis immensa tuum
Contra impotentis tela sortis impia
Videt, nec obstupescit, & verum putat?
Quis non adorat fulgidum vultus iubar,
Facile, remissum, viuidum, constans, graue?
Quis credet vna in corporis compagine
Tam multa, tam diuersa ineße numina?
Tam parca mentis vota? tam largam manum?
Orationem melle conditam, catam?
Læta severum, æquabilem frontis modum,
Malis benignam, subditis seruam bonis:
Tibi nouercam, cæteri vt matrem sciant.
Ideirco te fortuna cum tentat, timet.

Nam si repugnat, scit repugnari sibi.
Aut si benignis obsecundarit notis:
Tum liberalitate se victam stupet.
Quare quod orbis expiatrix hoc tibi
Et par, & impar numine expressit suo,
Habe ducatum: quando sic credi potes,
Natura tute, visque Fortuna tua.

Nemesis.

Proles Tonantis maxima, ac princeps Iouis,
Regina superi, atque inferi omnipotens Poli,
Numen trisulca viuidum, ac minax face,
Cuncta audiens, cuncta intuens, Numen graue:
Fortuna inani si quis elatus rota
Ludentis aurae ventilatur impetu:
Nemesis supremi conscia, ac iudex soli,
Nostrique vera temperatrix ambitus:
Tot illa clari lumina obtutus, quibus
Vani reciproca excubant mundi vices,
Qua Fata certo obsessa prescribunt modo,
Quo transtulisti? aut quanta sunt, si adhuc vides?
Rigidas furore freta ceruices fero,
Secura rectis, nostra fert insania.
Ecce implicatis ille conseptus dolis
Fucat venena melle tetra. perfidum
Vultum sequentur verba, non factum fidem.
Huic irruenteis acuit insidias furor:
Illi obstinato pertinax tumens gradu
Proteruientes ira succendit faces.
Ille impudicis turpiter sectus notis,
Ficto seuerum fronte componens statum
Picta fatigat siderum sedes prece.
Delubra pace structa, & aras Caelitum
Diri profanat Martis incestus furor,

Vltrice

Ultrice morte, & nocte luctifica premens.
Heu luce cassum fulgida clarum genus
Turpi cruentus obsidet cumulo cinis.
Cui militaris supplici ignouit manus,
Animam petitas inter exhalat dapes.
Fas omne ruptum est, & pium. probitas iacet.
Vtinam iaceret: sorte at exacta exuli
Phlegethontis huius horridas linquens specus
Fugit, abijt, recessit, ac redditum negat.
Elementa scelere victa: vita empta est nece.
Quid amplius vis? quid moraris? & licet?
O terra mater, O maria Nereifera,
O pulsa pictis alitum pennis sola:
Audite cœli: audite vos cani specus:
Quæque ima late lubrico liquentibus
Subter latebris rore completis vada.
Et tu verendi conscium silenty:
Cum prata noctis rosido vultu madent,
Orbisque tacitis sub coloribus latet:
Cuncta intuentum siderum frequens decus.
Propter nouerca copulas, nati graue
Patri imputatur funus: & vinst pater?
Gladios ne dicam? an indicis falsi minas?
Sicas? venena? an omne pœnarum genus?
Latices nocentes? noxias Cereris opes?
Minus tremendi Tartari periculum.
Saxum, Rotasque, Vulturis dapes iecur,
Tetricum trifaucis Cerberi latrans caput,
Aut siquid his monstrosius quicquam est, putem.
Huc acer, huc Iambe, festina, impete:
Sed qualis olim Scenicis Graium choris
Ferox olentem felle sparsisti caprum.
Quæ prima, qua postrema sacra manibus
Archilochijs dabo? aut perirato seni,

Qui claudicante fortius currit pede?
Pudet, pigetque Sortis humanæ, pudat:
Meque inter hæc, non inter horrendi maris
Vastas arenas, atque solitudines,
Omnem aleam extra generis humani satum.
Men' pallor orbis liuidus metallici
Natum, & vocatum ad alta, solicitat virum?
Domestica hostis, atque iniqua fœmina
Libidinosa perditum franget face?
Sanctum cruore Martio mutem otium?
Latus calenteis cæde patrata manus
Nefas iubenti Barbaro ostentem truci?
Nidore mensæ capta libertas fleat,
Putidos inepti contremens nutus Heri?
O qui sub hac nitente cæli fornice
Ferox superba dote stipatus, sedens
Ætatem inani gloria illusam foues:
Qui te beatum iudice te ipso stupes:
Vel disce, vel me discere optantem doce.
Natura, mater, an nouerca flebilis
Vitæ pudendos auspicata sit modos:
Tenereque rudia lucis incunabula.
Sæua Leænæ catulus armatur iuba.
Vnguique obunco. Dentis orbes efferos,
Inmane murmur, impetum horrendum canam?
Vnam, arbitror, crudelis, hostem maximam,
Dirum bisulco vulneri afflantem halitum,
Solicita nostri, Viperam, o, vlta es probe.
Per te senectæ spolia deglubens rudis
Hiantia inter latibula exesi specus,
Redit ad apricas Vere grassatrix vias,
Ah immerenti pecori insidias struens
Haustus petitæ reddit infestos aquæ.
An tu vireta rore spargis vitreo:

Et murmurante prata findis riuulo: vt
Sumeret, inuitatus ad somnum, reus
Amarulenta morte pastor occubet?
Quid mihi decorum lucidi ingenij statum?
Quid expeditæ muner. lobgannis manus?
Iam iam tu, vt in se vertat has eadem manus:
Id omne, qualecunque, lucis intima
Fraudis veneno sinistra fœdasti. Neque
Vllo hostis hoste maior est, homine hominis.
Hoc, nomine prodere? aut quid est, si non id est?
Ensem furenti, spicula insano dare,
Quæ Lex suasit, aut decus vitæ probum?
Quid ille iactabundus, ac ferox, simul
Flagrante pugna Marte ferueret, truces
Truculentus Hector sanguine aspersus manus?
Amore Achilles victus infami, insolens
Cæsorum acernos ciuium aspectat libens?
Dotes tibi illas occine, haud posthac mihi.
Summos at, inquis, vt Deos cognoscerem,
Quotus Deorum quisque sub scientiam
Nostram cadit? quis vllus illustri via
Mirifica rapidi limina ascendit globi?
Si paruus adeo est, atque contemptus Deus,
Nostris vt imis excitetur sordibus:
Idem ille fiet vnus e nostro grege.
At si (quod extat verius) purus, grauis,
Iustus, seuerus, gratus, immensus, pius:
Nostrum hæc quis audit, aut videt, fœdus, leuis,
Rapax, iniquus, dirus, angustus, ferus?
Quorsum igitur alio tendit ingenij vigor,
Quam vt destitutus lucis æterno bono
Viuens, videnque millies pereas miser?
At artium orbem liberalium canis
Inuentaque alia. At adde nauta insaniam,

Picta stenaci qui oblinat puppes pice.
Pulsuque dura pectora obnixus graui,
Dum lenta curuo tonsa luctatur fretu:
Mutet calenteis Sole diuerso vias.
Fert nubiloso saucium latus Noto
Hibericis carina tunsa fluctibus:
Suspirat ille coniugem: hic caros Lares:
Mortemque duram durioremque conficit,
Cernens tenellos liberos animo memor.
Liguribus Auster aduena exultans tugis,
Pellaxque pontus scrupeis mendax vadis,
Libyssa scindens brevia, & incertos sinus:
Et turbulento barbarus Boreas pede
Vndisona regna pallido quatiunt metu.
Sic te exinanis? sic miser nullam tui
Partem relinquis? mortis vt satis via
Haud vna sit, qui promptus irrites Deum?
O qui micantis verticem cali rotas
Immense clari ocelle lustrator Poli,
Sol, cui retecta tecta monstrantur: cui
Telluris alma fertile gremium parit.
O pratiorum fabulosorum Pater,
Irrise Vatum voce mendaci Deus,
Arbiter sereni, nubiliq; Iuppiter:
Iam ne orba Troum cerne bellantum agmina:
Huc verte lances. Commoda, atque incommoda
Quis pendet; ac non ille, qui pendet; gemit?
Iactata vestra hæc munera ingeny, mala
Suspiriorum sunt metalla, & fomites:
Quæ nec cauere, nec mouere sis potis.
Ah turpe; longas lucis ambages grauis
Perferre: vana id est alere spe miserias.
Quid aliud addit annus anno, quam mori?
Aut pulchra vita, aut pulcra mors, pulchra est viro.

Ah

Ah quid tenacem memoriæ exprobras fidem?
Aut cuius vsus, nullus: aut si quis manet,
Curis acerbis acribus plenos dabit.
Vi efferis Aquilonibus reduxfuror
Ciet hyemes retorrido fultus grege:
Lænaq; gelidum nocte contristat polum:
Sic expedita sub relapso tempore
Memor subactam retrahit in mentem mala.
Quid perspicacis lumen hinc prudentiæ,
Affers? quod atra euenta, quam premant prius
Nimis oculato pectora veneno enecat?
Nanque vt supini curua sub clini sola,
Seu cum virenti colle deducens pecus,
Siue vbi coruscæ nemoris exuperans iuga
Perculsus ægropallidus pastor metu
Videt furentis fluminis rapidas minas:
Mali futuri mole iam oppressus stupet.
At mox ruentis fulminis ritu impetus,
Nouamque spumæ turbine affectans viam
Fessi labores vomeris lætos rupit.
Sic præuidentis lumine obtutus duce
Bis eadem onustus præcipit metus mala.
Sat sat minister, & magister omnium
Occulta tempus aperit, & aperta occultat,
Certas reducens omnium rerum vices.
Ita annus altas orbe molitus vias,
Connexa celsi spatia sulcans æthers
Fugiens sequensque, idem instat, accedit sibi: &
Super seipsum flexipes voluit gradus.
Quis fultus ater fraude gentili Ligur,
Vastumve Atlantis accola exercens mare
Vitabit hæc? quis impetus Thracy ducis?
Quæ vis Latina? lenta quæ Parthi fuga?
Trahensve prædam, vt barbaros plaustro lares

Vagus

Vagus sub axe frigido mutet Scythes?
O vita morte peior, o placidum malum
O morte peior mortis optatæ fuga.
O vita mors, non vita, quæ morte es data.
Nam quantulum vsquam vagente conceptum est boni:
Quod non labore, aut tabe partum est corporis?
Vdæ reducta noctis obseptus fera,
Vigil minaci luridus pallens fame
Per se ruentes, incitosque vrget dies.
Heu literati quale munus otij
Vitæ periclo, ac pessimo humano venit.
Ni viueres, non esset, vt saperes. vti
Ludicra sapias dona vitæ prodigis?
Nil sapere cum dolore sit carens malum:
Nil sapere fiet vita iucundissima.
O mors nigrantis noctis vmbris edita,
Horrenda, sæua Diis ignaua soror:
Quis te efficacis orbita ingenij fugit?
Vanum ne Fati nomen inuentum est grauis?
Necessitas mortalibus dirum malum,
An non catena est illa, quam prisci viri
Dixere missam in arua primo sæculo,
Blanda metalli luce pallentem ignei,
Cum sæta rebus terra concessit nouis,
Rudemque fudit prima tempestas polum?
Rape te in remota specua fugientis soli:
Busiridarum fremitus animarum vbi furit:
Et more ponti puluis exultat trucis:
Vbi impotenti terra putrescit Noto:
Qua vorticosos Tethys eructat lacus:
Vbi arua pestilens scissa hiant Cane:
Curtisque turget vsta terra viperis:
Vbi inquieta solis aurei rota
Humi colorat terga floribus nouis:

Mollis

Mollis tepente vere cum halatur dies:
Ubi orba tellus fertili Fauonio
Morientis anni effœta suspirat vices,
Collesque picti primulo diluculo
Recente rore, quem recens premit dies,
Vineta læta, pensiles vuas fouent:
Quæ adustioris ora solitudinis,
Inersve sopit pigra crystallus vada, &
Rigens coercet frigore Arctoo gelu:
Te fatum edaci dente sectatur ferox.
Metitur atro surda mors telo fugam.
Nonne hoc moneris, quoque te vertas, vides?
Seu purpuratis territas populum minis:
Seu purpuratas metuis e populo minas:
Ætas fugaci decolor ruit pede:
Vires relinquunt, in nihil perit calor.
Huc res tibi reditura, qui spernis Deum:
Qui peierati iura contemnis tori.
Cui temulento Bacchus, ac Bacchi comes
Regno superba Cyprio incedens Venus,
Seruum lupati dente frænarunt caput.
Quid ergo liberum autumas? Quid liberum est?
Posse in voracis igneos flammæ lacus
Ruere? exilire? posse dexteras pio
Contaminare, & abstinere sanguine?
At hoc leana sæua communi sibi
Iactabit, at nec mentietur, indole.
Futurus olim toruus armenti parens
Nunc molle fronte pruriente mugiens,
Quare petulcus arborum truncos quatit?
Nempe hoc, quod ipsa præstat hæc nobis manus.
At sancta diæ dona nos mentis regunt:
Quæ sit negata cætero animantum gregi.
Ut prona Zephyri fluctuant nixu sata:

Formi-

Formica densum cogit agmen ordine,
Raptas onusto calle conuectans opes.
It prima castris dux, & insolentibus
Dat signa, lentas atque castigat moras:
Vastisque fretus bos lacertorum toris
Lentis flagellis paret, ac loro studet.
Quid Dædala alti particeps mens halitus?
Hanc sedulæ non vindicant apes sibi?
Priuata quæ res hominis, aut quæ publica
Perfusa tali luce fulsit, vt vias,
Vt temporum vicissitudines, vt &
Aduersa bella, & prospera, & pares fugas,
Et dispares, & Martis euentus truces,
Sentiret æque, ac mente fundaret pari?
Ciuilis ergo ius supercilij obijcis?
O Sortem iniquam, o fata fœda, & aspera:
Natum esse talem, vt imperem necem mihi?
Non constitutus lege dura Carnifex
Vt cæde facta vetere, patretur noua?
Quod plectis, hoc committis? Heu ferum genus:
Remedia morbo victa Naturæ graui:
Aut eadem atrociora, si vincunt, vigent.
Scelere expietur fortuitum alio scelus?
Vt vtra sit Fortuna peiore ambitu,
Si occidis, an si parcis, hoc dubitem miser:
At te beatum, stulte, iactas: vt tibi
Solertiamque, & artium scitas opes
Cælo suprema sorte demissas putas.
Scilicet pudenda vt arma nequitiæ tuæ,
Penis, gulæq;, & aleæ damnum pares?
En cæterum Natura quod finxit pecus,
Cicur, ferumq;, armenta, & infirmos greges,
Habet quietum, & insolens periculi:
Nisi quod auara sæuus exturbas manu.

At tu ille tumidus, atque coopertus dolis
Sudas aratra, aut vellera attondes, simul
Albente cælo Lucifer rosea manu
Candore pingit igneo valvas Poli.
Aut ante lucis aureum decus, feri
Latronis auida tela formidans fugis.
Aut te minores beluas sequeris apros,
Magnum arbitratus esse, momentum viri,
Si leporis, aut odora latrantum agmina, aut
Fallentis astu subdolam vulpis fugam
Vrbis relictis muniis sistas miser.
Gruibusve, edacibusve turdis retia
Blandi soporis dulce munus auferant.
Cum adhuc tenella luce nigricantia
Sol noctis ora nitente confutat face.
Et restituta rosidis laboribus
Matuta puris candidum diem rotis
Ad prima cæli pertulit cacumina.
Aut te supina vita, marcidum otium,
Negat orientis, occidentis pernegat
Vidisse solis lectulo amisso iubar.
Tum Venere turpi sordidus flamma vapor
Bruta medullas exedit vorax face.
Quem viperino crine, cincta viperis
Insano Erinnys obsidet Stygia flagro.
Non sic rubentis fonte Vulcani furunt
Acherontis atri vortices; flamma globi,
Quos Sicula fundit Ætna, quos Lemnos vomit,
Atque usta Lipare, atque Auernales specus.
Effœminati; heu fœmina, nec iam viri.
Composita pingue spirat vnguentum coma.
Buxi labores mobilem timent Notum,
Discriminato vertici vt stetit strues.
Herons ille pulvis, hybernum gelu,

Ferocientis ater Autumni labos,
Fremitus tubarum, iussa Mauorty ducis
Illiberali excussa sunt omnia metu:
Vt excitato sole percussus semel
Vltrice fulsit luce vulnificus chalybs.
Qui fulminantis fulgur irrides Iouis,
Tonasque tumidus voce, cur manu stupes?
Te ne in minacis torua Neptuni freta
Obyciat hosti Roma, vel Romæ amulus
Gallus ferocem cuspide inuictus manum?
Hac, qua Britannus fluctibus Nereus strepit:
Feruensque mugit classe, qua latet, mare.
Aut vbi tremendos Vngaro Turcas fero
Vrgebit; alto corde te speret virum
Sublimis acri turma collucens equo.
Siue ille Hibero gramine, atque hordeo satur:
Seu Calaber arcta latera succinxit latex.
Rigensve duro Borysthenes stupidus gelu
Tenore vegetum strinxit arguto caput.
Tibi seruus animus, iuris & nullus sui
Metitur intus vt nihil, foris omnia:
Negat maleagens scelere, quem spernit Deum.
Formidolosus patriæ, inuisus domi,
Hostis omnium, turbator orbis, impius
Parentibus, pestis necessitudinum,
Reus tui. Quid amplius dicam? haud scio.
Nec facere crimen, esse sed crimen iuuat.
Hæc nostra virtus? est ea ad cælum via?
Quæ monstra virtus tetra domitabat, fugax
Heu misera, monstrorum esse nunc cœpit loco.
Abes abs teipso: mente, quam iactas, cares.
Aut fare: Quorsum, quod nil sit, expetis:
Quod est, nefandus vertis hoc vsum in malum.
Quæsita pelagi viscera in gulam tuam:

Sparsis-

Sparsusque pontus funere exterm gregis.
Vexata maria? ast illa formidas: neque
Sunt tuta, quæ timenda? qua metuis timent?
Patiurque eadem, qui dedit vitam tibi
Bos incuati tabe confectus senij.
Cibusque sit, quo autore tu capis cibum?
Hæc merita? sic reponitur durus labor?
Natura iam iam muta formidat sibi.
Ante creauit misera; vt ingratus cauo
Voraginosa cuncta delueres gula?
Cui cuncta parcunt, parceres nulli scelus?
Auferre munera illa, non gulam potest,
Arcesse ad ista gloriæ florem rudis.
Qui blanda pecora vincis, & cogis mori,
Te vince: & ipse vive, quem vivum volunt.
Iam vitia vita nostra, nec scelera capit,
Nec scelera sese: ipsum & animum exuperant mala.
Vt onere sedit victa, vita quod facit;
Rapidis resorpta est haustibus tetræ Stygis
Ignota iam sibi ipsa, quæ fuerit prius:
Quæ nunc nec est, nec esse quo possit, videt.
Heu genus nefandum. Belua, armenti greges,
Obscœna terræ viscera, & vetus Chaos,
Deum sequuntur, ille qua iussit semel:
Tu non sequeris? criminis precium petis,
Laudisque non ferenda iam præconia?
Meritus nefandi supplicij genere vltimo
Alia via, quam morte, qui morte occubes,
Sic scelere tu te vincis, vt vincat scelus,
Maculans serenum nocte feralis diem.
Is es, cruore, pauperumque viscere
Pio calenteis, dire, qui tactas opes?
Opes beatiruuis, ac ferax decus
Nemoris virentis, lucidique vber soli,

Et Regna flauæ Cereris, & florem Dei,
Cui tenera turba Mimallonum strepit tuba.
At tetra facinora, quorum ope hic regnas, lues.
Degenere fraudant vomerem fructu sata:
Frustraq; trita aratra; seu steriles vagus
Sulcos acerba luce mordebit dies:
Cum mane puro pingit, ac rutilat Polum.
Seu cum rubenti Phœbus occasus manu
Iniqua demit bobus adiunctis iuga.
Quoties regenteis eximens annus niues
Lætas aprico reddidit luces Iouis?
Et nulla sulcos ambit operosos Ceres.
Molles vt importunus Aprilis rigor
Deurit: vt hyemis horrido satellite
Victa spolia plectuntur Autumni senis.
Languet soluti suda temperies Poli:
Siquando torpidum hispidis flabris gelu
Blandus resoluit aduena tepor pede.
Morsuque Borea strictus infami liber
Iustis iniquo penso vt impositas agris
Abiurat operas: spemque mentitur seges.
Cur Vesper agro languidos enocat boues?
Pando refectos mane cur reddit iugo?
Vastata suetis arua functionibus
Strigosa squallent, sentaque informi situ.
Nec gnauus auget fertiles glebas labor.
Quod si suprema fata nos Mundi manent:
Et ista nostrum monstra conuincunt scelus:
In vltima venimus ætatis gradus:
Quæ nos metallo decolorauit malo.
Vale nefanda vita; dum mihi integrum,
Non præueniri, præuenire qui volo.
Nempe mihi nomen diuitis: quem tam premit
Horrens egestas: vndique vt petenda sint

Aliena

Aliena spoliat? ab vita ducenda est in hoc?
At non ita arborem, arborisve germina
Natura destituta fugit, vt foris
Vitæ ad paranda dona conquirant opes.
Aut cum superbus floridum cornu exerit
Vernante rore Taurus, aut Aquarius
Serum refuso (ymbrio infestat polum.
Aspice volantum plumeum, ac pictum genus:
Aspice feras, mutumque Neptuni gregem:
Quam libere agitent, quamque nil petant tui.
Illis perennis limpidus fontis liquor
Seruire iussus: vuidas illis specus
Natura mater excauauit, vt foret
Vbi se leuarent languidis laboribus.
Illis virentes herbida ripa tori
Terræ parentis æmulam gemmis cutim
Strauere: siue solis æstiui fugam
Parare, tepido siue apricari solo.
At me furentem, atque opibus inhiantem impijs,
Seruumque nugis concatenatum meris
Torquet tyranna cura: nec linquet prius,
Quam male ominata barbari in cali loca,
Aut spurca scorti sceptra mutet: aut sacram
Pallentis auri cæca transformet famem.
Vt intonatum murmure hyberno salum
Feris frequentes fremitibus plangunt Noti:
Sic impeditas mentis ancipiti bono
Euenta misere male habitas dotes necant.
Abi in repostos vltimi Poli sinus,
Inhospitalis Tesqua sola Caucasi:
Subter dolosi tremula Neptuni vada.
Incommodis vt cæteris careas, sequi
Instabit hæc, miserumque tondebit iecur.
Turbans serena mentis alta munera.

Ac velut arator fumida victor face
Aut sedulam, atque operibus intentam sacris:
Aut ante fucos castra metantem ducem,
Parcam beati vindicem afflixit fauis.
It stridor acri gente commota grauis,
Rancumque amaris murmur obscurum ignibus.
Atque audet aliquis inde mirari; quid est,
Quod nascituros dura luget Thracia:
Quod luce cassos ebrys beat choris?
Surgamus omnes vmbra, & vmbræ somnia.
Surgamus: vt nos nosse nos, tempus monet.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI TERETISMATA.

Satyra.

AT melius fuerat non scribere. namque tacere
Tutum semper erit: præsertim vt secula nostra
Et pura, & vacua a vitijs nil tale merentur.
Incipe qua lubeat, vel nunc a milite: cuius
Moribus, & vita licet impune omnia dira
Vt faciat, meditari: & patrare immeditatum:
Abiurare vltro commissum, ac depositum: rem
Soluere vel pugnis, etiam vel soluere pugnis.
Nil horum est. Fama nil positis detrahere eius.
Sobrius, & donans, & amica fronte benignus,
Ipse sua stipe contentus, nil queritat extra.
Aspice, mercator raptos a fœnore numos
Dissipat in viduas, & dispertitur egenis.
Sacrifici incesti non sunt: non vota, precesque
Venales. Gratis, gratis suscepta dabuntur.
Non contemplatur fœtam vigil, anxius arcam,
Qui scortum illectet, satyra stomachante, [illegible]:
Nec lauat assidue maleolentia menstrua mensis.
Desita nunc, olim facta. At dilatio nulla,
Quæque diem diffindat, vt immortalia fiant
Iudicia, & ius consilio mendicet inani.
Cedit causse, ne ex illa victus cadat, ingens
Saturnalitio duplicatus ventre patronus.
Nec rem pupillæ Nacca in sua commoda vertit:

Cumque virum dabit: ergo paciſcitur Amneſtiam.
Ire die, tuto ire licet vel nocte Toloſe.
Nil ſaccum metuas, nil ſicam, nilve cloacam.
Non vendit natam monacho turpiſſima mater,
Vt lingat digitos iugulatis ebria curis.
Committas cuius: confectum eſt, ſterte vel annum.
Diſpenſator adeſt: rogat vltro te, vt rationes
Vel ſe abſente putes. de ſumma nil tibi deerit.
Deque ſuo potius demenſo ſubſtrahet ipſe,
Quam cumulum faciat meliorem drachma peculi.
Mentitur nemo, niſi qui inceſtum canit: atque
Scribit adulteria, aut fraudes, aut proditiones.
Non ſi dona duis, qua Agomemnone ſpreuit Achiles
Magnanimus ſpondente, habeas falſum tibi teſtem.
Non prece, non pretio iudex corrumpitur. Aurum
Purum exire, putumque ſolet. Mera puſtula cuſi
Argenti. Neutrum tibi falſificabitur ære.
Non gula: non ſtrepero turris damnata fritillo
Obiurgat celum, quod non deſcenderit vltro
In iactum, ſtolidiſve facit conuicia Diuis,
Qui non in dubium deducunt ſidera punctum.
Nil niſi nunc ſolitum eſt, hominem ſperare, Deumque.
Catera fœda ſilent. Redeuno vinimus auro.
Vere nunc orbis tum rem, tum numen adeptus,
Aurea cui reditu iam circumuoluitur etas.
Sic fratrem frater vult dilexiſſe: viciſſim
Vt pius vxorem poſcat, tradatque parenti.
Nulla ferunt communem vltro, citroque repulſum.
Et tu vis ſatyram me ſcribere, & igneus vrges?
Adde, quod ex alys quidnam aduertiſſe pudendum,
Et dignum ſcutica, quod non in me verear? Iam
Iam me egomet metuo. Iamdudum pignora porto
Nequitiæ ipſe mea, ſpeculumque mei ecce ego fio.
Ergo alium pingens, meipſum me indice ſcindam.

Illo

Ille canet, cui pura manus, cui pura supellex
Non mitet immerito pupi distenta cruore.
Nil attentauit: vadimonia deseruit: non
Prodidit hospitium, Diuos non corde luesit.
Minxit in effœti duplicata cubilia patris.
Illi res igitur propior iam facta periclo est.
Vt nemo canat, & satyrus toto exulet orbe:
At nos, tranquilla articulos qui nectare vita
Curamus; veniamq; damus, petimusq; vicissim:
Qui quod erit, quodcunque erit, hoc sus deq; vocamus.
Et permittimus, vt scribas, contraq; rogamus
Me fatuum, ac stultum, & vanum quem gloria stringit.
Nam quare scribo, nisi qui legat? Auser hoc, inquit
Quidam, mi nihil est cura hoc. tamen optimus idem
Apposuit titulos, & propria nomina libris.
Verum illud moneo, atque rogo per amicitiam, qua
Omnes commoditates vult præferre sodalis:
Ne si tu occipias describere, quæ fugienda
Esse doces, dicas dicto, factoq; fuganda.
Multa mihi fateor vitia esse. at plurima longe
Me didicisse scio satyrorum e voce procaci,
Quæ nunquam audieram, nedum feciße fatebor.
Is, quem emendabat, non est correctus. at istis
Quæ nescirem ego, tum nequam sum factus ad vnguem.
Et tu in Aristophanis pueros sudare iubebis?
Phy. Græcis licuit. nunquam decuisse licebit.
Pulchrum exercitium, & præcepti maxima laus hæc
Claris, & puris verum describere verbis.
Nec bonus esse quit illoti sermonis amator.
Dimidium facti, ac rerum est vis ipsa loquendi.
Quam melius fuerat, tota hæc intacta vacare?
Dissimulare? cruci pessum demittere, & orco,
Quam librum, atque animum tali maculare litura?
Actutum hinc, nihil horum in nostrum immiseris aurum.

Me nitidum a vitio, & scabie hac volo degere purum.
Morbum alsum effugias sanus nihilo hoc meliorem
Ne tu putidulis ambages condere dictis
Affectes: quo me videaris doctior. Ergo
Vis castigare, & non vis intelligi? vt ipse
Si inuoluam tibi Pausania mendacia: si qua
Doctus Athenæus discurrit Dipnosophistis
Anxius, vt nevllam poscendi ignoret ofellam.
Centuriam exutiam turgentis Politiani:
Qui saxum e gelida est ausus demittere Luna:
Qua ab Alexandro cognomine nomina portans:
Et quæ præceptor longe doctissimus omnium
Calius apposuit doctis, & Calius alter,
Insanire facit quos omnes Gellius vnus.
Hinc Solinus, & hinc differtor Plinius arca,
Sæpe caput scabere, & libros euoluere cogit.
Captator triuiorum abeam nihil inde reportans.
Ergo odio vrgeri potius, quam intelligi ab illo
Quem vers, ac recti ignarum informare laboro.
Vt toruus metui citius, quam mitis amari.
Mi applaudam solus. mea sint conuicia: quæ non
Nouit vicinus: quia nolim intelligere illum.
Non aliter, quam si carpat Germanus Hydaspem,
Rideat, & regerat tremulo maledicta cachinno.
Forsitan & sonitum, verear quem dicere, ibi edat.
Tum melius mihi suadebit sic cuncta silere
Filia vita verecunde taciturna quietis.
Tam prauo vtilior mundo, atq; optabilior, quam
Vxorum tria, vel tria funera causidicorum.

Poeta.

Sunt quidam, qui me clamant non esse poetam
Pignore depositio. faciant conuicia, si quis
Contendat. plagas etiam minitarier ausint.

Quem

Queis ego. sed potius de ira dependere certum est.
Quisnam hostilem animum illorum mihi credat amicis?
Est tamen. Et bene mi esse volunt, bene cum esse recusant.
Nam quid enim miserabilius queat esse poeta?
Quem interdum, ac sepe vna dies tres syllaba torquet.
Qui sejssum inclatrat cauea pallentibus vmbris,
Templorum in turri velut. Sudorius alta,
Vt curtam excudat tenui sermone monetam,
Anxius, an placeat sartoribus atque coquinis.
Quem ridet male nugacis schola auara Galeni,
Vulturiique alij, rabies quos improba lingua
Exercet creperi rauca ad subsellia belli.
Ille tamen se versiculis vlciscitur atris:
Tantum. Nam quid preterea quid versiculi illos
Gerjones moueant? quos nec fera fulmina terrent,
Dent at usve vmbris Minos, aut trux Rhadamanthus.
Interea te dira fames, dira illuuies te
Conficit, & paruis pudor cognatus adesis.
Tu tamen in numeris, & vano carmine perstas:
Vngues arrodis: calamo caput, & scabis aures.
Terram oculis mera biennia voras. Tua prandia sunt hec.
Indicis somno exilium: quo stertere possis
Dum vigilas. stupidus satagis. statua aurea palles.
Seu coctura situm attulerit siccissima longis:
Stiria seu crepuit nauis hiberna diebus.
Preterea generis nescit quis crimina vestri?
Quam male moratis animis, male conciliatis?
Pessum vt ea culpa vestra respublica, vestrum est.
Cum ignaue (hac summa est) laudabitis otia Musa
Ventricrepe, stridorisoni, mundi vmbra, cicade,
Nil preter Venerem, vel spurci murmura Momi.
Nam mihi relligio obiicere est bona numina Bacchi:
Queis sine quis vestrum audebit se inferre poetam,
Ni prius aquato Venusino dixerit, ohe?

At, puto, sunt vobis in censum mollia fata.
Turpe pedis nomen vestrum interfecit Homerum.
Alcman ipse pedum morsu, non nomine obiit.
Quid minus est acino? ast acinus mors vestra, poeta, est.
Huic testudo animam frustra fugientis ademit.
Ille epulum est canibus. Plumbo ille intrusus inani
Pro tumulo instabili latitat sub fornice Nerei.
Felix, si possunt maria eluere improbam Erinnyn,
Quæ nec salsa nimis tam salso visa Cratino.
Zelotypæ hunc lacerant minima in discrimina Thressæ.
Illum discipulus cantatum in tartara mittit.
Hic sibi pro hoste manus violentas attulit. Ille
Paupertatis agrum lippis deplorat ocellis,
Tristis, & informi maledicens multa Sabino.
At raris opibus donatus Virgilius se &
Multis cum famulis nitido curabat amictu.
Imo nihil præter patrium (vix hunc quoque) agellum
Concessit, non donauit ferus ille Tyrannus.
Nam mihi quos hortos, quæ tu conuiuia dices
Æquiparare vnam tenuem Corydonis auenam?
Solum mi obiicies meritum bona multa poetam,
Oppianum, illa tulisse, & successisse paternis.
Concedo. Verum tum vnus fuit Antoninus.
Ad nostros. Magnus nummo fuit auctior vno
Actius, aut musa genitor Iouianus amœna?
Obscœno moreris sed Politiane furore.
Esurit exilij sorbens pulmenta Marotus.
Aruit in cinerem insani lutum inane Doleti.
Atque mihi accentes, tibi magna iniuria facta est.
Cum te lingua canum clamet non esse poetam.

Medicus.

Si tibi ridere est animus, vel si vacat, audi.
Magnanimo risu iuguletur cura vicissim.
Vt sapiens teneas fugitiua tempora vita.

Vnum

Vnum atq; alterum eram spatium facturus in vmbra.
Quem vacuum ignauo mulceret Sirius æstu,
Lentus more meo, & passu suspensus inerti.
Ecce tibi satura insanorum sanguine Irudo
Garrulitate leui nullis cessura cicadæ,
Quid fit? ait. stratur. video. sed inania vestra
Officia vt mirum est cognato in tempore mortis
Cessare: vt tacito dormit Libitina feretro.
Quid vos laruigenæ, morbi, mortisq; ministri
Carnifices diri facietis, si bona vestra
Pendent tota malis alienis. Augur in vrbe
Templa sacro lituo designat. venerit vnus
Vestrum: obseruatum de cælo clamet: vt ille,
Qui monachis primo de mane occurrerit atris.
Si miserum est vobis sic nobiscum esse: quid id sit,
Quod vos estis? ab impuris monstra impia fatis:
Non impune modo vos; sed merce de necantes,
Nil nisi stercora, nil nisi dira cadauera olentes.
Et torques collo, & digitis grauis, annulus errat:
Quos boiæ, & laquei potius, q; summa e cruce latrant.
Esto. Aliquid positis dare, quod te postulet usus.
Quis vestrum studuit sapere, & sentire quod ex re est?
Pars asinis, ouibus, capris, porcisque relictis
Sacrificio sat habent tempus seruire biennij.
(Vt caluus vino pumex, vel spongia, vel crux)
Sex septem verba vt discant sine lege profari.
Mox vt ad humanum se audent conferre macellum
Mulæ onus inuisum superis, Orciq; Tyrannis
Stercoreamq; manum, & callos cerucis inaurant.
Callos, qui sacco facti, corbiq; ferendis
(Vt calluus solitus oleis portare fimetum)
Pars vix prima elementa feri sub verbere lori
Gustarunt: propria exturbant de sede magistros,
Et se substituunt: sic gratia prima relata est.

Mox

Mox hostes natibus puerorum, exinde crumenis
Æruscatores indicunt bella minuta.
Hinc farcti paucis obolis, atq; ære misello
(Annulus illico prægrandis) talaribus imis
Ostendenda tegunt lacero vestigia calceo.
Magna supercilijs, maioraq; vocibus audent.
(rede, & saluus eris. promissis certa fides. nam
Cum te interficiet, morbo curaberis omni.
Sic ait, esuriensque aliquem vt spoliaret, abiuit:
Et responsurum coruum delusit hiantem.

Ego.

Quo me habeam pacto, quæ sunt mihi commoda, quive
Angores, miserum felix me scribere cogis.
Qui patitur, nam bis patitur, narrare coactus.
Vita prius dicenda, dein fors. Quid mi animi esse
Dixeris: vt seræ reptans in limine vitæ,
Atque domo veteri, atq; noua procul auius, exul
(Vix mihi, vix ipsi, neque enim fas credere, credo.)
Aspicio in tetræ medio sedisse latrinæ?
Hic vbi nil præter fœdissima fœnora ciuem
Distendunt: vbi nil nisi lis spoliauit eundem:
Hic ego qui fiam diues, donare coactus
A Genio, qua in gente nefas donare putatur;
Ni sibi donetur, ne a se sint dona profecta?
Iccirco iucunda meæ venatio vitæ
Nonnihil abstulerat, quæ secum incommoda ferret,
Abstulerat. verum morbus præuertit: vt illam
Mutarem (o fatum) lento rigidoq; grabato.
Hic me, quæ neruos prædira, ac multa cicatrix
Læsit; habetq; negatq; remittere. Non mihi cælum
Profuit appellare; nec abstinuisse nocente
Sæpe cibo, & puris contento viuere lymphis.
Ecce calor nocuit: frigus quoq;, Libsq;, Notusq;
Et Boreas: sudusq;, & Iuppiter humidus imbri.

Tum

Tum requieſque, laborque, & preſcripti conatus.
Quid non omnia. quingenti ſunt plus minus. illos
Oro roges: tali noſtra dicent ope morbo
Exemptos, capere hinc iucundæ munera lucis.
Credo ego, quod ab ano promiſit mater Achili:
Quod ſapiens etiam Prodicus dedit Herculea vi;
Euenisſe mihi: manifeſta vt pernicie mi
Gloriam emam; atque pari penſem virtute labores.
Quæ cauſſa eſt; vt ſæpe rear mihi cælitus illum
Demiſſum ab Iunone fera. Nam ſponte remittit,
Atque abit: & redit interdum demum altero ab anno.
Ergo nihil facio. Mæles, & vipera, & vrſus
Rident ur: fomenta ſilent, oleique liquores.
Interea libri. Hippocrates. fidiſque Galenus
Interpres. Plato, Ariſtoteles, Ciceroque, Maroque.
Nam reliqui (dicam?) quaſi ſunt bellaria menſis.
A meipſoque nouum ſuffuror Cæſara Cæſar.
Neve alium mihi propterea bonus obrice vultum.
Vox eadem. Non idem animus, ſed maior & exlex.
Inter pauperiem ſtat caſtigata ſupellex
Caſſitero ſplendens vili, argentoque minuto,
Inter Fabritium, & dscentem in Apolline cæno.
Auertunt hiemes aulea vieta furentes
Cum lucente foco, lignis qui ſeruit inemptis.
Lintea turabis nunc, nunc a fonte referri.
Parca gula, & quam Burdigalæ deridet alumnus
Ridendus. Famulis longe vnctius eſt cilibantum.
Sic per tranſennam Bacchus me ſuſpicit. ille
Decolor in fatuis Acheloi deſipit vndis,
Carne ſatur pauca: piſcine auidiſſimus: ova
Odi, tanquam epulas monachorum tartareorum,
Ne oſtentet clunes prius gallina coquinis,
Ficatumque iecur ſeruatoris Capitoli
Nocte ſilens nigra, ſtertit cum cætera turba.

Porta

Porta patet, cunctos admittens. Hic male guttur
Ostentat mihi, quod depasta est indica pestis,
Rancidulum erosa raucus de nare locutus.
Gaiaco sua vota facit: sic lignea nata
Sæcula. nam fuerant de duro haud vltima ferro.
Alter inexpleta clamat tormenta podagra
Ridiculus. Tibi opem vis ferre? mi inutilis esse?
Conualuit tamen: atque artem subsannat inertem
Autori. Accedit vidua, aut pupillus egens
Arure, atque colu. Vitium causata crumena
Narrat anus nostros non ausam tangere postes,
Impense veritam, ne non intraret amice.
Vt, cui fons gelido præbet de nomine nomen,
Diluuium fundis, nummorum rauca Celano:
Huic ego non solum trepidos non aufero nummos.
Quin vltro exhibeoque libens, & pharmaca soluo.
Hospitibus faueo: tecto foueo peregrinos,
Et veste, & siquid reliqui Fors improba fecit.
Templa odi. Neque enim templi spurcissima quicquam
Iam retinent. Adeam, cum prostibularia non sint.
Desierit Roma cum mercatura Simonis.
Interea meditor, cerebrique sigilla resigno.
Audeoque & calum metiri, & tollere metas,
Velificans quouis Lusitano insanior. At tunc
Supplicia innumero numeroque & mole parantur.
Primum vicina e casula meretricula quantum
Pota quiritatur? dein carri, thensa boatrix,
Lignipedesque opera, fossor, marra, atque ligones.
Mormolyca, larua tempestatumque tribuni,
Et qua tartareo conflata e semine ditis
Torua minas abigit trepidi campana tonantis,
Non pellunt surdum scabioso e pectore Phœbum.
Magnificis igitur pressis in puluere chartis
Execror externanda sera conuicia vitæ.

Villa

Villa, nemus, riuus, præpingui pictus oliua
Hortus, & in sero Phœbi Garumna recessu
Inuitant. libri aut pro libris liba cerebri.
Cumq; volutari nostras tam rideo nugas:
Et mihi sum, plaususq; actorq;, & scena, theatrumq;,
Et quicquid misero famæ luctamur amore.
Cætera contemno, spernoq;, & abominor. Vrit
Sola animum inuictum rediuiua fama corona.
Ambitio infelix, & habendi insana cupido,
Quæq; truces olim furiare est ausa Typhones,
Inuidia atra, pedem in nostras nunquam intulit ædes.
Nec curo, quod non fabellis inserar, aut me
Rauca crepet tonstrina, senacula fœmellarum.
Nec quod me Iouius patrijs non pingat in armis.
Nec quod me in censu numerat Cacus æratorum,
Nilque a Scaligero nebulo discernit Araßum.
Qui dat pro capite exactori bina minuta.
Brenni progenies: & si non illius eßem
Ille meo poterat deduci sanguine. Quid ni?
Cuius vterque parens diuino e stemmate: cuius
Tot tantis ataui regionibus imperitarunt:
Brenni progenies Brenni in prædiuite regno,
Quod precor augusti crescat sub nomine Regis,
Pro capite, hoc, quod Musarum sacrauimus aris,
Gallica quæ raris celebrarent facta triumphis,
Pro capite hoc, quod Mauortis deuouimus aris,
Quod pro Francigenis tot passum est vulnera regnis:
Annua pro capite hoc, hoc, vectigalia soluo.

Conuiua.

Quod nomen, quodque officium sacrum fuit olim,
Principibus sociumque, & regibus & Polemarchis
Admiror modice: sic, quomodo cætera. Namque
Execratori propior fastidio ineptos.
Alterum ab infernis reor exiluiße barathris

Siue artem, siue officium, seu perniciem: quæ
Alligat ad mensam sine compedibus Parasitos.
Iuppiter: vt ni hoc, quod de me sit merda futurum,
Me totum vt vendam: alterius viuamque cadauer?
At satis hoc olim excussit facundus Aquinas.
Nunc medium hæc inter, priscumq;, illudq; Epicharmi,
In quo pene etiam meipsum fors atra fefellit,
Expediam. Nam quis nomen tenerum conuiuæ
Contemnat? propius nequeat, nisi vixerit idem.
Ad cænam ergo vocor. non illuc ire vocato
Relligio. accedas. paruo pro crimine tetrum
Supplicium, & peius dryina sitiente tremendum.
Principio rebus reliquis est omnibus ante
Vertendum, ne prætereat secorditer hora
Condicta. Ergo fori vacuus teris auia seri
Limina. si nemo te rideat: vreris vltro:
Si quod in antiquæ vi libertatis acetum est.
Dic, quoties dixti: quota? quanta est! quantaue? nondum.
Haud longe tamen huc properandum, ne mora fiam.
Hinc moueo. Interea Stertinius obuius. Heus tu:
Cardiaco succurre, rogo. Cras visero. sed nunc,
Est mihi cras. forsan cras non erit. vt mihi viscus
Subsilit: & vitam subducturum esse minatur.
Non queo adesse. abeo ad cænam. cænaueris at mox.
Interea fer opem morituro. dispeream si
Ignoscet Midas fallenti. Quare abeo. Quid
Ergo tu humanum medicum es te sæpe professus?
Sic garrit nugax. blaterantem ego negligo. Cænam
Cænam, & herum præ oculis. Nil præterea. aduenio illuc.
Nemo dum. Horologus sæpe vt mentitur ineptus.
Non caret hoc etiam culpa. Non sedulus illis
Dicar: sed metuens ne me præuenerit offa.
Tum spatia hic facienda mihi vel ad vsque trecenta,
Ni sunt plura. puer ridet vafer, atque screanti

Illudit

Illudit. pigri reliqui. tu prouidus vnus.
Postridie ne quid tale accidat, vsque sub imam
Horam expectandum curo. Fors cæteru turba
Discubuit. Iure hoc iubeor stans sumere pernam
Iam eroſam: aut turpi discedere murmure onuſtus.
Fac me aliquando venire in tempore: quid tibi dicam?
Quid ſileam? cubito vt premeris, vel crure, vel ala,
Quæ te etiam nunquam attactum ſudare coegit:
Aut ala Altini, aut pes Carni, aut naſus Anapi.
Omnia commemoras dira. at dic commoda, ſodes.
Dicam. me fateor iam tum ſine fine beatum,
Iam primum ſupra ſe cum me ponit: & vltro
Dat primo calicem, poſtquam potauerit, illas
Cœli reliquias? Non ſunt hæ ſanguine emendæ?
Apponit clunes. teipſum inuitato edtoque.
Non ego te inuitem. Tu his es dominuſque mihique.
Nonne putes digito ſperatum attingere cælum?
Non tu rex tunc es regni ſine ſanguine, inempti?
Quis nam hæc deſpiciat, niſi nauticus, aut olitor, qui
Nectarcis poſitis non audent hiſcere quadris?
Nam menſa arguitur plus ruſticus, atque epulis, quam
Dicere ſi iubeas Ciceronis vocibus horam,
Quod nulli euenisſe putant, qui mira loquuntur.
Hæc olim mecum, & nunc cum conſidero, ſane
Illico lubricus, & facilis aſſentior. Ergo
Ad cænam. venio impranſus, ſaltem male pranſus:
Quem inſtant multa negotia: vinea, liberi, amici,
Ægroti, lites: vitam hæ ſubducere poſſunt,
Nedum horas. facere inſanum e ſtolido Peribonum.
Accedo: inteſtina crepant. crudum modo ructat.
Non aderit ſtructor, ſextam niſi dixerit. Et mos
Eſt aulæ ad decimam, aut vltra ad mediam vſq; cubandum.
Non diſcumbendum. proprios plebs ruſtica mores.
Pellicula in propria teneat, vel vapulet ergo.

Assedit. simul hic alij consedimus. ah ah
Is, quem scis lauti nomen captare, palumbum
Integrum vbi posuit, non coctum clamat: & esse
Esse reponendum. Miser ille effertur inanis
Inde sine exequijs in condum: vt crastinus extet.
Quem tostum apposuit sed non semel. Interea si
Cultello Veneto macra hic gallina secatur,
Vult pinguem dici, ac teneram, raroque sapore.
Cum centum pullos exclusserit. Est eadem vox
Alpheno: & dignam clamabunt pontifice. illi
Quod non tam missa est gallina, iniuria facta est.
Iam memini temetum æstu, caldumque, & acescens.
Murito. ostendis te nescire hanc generosi
Materiam vini, solitus potare salictum.
Tum mihi quod famulo donassem forte domi, vel
Forte etiam catulo, forte abiecissem & in ignem,
Oblato tanquam precioso pignore honorat.
Ergo fame satur, aut parco, prauove cibo, sic
Mando oculis epulas, & dentes dentibus. vltro
Vltro hærens scopulis, & naufragus, & fugitiuus
Ipse mei. iubeor demenso pondere vesci.
Nam quis nam apposito consumpto pane priore
Tantundem poscat? buccellæ caseus hæret.
Hæret non implet dentis vestigia primi.
Quod nec iam saturam muscam saturare valeret.
Obseruare etiam, quantum hauseris, & quoties. tum
Dispensatori & puero iam garrit in aurem:
Ne tu de primo dederis. Miscere priusquam
E cella egrediare, memento, atque indere lymphas.
Tum mihi. sobrius es, nec tu conuiuia curas
Inque scholis, inque officijs castrensibus altus,
Philosophus, medicusque, Italusque, & nobilis. Eheu
Tot mihi tot tituli atq; fame, atq; siti hoc die emendi?
Dispeream, nisi iam lardum, laganiq; catinum,

Et

Et pullum in medio porri, cepæq; sepultum
Cum Bruco intingente manum fœdamq;, nigramque
Aut obiectrice a cunis veniente cruentis
Discupio, & ratio est rationi valentior omni.
Esse meum mihi me, & vulgum damnare profanum.
Qui liber quando esse queat, seruire laborat.
Mortis imagine emat gratis quod vendere debet.

Pater.

Pauca tibi narrare volo, quæ dicere quondam
Mi solitus Iucundus homo integer, acer, amussis,
Fermentato indicio, ingenioque subacto:
Quem velles vidisse adeo, atque audisse loquentem:
Euclides, & Vitruuius cui cedere possunt.
Nam geminos posuit pinguis tibi Sequana pontes:
Implenitque alius immensis molibus vrbes.
Hunc mihi Phœnicem, linguaque & moribus, autor
Vitæ vtriusque pater dederat consultus alendum.
Stultitia est patris natus, sed prodita quantum?
Et tamen ipse videri vult sapientia nati.
Quid non ille miser pro illo dicitve, facitve?
Indicit bellum Eois, Solique cadenti
Remisque ac velis fatis fugientibus instat.
Quærit opes, vbi mors laqueos subtendit apertos.
Non cœli, non Neptuni vireſve minæve
Sufficiant. Non absistit ter naufragus vndis.
Aurum inhiat fossæ vasto telluris hiatu,
Sepe vbi non tegitur felix operosius, atque
Ægypti reges sub Pyramidum structuris.
Nam quid enim euenisse potest felicius illi,
Quam facere ex auro thecam? quid? quam defodere auri
Matricem, & condire illo sibi aromate corpus?
Quid tibi de furtis, terraque marique, rapinis,
Fœnoribus dicam? periuria nectar in ore est.
Aspice, quam vacuum vestit speciosa lacunar

Tractea: quam nitidæque striæ, puraque columna.
Una in tam vastis, una est sententia rebus.
Plus habeam, quo plus vellem. Quid præterea? nil.
Hæc hominum domina est, hæc est regina Deorum.
Sola placet: solam prece, mica & thuris adorant.
Quid tibi vis? sat habes. tot vectigalia, turbam
Seruorum multo cum stipatore clientem.
Dicam. solus ego dominus modo. sic satur esto.
At me natorum septem scis esse parentem.
Quid faciam? ergo mihi sit septuplicanda supellex?
Es dejecti animi, nec sedes conuenit alta.
Si nihiles, nihil esse velis, ego perpetuabo.
Sic faciam: & plus, si potero. Fortuna fauebit.
Hoc ius: hæc lex sola: Quod vtile, vt hoc sit honestum.
Te miseris cum Philosophis plorare iubebo.

Otium.

Libertina prius Romana incommoda laurus
Vatibus excripsit. Tali instigatus odore.
(Namque hoc est satyris vitium satis omnibus vnum,
Vt præscriptum aliis describant carmine carmen,
Atque nouas veteri tumefactent carmine buccas)
Fusius explicuit dilatans acer Aquinas:
Sarracum, & carrum, atque integra rupe columnas.
Hoc tamen est leue, nec præterquam erronibus, atque
Dum versus faciunt lymphata vagantibus, acre
Ac durum tolerare. Domi quis nanque sedere
Te vetat, ex alta turbamque videre fenestra?
Siue sues ditaturi sunt pingue macellum:
Siue boues fugere canes, dubiamve securim:
Seu furse dedit inque pedes, inque auia turba
Subtecto, vt Molinus, panno, sectave crumena.
Me sine facta queri Fortuna: quæ pia mater
Sacrilego, productori insidiosa nouerca,
Siquis in humanis disquirat præmia cœli:

Huic

Huic virgat. virgæ ludus, si terga fatigant.
At si suggeritur virga, vt sint pabula flammis.
Fortunamque, fidem, atque hominum ingenia inde recognosce.
Ad turbam venio. Quis me felicior alter?
Cui, quaaly discurrentes per strata, per vrbem,
Inueniunt, durum meditanti, aut molle cubanti
Se vltro dant. Nostram tota vrbs est ante fenestram.
Principio porta est, Bacchi quæ ducit in agros.
In quos incipiunt a lucibus Orionis
Ire putatum. exercetur dein pastinum ad vsque
Quo hospes lucigena sit portitor Hellesponti.
Nunquam cessat opus. vocat ablaqueutio. glubit
Posthac ille pedamenta: hic inspicat: hic cæso
Vimina lenta legit, queis pendula flabra ligentur.
Nec finis. splendet repetito tempore marra.
Luxuries stringenda. para fœnilia. vix hæc
Comportata: ferum Deois trudit in æstum.
Area, plaustra, seges. defunctus commodum: ad alueos
Vina cient. sic idem annus se in seipse reuoluit
Quæ consumpta putes, referens opera, atque labores.
Adde operas, operas, misero & suspiria vati:
Ante oculos cuius, & cuius plurimus aures
Vinitor armatus ligno, ferroque pedes it
Tanto cum strepitu. vt sint surda tonitrua. sed nec
Hoc contentus, habet vocem, qua lancinet Euros
Eurosque, Zephyrosque, & agentes nubila Cauros.
Pectora mi findunt tremulo clangore cachinni.
Indicium iugulat tum contemplantis inanis
Cantus, & obscœnis vox prostibulata figuris.
Incipit hæc scabies tubaris cum fronte. vbi seri
Appetit hora die: refricat pruritibus aures.
Interea sperare licet fortasse quietem.
Quin longe peius. Mala merx vicinia pauper
Mangonum, vespillonum: cauponibus adde

Nautæ. Rixantur remex, portisculus. Ille
Vinum adhibet fomenta animo. hic muriatica spirat,
Aut Myrtota: Furit gladius, scalmusve revulsus.
Adiungas furnosque duos, fontemque Ragæum.
Quos quot monstra locos huic detestabilia orbi
Efficiunt passim prava, atque impura frequentes,
Qui velit enumerare; velit, quot fœnora, quotque
Insidias, imposturas fert machina Bruci.
Adde molas in pistrinis, quas versat aqua vis
Aut octo, aut plures: Asinos, asinis peiores
Adde & agasones, devota heu pectora furtis.
Adde fame informes, fecit quos sæpe disertos
Lamentatores querimonia blanda Proseuchas.
Aut ex naufragio, aut postliminio redeuntes,
Quos Liguris tenuit nati Orco dira triremis.
Aut qui se pingunt mentiti fulminis igne.
Adde &, Mæonides sibi quam exoptauit ineptus
Tartareo campanarum molimine vocem.
Qua nunquam cessat primoris lucis ab ortu
Ad tenebras. medys etiam irritata tenebris
Vix mihi dum cœpti disrumpit munera somni.
Hoc alibi questi, nec illum profecimus hilum.
Hic repeto. qui se repetit. quin nec repetita
Irrequieta imo potius, tum perpetuata
Depromptas prohibet audire, & reddere voces.
Adde [illegible], queis nequius vsquam
Nil est, nil erit: vt referunt sua semina planta.
Aut flent, aut choreas agitant, aut carmina cantant.
Mutuaque indomitis miscent conuicia rixis,
Et spurias ignobilibus stridoribus iras.
Adde obstetrices pistricibus, & lotrices,
Ambubaiarum clamores, sarda nouella,
Vinum, oleum, far, gossypium, scelerata sinapis,
Thus, resina, siser, vitrum, tentacula, sulfur:

Crustula

ustula, Casromaza, tomucla, epityra, turunda,
lec, quem putrem captiua Bononia misit:
sale vinuoro mordax Thunnilla Brigantum.
ut fatui, aut medici portenta inuenta scelesti
stifera: vnde queat nummis se explere vorago.
nmia quæ & Phœbo ingenium furarier ausint.
mirare, bonum nequeo seu pangere versum,
ue Stagireo succendi afflatus amore?
Vnum, credo, meis accedit pestibus atris
imen. mihi quod rauco clamore [illegible]li
apones furtis animarum, ac cæde nefanda
r se, fœda tetraque libidine putres,
uata spinthurnices, mera cymbala mundi
cida nescio qua media de nocte rudentes
lodunt somnum. Hoc vno possim esse beatus.

Machla.

Non tota es, velut illa in pyxide condita Lydæ.
bona pars subter, capitur quod pyxide nulla,
pede ostentans maiorem nocte diurnam.
tomenta femur mentita famelicum, inane.
barathrum, & barathro quod prominet atq; propẽdet,
pyxis, quisnam puteus, quanam camarina,
capere, aut calare queat camarina Mephitin?
ellaes: sed consilio dictante pudica.
superes canibus: quæ relliquiæs [illegible].
non tetigit, qui noluit, atque notauit
ibulum integrum. ab te quis sine bile rogari,
mentis compos poterit sine bile rogare?
d bella es. Nasus Germani forma camini,
nes oculi, Bacchi sed lumine fulti.
a velut crudæ mulæ, scrofæque subantis.
ntum, quo minor est Pindus, Parnasus & Oeta.
perfricta diu. rugas sed tollere nescis,
s, quas implet Veneti ceruſa laboris.

Infelix sulcos sine fructu seminis æquat.
An digitos vncos? an quod cheromantia clamat,
Nodosos referam? quo perfidius nihil exiat.
Aſt vbi sunt dentes, tibi quos natura creauit?
Sunt phatnæ sine equis. pendet tamen vnus, & alter,
Tanquam templorum demiſſi ad lumina lychni.
Hinc rarus viſus. ſiquid ridere coegit,
Officioſa manus viduas tegit obice fauces.
Eſt mos pro foribus luſtralem opponere lymphan
Intemplis: qua aient Ditis portenta fugari.
Hanc tu quantum horres? quid abhorres tangere? nempe
Ille metus cruciat, ne gutta pharmaca ſignent:
Purpuræ & in medio non ſit tibi purpura tractu:
Et de peniuora fias panthera leæna
Oſtendens maculis ſtellati crimina vultus.
Adde, quod infami ſpirat ſacer hircus ab ala,
Quipoſſit centum Sophoclis ſaturare cothurnos.
Quodq; meri bibulo fœtet tibi anhelitus ore:
Et mentis facit amotæ deliria fari
Putida: qua trimam pudeat clamare puellam.
Bis ſex luſtra tuos vicerunt auia ſoles,
Et ludis teneras inter Talariſca choreas:
Et cantas, qua non nolit cantare Catilla
Vna tui conſors, & fœdi conſcia lecti.
Quæ ſi ſit proba, tu proba ſis; ego vanior auris,
Quas captat dubiæ ſectator pallidus aulæ.

Extemporanea.

Legi de Fabio puero (mirabile dictu)
Romana: vt captus nunc eſt plebiſque, patrunque.
Nam propria hæc cædes, poſticula, ſica, venena,
Venales animæ. Si quid ſcis, præterea adde.
Ad puerum redeo. Is Fabius pullus Iouis, ipſe
Scribere dum dictat ternis: audire rogantes:
Reſpondere. Vtinam qui hæc ſcripſit Politianus,

Addiderit

Addiderit: flantem pariter sorbere fluctum.
Felici ipse etiam scribens epigrammata libro
Adiunxit titulos: aetatis tempora paruæ.
Scripsit nam hoc undenos, hoc plus minus annos.
Unde venit crescens de tempore gloria. sicut
Magna seges paruo si turgida Gargara campo
Prouocet: aut (inmera Attily, aut tetri horrea Bruci.
Dy rerum indigetes, quid agam miser? Ecce grauatus
Annorum serie curua, atque exercitus, unum, aut
Alterum ab inuito deduco limine versum.
Quæ Sangelasii si sint collata camœnis,
Aut qua candidulus scribebat Dampetrus olim
Quanquam, quod miserum est, olidi sub labe cucilli,
Qui possit quemuis facere insanire poetam,
Argutos inter videar strepere anser olores.
Rem propius paulo quæso, Brassace, putemus.
Ecce ego, qui multo vixdum emergentia nixu
Extremo effatæ carioſus fine senectæ
Hic cum Silenis teretismata prurio: multa
Sæpe pati fateor: morose inducere. dirum
Versibus aspondon factis indicere bellum.
Non tam sæpe animum instabilis Gumedria: non tam
Sæpe leuis Gallus lanas, & syrmata mutat,
Quam miseras nugas ego. Tolle hoc: pone quod instat.
Displicet hoc. placet hoc, acuit magis: hoc magis urget.
Quo fit, vt arroso cernantur viscera ventre.
Hoc vitium: verum natum hoc ex ambitione
Exque metu proprio, ac censura posteritatis,
Addit sæpe animam numeris: vitamque perennem
Promittit. Tua quid si quatuor, aut tribus horis
Chœrilus increpitet musas, tibi ruperit aures?
Est aliquid, iucundum etiam est: ex tempore multa
Audire effutita. vbi vero desierit; tum
Non res laudatur, nec quam velles repetitum.

Sed

Sed Cassy ingenium hiberno torrentior amne,
Diceret hic melius, si vellet. At haec aliqua est laus
Sed me defraudat. Malim ergo odisse loquacem.
Cum mihi maluaticum possit, dat fugere loram.

Hoc tamen, vt vitijs scatet omnibus, omnia saeclum
Deteriora sequens laudat, sibi prorsus iniquum:
Vult fluidum: fluidum similem sibi laudat Erasmus,
Barbara delumbi reuomentem verba susurro.
At Verum famae limam esse puto instrumentum.
Nam dubium fabricans non semper malleus ictum
Infligit, qua opus est. Quocirca muccida vulgi
Iudicia hinc valeant acidi, plebisque fauores.

Vita.

Haec summa est, euo vt dulci, lætoque fruamur.
Hoc quidnam esse aliud, quam hic vitae ponere metam:
Nullam aliam sperare? vtrum malisne? viator
Semper in hospitio, dat quod prouincia, plenum
Pulicibusque & cimicibus: quae incommoda latro
Et pestis faciet leuiora videri: aut te
In patria nitidum, tersum, florente, beatum
Inter amicitias, & noti pignora coeli?

Hic quid agis; cuius non tandem poeniteat te?
Fac age te esse bonum: parcetne bono podagra illa,
Quae affligit toties misero me dira grabato?
Usque adeone mori miserum est? Nam siue malus sis,
Mortuus es iam: siue bonus; meliora manent te.
Seu metuis fieri nil: vt nunc Thusca cloaca.
Tunc tibi opus nihilo. Atque Deo hoc par esse videris,
In quem nil queat ille: nec atri fulminis auram,
Nec crustam, aut nodum scabiei immittere Hibera.

Quare etiam, atque etiam mihi summa est relligio vltra
Tendere velle dies. Nam quid ne dies bene noctis
Addidit, aut illi nox: quam lignum adde camino?

Hinc est ergo abeundum alti sub culmina Olympi:

Et

Et scabiem infamis Baryæno linquere latis.
Et quacunque ferox e Lemouicis saxetis
Turba fame exacta exaturatur sanguine nostro.
Læsus, quid facias? precium est patientia: lucrum
Perdere. Num lacerat ridens gens impia. at instes:
Occidix impingetque dicam tibi Stellio dirus,
Namque lupus nunquam visus lacerasse lupinam.

Caluus.

Barbara quis nescit larua conuicia Calui?
Ore venenatas spurco quas fuderit offas?
Quasque fori in medio buccas sufflauit inanes?
Vtque mero grauidæ tumefecerit orgia lingua.
Vinum est, quod gannit: temeto ignoscite ciues,
Nudauit quoties ostreosas murice sannas.
Denteque gingiuæ viduata sedilia putris.
Gingiuæ, qualem fleret sibi Ploxemus esse.
Ipse sui similis. Quid enim damnatius illo?
Seipsam cui natura negat. Qua inuita animarum
Tartareis e concilus legisse caninam
Nouimus, & nautis notum, & cauponibus esse.
Cerbereis qua nobilium latratibus aures
Incestare queat. nihil illo latius, vnum
Si modo de doctis valet offendisse ferox: quem
Adlatret: limisque oculis absorbeat. omnes
Reddidit infensos ciues: nisi salgama quorum
Emit: queis merdam & icsunia olentia soluat.
Omnibus infestus, grauis, exitiabilis, amens.
Tabifico ex Aconis collectam dente salinam
Insputt & mendax fama depascitur artus.
Est operæprecium fortis cognoscere vitæ
Falsa rudimenta: & quæ sacramenta futura
Dixerit auspicijs sibi militiæ: quibus vmbram,
Et numerum aggressum est pecus hoc augere malorum.
Principio e filicis casa stat suffarcta manipli

In verrucosa scopulis miseranda Cebenna,
Non facta e silice, e saxo est. Ibi nil, nisi saxum
Rasile, non rude. Nil ferri est in partibus illis.
Nam nec cardo mouet: cohibet nec pessulus antra:
Sed vimen tortum de stipite castanearum.
Quæ misera ambrosia est illis, & nectar, & omnia.
Haud facta e silice est igitur, sed tecta casella.
Centum lata, puta, digitos, & longa ducentos
Lucentum solis radiorum, atque hospita luna.
Hoc pia pro domino? non. est conducta. sed ille hinc
Hoc conductor habet: qui ligno, atque igne careret.
Ramisque ad solem, & lentis lunaribus vstis
Infamemque famem pityroso pane leuaret.
Hæc ad templa trucis dira ad palatia Erinnys
Vortice de piceo rediens phlegetontis auari
Appulit vncta anima, atque sibi membra induit illa,
Multa quibus meliora piis sunt pendula furcis.
Hoc ibi tum cælum vagitus horruit illos:
Quos & luctisici bubonis credidit: & quos
Mugiit Hydra, graues cum pertulit Herculis ignes.
Quinetiam egrediens miseram necat ista parentem
Vipera. Quo tamen hoc vita discrimine? quando
Vbera lactantis desiderat. Ergo ibi asella,
Cuius ope, atque ministerio pater orba solebat
Venum ad mercatum foliis ramalia ferre,
Anxius apponit mammis: pullumque decussi
Distrahit. Hic Cyrus, Brasace, hic Romulus ille est,
Qui regum sibi stirpe satos conferre recusat,
Non terra (nimium id) sed filius ille cloaca.
Sane hæc cælestis diuina exordia lucis.
Nanque aly genitum Saturno lacte capellæ
Eductum esse canunt; aliy sue. Quo fit, vt aris
Aut mensis non apponat pecus ille sullum.
Sic ad bimatum: petitur sed panis adulto.

Sed

Sed pater esse negat sibi, & illi. sacrificio ergo
Inde popellinoro miseranti donat alendum,
Et vero fortasse patri. iurare quis ausit?
His, quae ad sacra ferunt pro votis pemmata, buccis
His ereuit. huic ille fuit Zeno, atque Cleanthes.
Et qui dedecori voluit praferre cicutam.
At tu iam melior, peiorque audacia: ludum
In trimis adit. Hic saui dictata magistri
Subtritagonista repetit plorantibus. Inde
Sincipui, isicias, semesa frusta placentae
Exigit. Haec vt furtiuo mutauerat aere
Colligit, & sese tum, & sarcinulas: quibus actum
Spontino exilio (tibi vae) mons Pessulus hircum
Excipis. Ergo vbi Paonij fit seruulus orbis
Doctorum scabies, acris porrigo bonorum.
Pauca crumenilla, atque exilia viscera flacca,
Corrasaque pecuniole vectigal adedit:
Instituit curare leui conuiuia plausu.
Quae faciunt, ineuntque quibus dant pilea honores.
Pilea purpureis apices latura magistris.
Hue sportam, & corbem, & pisces, tucetaque ferre:
Et struere, & missas portare, atque accipere vltro
Plagas, ni radient bene tersa sedilia mappa.
At postquam mensae fraudatae sunt semel, atque
Sunt semel, atque iterum: furto & deprensus in ipso est:
Actutum inque pedes, inque auia se dedit: atque
Aggressus vitam est emere agrorum sibi mortes.
Cunctatusque diu, noctem non amplius vnam
Fit medicus. Medico in censu vt sese inserere ausit.
Imo magis. Nam qui strigilant placita arcta Galeni,
Aut Coi, illarum mera mendicabula vocum
Discipuli trepidi, statua, stupidaque, & hiantes
A quibus (hoc) latum discedere non licet vnguem,
Somnia. At ipse suae est inuentor callidus artis,

Quippe

Quippe cui nullus liber est. Tum si quis adesset
(Fac plus esse librorum illi, quum Fulvius anno
Vxorum extulerit: cyathos quam siccet Aphydnus
Quam vanis Ligures quatiunt rumoribus aulas:
Quam falsos cupit nummos Chelidonius) illis
Quid faciat? qui prima rudes elementa puellos
Solus docere queat? tum nullam præterea artem.
Ergo etiam accinctus mappa, & si sordidius quid,
Inuoluens noto sese nidore culina,
Excoquit immundis quæ indat clysteria culis.
Vt mirum non sit, sacco curuatus, onustus
Ipse sibi intra ædes portat si sæpe farinam.
De sartore, obolo lardi frustilla licetur:
Quæ in manica, digitisque ferat persæpe duobus,
Atque cana gustet vinum venale manu. Ergo
Ebrius vt vomitu fœdauit marmora caldo,
Delubris laticum Diuis delibat honorem,
Sæpe quibus preculis semesis contudit aures.
Inde pigrum ad fluuium potatum vbi duxit asellum:
Coram oculis salsis, qui prætereunt que, sedent que
Panificum naso monstratus, & obstetricum,
Ecce triumphali fert tale supercilium ore:
Cui currum clitella facit, sceptrumque flagellum.
Fœnora sunt ludus. Sed non impostor inanis
Aricolis vt pallet imaginibus: nec abire
E templo, nisi durateis ferat oscula plantis,
Cereolos & fumosis affigat Aletis:
Rancidulasque preces globulis metitus acernis,
Expiet ægrorum mortes lustralibus vndis.

Vulturii.

A te principium: tibi desinet. accipe vita
Carmina digna tua. Hæc si nil valuere: nec illa.
Num quis te ferat, & sanna non scindat adunca

Et ſerui nomen blandum, & paſtoris habentem
Carnificem eſſe hominum: pecudes deglubere te. Ergo
Corda glabella tremit de paſcali, atque ſoloce.
Purpura, qua hos humeros virgatis ſtriglibus ambit,
Sanguine tincta meo eſt: eſt Chriſti ſanguine tincta.
Sed tunc pura fuit: fœdo nunc tetrior hirco eſt.
Nil mutas. lupus hac tegitur: pecus ante fouebat.
Aurum (eſto) ex viduis, ex horridulis pupillis
Corraſum, in templa eſt illatum. Hic candidus error.
Nempe aliquid templum eſt. vetuit iurare per illud,
Qui ſciuit non debere. 'Deus, inquis, in illo eſt.
Aufers tu a templo, quod dones militibus: queis
'Ducas de gregibus iugulatis, dire, triumphum.
Cui dicam ſimilem? monſtro qui regna trifauci
'Perſonat horrendum? non, non. Nanque ille fidelis.
At tibi nulla fides hominive, Orcove, 'Deove,
Vulturio potius. Nil viui. ſumma: Cadauer,
Quo diram ingluuiem ſibi ſanguine farciat hauſto.
Nec ſimilis, nec diſſimilis tibi fœmina. Nanque
Es, nones, quod dico (ſcelus) quod dicere nolo.
Ad duo non poterit niſi cui viceſima demum
Bruma recurrerit. Iccirco cum pauca rogaret,
Scaligeri non eſt admiſſus filius: atqui
Ex patre raro, & mundi ipſo generoſus ab æuo,
Armis natus, & exacto bene iure peritus.
At potuit centum titulis Serapica beatus
Pelegonus, legere ignarus, ſed cætera doctus
Quæ ſecreta vouent picantes orgia mithras.
In quibus eſt ludus, quin laus miſcere venena.'
Ille a faſcigero quondam ſubtractus aſello
Inde canum ſtrigili, & palea ſtabularius; vſque
Eſt euectus eo, vt lecto caperetur herili.
Inceſtus Glamy, aut matula Glamalis adito.
Cuncta feret. dabit ille annos, myſteria qui dat.

Tu quoq; si non es de vesica illius offa:
Si pateris prius esse antistita, fis antistes.
Haccine tu cælo spectas sublimis ab alto,
Quem crepitu dicunt terrere infamia corda,
Fulminibusque tuis pretium est, oppedere, regnum?
At caput hoc tetrũ est: bene habent sed cetera. monstrũ hoc,
Non monstrum: inter se resonant omnia membra.
Huc huc sacrifice, & monachum tecum arripe, odes.
Pingues promentus, & vectigalia magna
Annua cum decimis. Genua huc submittere fas est.
Est appellandus dominus. Frons tecta, pianda est.
Siccine mendicis? Non tu Balathro mendicas:
Haud aliter, quam qui pro buccis ostia pulsat?
Et tenuem poscit trito de ponte monetam?
Terdite, quid differs? sum nobilis, inquit. vbi illa est
Aurea nobilitas; si poscis more Proseucha?
Hoc differs; quod ponte damus frustilla roganti.
At tu per leges violentas exigis aurum.
Soluendas decimas vel rupto ramice clamant
Frugibus ex, gregibus, porro, mentaque, & anetho,
Atq; vua, atq; operam sero soluentis oliua.
Nummum etiam plusquam decimas de vxoribus? est ius.
Donandas decimas clamo, & soluo ipse benignus.
Portandas decimas & clamo, & feruidus instо
Pauperibus Christi. Cur ergo, pessime rerum,
Thesauri dispensator, promusque minister
Dives eras aliis, tibi pauper, & vnicus vni,
Prauertens tibi cuncta, aliis nil ponere curas?
Ex hoc pars tua certa fuit. pars cætera cuius?
Non Christi? non membra py sunt eius egeni?
Vidi egomet stomachosus anum, cui vinea corbes
Tres vua tulerat, præpuros, nec bene plenos
In collo positos. pendendi his portio: lata est.
Nil superest, vectigalis decimaq; soluta.

Sedula

Sedula adit parochum: petitur buccella canina.
Aedes, inquit, habes. Venalis vinea victum
Suppeditare potest. ah ah miserande popelle.
Non tibi erat dictum hoc: decimas vt soluere velles.
Sic nisi quo accipiens quantum sat, reddere posset.
At redimunt animum numeri virtutis auarum.
Quæ virtus, nil scire boni? nil velle doceri?
Se fecisse Deum? vitiorum omnium acervis
Omnibus immensum cumulum addere nequitiarum?
Ter media iussere patres consurgere nocte,
Ad templum, media vt ludentem nocte viderent?
Unde tibi nummi? nonne hos e sanguine Christi?
Luserunt vestem, tibi sanguis luditur. Ergo
Nunquam munifici in libris tibi mentio Christi.
Sola hoc expressit nomen lusoria charta.
Sic puncto nummos amissos obicis illi.
Colluseris eum sic rem curare tonabis.
Alea tum iniusto Christo dare puncta iubetur.
Crapula distentum ridendum te inde propinat
Seruo, cui vafro demens ieiunia cantas.
Ille iniit fœdus cum condo, cumq; culina.
Tum claues, ac signa iubet plorare lagœna.
Quæritur interea, quis vult conducere ternos
Anni prouentus: emere at nisi malit opimi
Iura sacerdoty sunt hæc: instruxe popellum
Negligere: exuuias, praiamq; referre locati.
Quæro ego, cur habeas solus; quæ mille hominum vix
Dilapidare queat. quæro totius vt anni
Frugibus acceptis, vendas tot millibus istud
Nil facere: & noctes vigilare, & flerire luces.
Lux odio est. Ergo hanc iugulas lodice, meroq;.
Nox consanguinea est. placuit sic concolor atro.
Nunc venit in mentem: quoties madidusq;, supinusque
Haud intellecti semesa ad murmura libri

Fabellas interponis. quod si taciturna
Lingua vorat pensum orandi: mens obruta turpis
Ventre lupæ abducit spatiatum ad inane cerebrum.
Tum, cum vota Deo per teipsum ais esse soluta,
Ut nil præterea tantis de versibus addas,
Illis sic feciſſe satis te, Battale, credis.
Interea crudum monet octana hora. Equitandum est.
Mulus adest, aut mula, asinum quæ gestet inerte.
Sic vetulam fertur portare ciconia matrem.
Centum empta est. nihil est. phaleris sine, & orbibus aureis.
Cætera tantillis sunt ponderis, ac momenti.
Cum tu fœtidum olens tetro centone lupanar,
Inceſtaque manu fatalia crustula tractans,
Quæ capitis vicini, ac maleſuadum vulgus adorat,
Aspectas spurium polluta ad sacra ministrum,
Christus ait. struitis qui scissa sepulcra Prophetis
Va vobis. testes eritis de crimine patrum.
At, tibi, qui pateris catamitum astare canenti,
Quem tibi Taura tulit, non testis criminis hæres?
Atque utinam puro impulsu, prurititibus igneis
Esset natus, concubitu certo, atque parato,
Non vino, ac fœdo attrectatu solicitatus
Editus, & nomen gerit, & cognomen, & arma.
Forsitan & votis fœcundi pondera ventris
Impetrata. Deum quicquid mortalia curas,
Si partus facit esse meo de nomine patrem:
Auratum statuam ad fœcunda altaria puppim.
Inde amor extorquendi; animus sceleratus habendi,
Nil dare pauperibus, non ponit in crimine. Quippe
Esse domi hæredem, summa est certissima cura.
Haud miror facere hæc: verum hæc tibi posse licere,
Per me, per populum, & barda deliria mundi.
Qui musſat, rudit, & tibi onus graue portat asellus.

Medicus

Medicus reguli, aut dominæ.

Scire volo causam: cur vis me intendere morbo,
Unde aliud nequeam, nisi mortem consequi acerbam.
Nam peracerba venit vel post tricesima rerum
Sæcula, si non est morienti sæpe vocata.
Quam vt fugiat, perimit durus gladiator amicum.
Quicum sæpe famem communi dispulit offa.
Quam mortem vt fugiat, ruit in mortem ille, inimicus
Cui tergum premit: & saxo se deiecit alto:
Quid me igitur fiet, cum tu me incluseris aula?
'Dives eris. me igitur tu me incluseris arce.
Quidnam Cæsar agit? proventus compitat. Ergo
'Dives erit. Mens, verba, animus, manus, omnia: nummi.
Illi ob seruitium est herus, aut hera multa daturi.
Iamq; dedere. Atqui liber satis esse sibi olim
Dixerat. Et nunc magniloquus se misit in Orcum?
Mentio philosophi est vbi nulla, & nulla poeta.
Quorum distentis clamabat nomina buccis.
Nec pudet? at pigeat saltem vel carceris atri.
Sic nunc, cui vita minimum superesset, abiuit.
Unde fugit sapiens? vbi se dolet esse moratum?
Non regem augustum, nec stemmata regia tango
Nec proceres alios regni, regisq; ministros,
Si ille probat: qua garrulitas aggannit audax?
Sed veneror claros q; equites, equitumq; magistros.
Ille mihi designatur cui fastus anhelat
Intolerabilis: & pra vno se despicit omnes.
Ecce dies abit: & torquet mihi viscera ventus
Collectusque fame, & sordentis face catini:
Quin prandium imus? at at nimis es tu rusticus: Exi.
Nondum experrectus dominus. Tun' fercula prima
Afferri tibi mendico, atque aliena sequenti?
Sat tibi si domini, dominave ligurieris ius.
Ecce tamen surgit de lecto. adeunda. salutá.

Nil tibi respondit? nihil. estne irata? quid egi?
Contradixti, cum villas laudaret; & vrbe
Contempta denas hiemes in montibus egit.
Consulere ista, meum est. Medico mihi nanq; fideli
Commendata valetudo. Sic nostra saluti
Eius commoda post habeam. Nunc præmia cernis.
Vix tu verbum hodie diducto edixeris ore.
Quid tum igitur? taceam? ventus si forte labella
Aut oculos matutinus, frigusve momordit.
Clamet: quidnam agis hic rerum? quid negligis ista
Dicere, quæ videas offendere posse salutem?
Ocius hinc. vos huc mecum. hic est ludus. at alter
Haud huic absimilis. Satis hæc. reclude palæstram.
Huc afferte pilas. Si rectius impulit, & tu
Non attentus ad id, sero laudaueris: actum est.
Ictibus in dubiis si iudicium tibi verum
Sorte mala placuit: Quid? tu, clamose magister,
Ludum hunc cum vestris audes componere libris?
Quisnam te huc luscum ad spectacula nostra vocauit?
Oh si absim: peream. Vultu damnata minaci
Libertas dabit exilium. Hoc apponere lucro est,
Si tecum extrusa est non rupta cuticula. Iam fac
Mitia, si possis, cuncta hæc. fac omnia læta.
Ipsa pila ad nutum sequiturq;, & vota secundat.
Lætus adit mensam. Irridet, si dixeris, Aufer.
Quid faceres, dicet, bona si tua, stulte, comessem,
Cum tu nostra vores? num iussi tollere quadram?
Si, ve taces, ridet. Conducit, an officit? inque.
Ne tu boletis inquam, neu credere fungis.
Quidne taces igitur? componit carmina vento
Percitus: aut laxe meditatur scrota crumenæ.
Ad remos, non ad coracas. Vbi surgit ab illis
Diuinis epulis, sepelit somno abditus horas.
Inde graui capite, & blennosis branchia neruis,

Potas

Potat inexpletum Baccho spumante, merendum
Multiforem ad buxum, tum mista ad tympana demens
Audet inepturiens crudam saltare culinam.
Sudor adest. si cessandi ratio vlla ineatur,
Cæsaris arbitrio. fumosi pramia victus
Rusticitas, senium. vix absunt verba verbis.
Quid referam? variis cum diuersoria matat
Asturconibus, aut cisiis sub sidere Capri
Nocte pigra, curtæq; macerrima tergora mulæ,
Solicitata tibi atque oblita meare tolutim,
Succusant. Ructas maleolentis murmura vappæ.
Et quoolim vatum noras suspendere inepta
Carmina, dependet concreta stiria naso.
Tum longe hospitium: vel nullum sæpe. roganti
(Fiet) responsum est. Manus nunc curo. Caminus
Vel nullus, vel nulla etiam tibi ligna recepto.
Interea Boreas memorem facit esse querelæ:
Et tibi lucentem transmittit tegula noctem.
Digno, qui astrologus tali ratione voceris.
Quod si de libris, librorum literulisve
Exortus aliquid, contra quam vulgus anhelat:
Felicem clames calonem, rura, triremem,
Præut quæ carnifici linguaq;, manuq; reportes.

Pædagogus.

Post modo, quæ ad mensam tibi sunt seruanda, docebo
Nunc quibus orator valeas, quibus esse poeta,
Edicam. Imprimis libros veneratur Erasmi,
Inde hauurire potes linguæ pigmenta renatæ.
Cætera turba nocens, mendica, leberide calua
Aridior, frustra sese decepit inertem.
Cum Ciceronе suo ingenium, genumq; fatigans.
Suxit Longolius succum Ciceronis inanem.
Longolij succum Cicero. Tibi nomina Plautus
Det, det verba. habeas, coluit quæ sancta vetustas.

Infelix sulcos sine fructu semina aequat.
An digitos vncos? an quod cheromantia clamat,
Nodosos referam? quo perfidius nihil exiat.
Ast vbi sunt dentes, tibi quos natura creauit?
Sunt phatnæ sine equis. pendet tamen vnus, & alter,
Tanquam templorum demissi ad lumina lychni.
Hinc rarus visus. siquid ridere coegit,
Officiosa manus viduas tegit obice fauces.
Est mos pro foribus lustralem opponere lympham
In templis: qua amant Ditis portenta fugari.
Hanc tu quantum horres? quid abhorres tangere? nempe
Ille metus cruciat, ne gutta pharmaca signet:
Purpureæ & in medio non sit tibi purpura tractu:
Et de peniuora fias panthera leæna
Ostendens maculis stellati crimina vultus.
Adde, quod infami spirat sacer hircus ab ala,
Qui possit centum Sophoclis saturare cothurnos.
Quodq; meri bibulo fœtet tibi anhelitus ore:
Et mentis facit amotæ deliria fari
Putida: qua trimam pudeat clamare puellam.
Bis sex lustratus vicerunt auia soles,
Et ludis teneras inter Talarisca choreas:
Et cantas, qua non nolit cantare Catilla
Vna tui consors, & fœdi conscia lecti.
Quæ si sit proba, tu proba sis: ego vanior auris,
Quas captat dubiæ sectator pallidus aulæ.

Extemporanea.

Legi de Fabio puero (mirabile dictu)
Romano: vt captus nunc est plebisque, patrunque.
Nam propria hæc. cædes, posticula, sica, venena,
Venales animæ. Si quid scis, præterea adde.
Ad puerum redeo. Is Fabius pullus Iouis, ipse
Scribere dum dictat terms: audire rogantes:
Respondere. Vtinam qui hæc scripsit Politianus,

Addiderit

Addiderit: flantem pariter sorbere suctum.
Felici ipse etiam scribens epigrammata libro
Adiunxit titulos: ætatis tempora paruæ.
Scripsit nam hoc vndenos, hoc plus minus annos.
Vnde venit crescens de tempore gloria. sicut
Magna seges paruo si turgida Gargara campo
Prouocet: aut Cumera Attily, aut tetri horrea Bruci.
Dy rerum indigetes, quid agam miser? Ecce grauatus
Annorum serie curua, atque exercitus, vnum, aut
Alterum ab inuito deduco limine versum.
Quæ Sangelasii si sint collata camœnis,
Aut quæ candidulus scribebat Dampetrus olim
Quanquam, quod miserum est, olidi sub labe [illegible], *
Qui possit quemuis facere insanire poetam,
Argutos inter videar strepere anser olores.
Rem propius paulo quæso, Brassace, putemus.
Ecce ego, qui multo vixdum emergentia nixu
Extremo effætæ cariosus fine senectæ
Hic cum Silenis teretismata prurio: multa
Sæpe pati fateor: morose inducere. dirum
Versibus aspondon factis indicere bellum.
Non tam sæpe animum instabilis Gumedria: non tam
Sæpe leuis Gallus lænas, & syrmata mutat,
Quam miseras nugas ego. Tolle hoc: pone quod instat.
Displicet hoc. placet hoc, acuit magis: hoc magis vrget.
Quo fit, vt arroso cernantur viscera ventre.
Hoc vitium: verum natum hoc ex ambitione
Exque metu proprio, ac censura posteritatis,
Addit sæpe animam numeris: vitamque perennem
Promittit. Tua quid si quatuor, aut tribus horis
Chœrilus increpitet musas, tibi ruperit aures?
Est aliquid, iucundum etiam est: ex tempore multa
Audire effutita. vbi vero desierit; tum
Non res laudatur; nec quam velles repetitum.

Sed

Sed Cassy ingenium hiberno torrentior amne,
Diceret hic melius, si vellet. At haec aliqua est lutus
Sed me defraudat. Malim ergo odisse loquacem,
Cum mihi maluaticum possit, dat fugere leram.
Hoc tamen, vt vitijs scatet omnibus, omnia saeclum
Deteriora sequens laudat, sibi prorsus iniquum:
Vult fluidum: fluidum simulem sibi laudat Erasmus,
Barbara delumbi resonantem verba susurro.
At Verum famae limam esse puto instrumentum.
Nam dubium fabricans non semper malleus ictum
Infligit, qua opus est. Quocirca muccida vulgi
Iudicia hinc valeant acidi, plebisque fauores.

Vita.

Haec summa est, euo vt dulci, laetoque fruamur.
Hoc quidnam esse aliud, quam hic vitae ponere metam:
Nullam aliam sperare? vtrum malisne? viator
Semper in hospitio, dat quod prouincia, plenum
Pulicibusque & cimicibus: quae incommoda latro
Et pestis faciet leuiora videri: aut te
In patria nitidum, tersum, florente, beatum
Inter amicitias, & noti pignora caeli?
Hic quid agis; cuius non tandem poeniteat te?
Fac age te esse bonum: parcetne bono podagra illa,
Quae affligit toties misero me dira grabato?
Vsque adeone mori miserum est? Nam siue malus sis,
Mortuus es iam: siue bonus; meliora manent te.
Seu metuis fieri nil: vt nunc Thusca cloaca.
Tunc tibi opus nihilo. Atque Deo hoc par esse videris,
In quem nil queat ille: nec atri fulminis auram,
Nec crustam, aut nodum scabiei immittere Hibera.
Quare etiam, atque etiam mihi summa est relligio vltra
Tendere velle dies. Nam quid ne dies bene noctis
Addidit, aut illi nox: quam lignum adde camino?
Hinc est ergo abeundum alti sub culmina Olympi:

Et

Et scabiem infamis Barjæno linquere litis.
Et quacunque ferox e Lemonicis saxetis
Turba fame exacta exaturatur sanguine nostro.
Læsus, quid facias? pretium est patientia: lucrum
Perdere. Nam lacerat ridens gens impia. at instes:
Occidis: impingetque dicam tibi Stellio dirus,
Nunque lupus nunquam visus laceraſſe lupinum.

Caluus.

Barbara quis nescit larua conuicia Calui?
Ore venenatas spurco quas fuderit offas?
Quasque fori in medio buccas sufflauit inanes?
Vtque mero grauidæ tunc fecerit orgia lingua.
Vinum est, quod gannit: temeto ignoscite ciues,
Nudauit quoties ostreosas murice sannas.
Denteque gingiuæ viduata sedilia putris.
Gingiuæ, qualem fleret sibi Ploxemus esse.
Ipse sui similis. Quid enim damnatius illo?
Seipsam cui natura negat. Qua inuita animarum
Tartareis e concilijs legisse caninam
Nouimus, & nautis notum, & cauponibus esse.
Cerbereis qua nobilium latratibus aures
Incestare queat. nihil illo latius, vnum
Si modo de doctis valet offendisse ferox: quem
Adlatret: limisque oculis absorbeat. omnes
Reddidit infensos ciues: nisi salgama quorum
Emit: queis merdam & icsunia olentia soluat.
Omnibus infestus, grauis, exitiabilis, amens.
Tabifico ex Aconis collectam dente saliuam
Inspuit & mendax fama depascitur artus.
Est operæpretium fortis cognoscere vitæ
Falsa rudimenta: & quæ sacramenta futura
Dixerit auspicijs sibi militiæ: quibus vmbram,
Et numerum aggressum est pecus hoc augere malorum.
Principio e filicis casa stat suffarcta manipli

In

In verrucosa scopulis miseranda Cebenna,
Non facta e filice. e saxo est. Ibi nil, nisi saxum.
Rasile, non rude. Nil ferri est in partibus illis.
Nam nec cardo mouet: cohibet nec pessulus antra:
Sed vimen tortum de stipite castanearum.
Quae misera ambrosia est illis, & nectar, & omnia.
Haud facta e filice est igitur, sed tecta casella.
Centum lata, puta, digitos, & longa ducentos
Lucentum solis radiorum, atque hospita luna.
Hoc pia pro domino? non. est conducta. sed ille hinc
Hoc conductor habet: qui ligno, atque igne careret.
Ramisque ad solem, & lentis lunaribus vstis
Infamemque famem pityroso pane leuaret.
Hac ad templa trucis dira ad palatia Erinnys
Vortice de piceo rediens phlegetontis auari
Appulit vncta anima, atque sibi membra induit illa,
Multa quibus meliora piis sunt pendula furcis.
Hoc ibi tum caelum vagitus horruit illos:
Quos & luctifici bubonis credidit: & quos
Mugiit Hydra, graues cum pertulit Herculis ignes.
Quinetiam egrediens miseram necat ista parentem
Vipera. Quo tamen hoc vita discrimine? quando
Vbera lactantis desiderat. Ergo ibi asellae,
Cuius ope, atque ministerio pater orba solebat
Venum ad mercatum foliis ramalia ferre,
Anxius apponit mammis: pullumque decussi
Distrahit. Hic Cyrus, Brasace, hic Romulus ille est,
Qui regum sibi stirpe satos conferre recusat,
Non terra (nimium id) sed filius ille cloaca.
Sane hac caelestis diuina exordia lucis.
Nanque aly genitum Saturno lacte capellae
Eductum esse canunt; aliy sue. Quo fit, vt aris
Aut mensis non apponat pecus ille sullum.
Sic ad bimatum: petitur sed panis adulto.

Sed

Sed pater esse negat sibi, & illi. sacrifico ergo
Inde popelliuoro miseranti donat alendum,
Et vero fortasse patri. iurare quis ausit?
His, quæ ad sacra ferunt pro votis pemmata, buccis
His creuit. huic ille fuit Zeno, atque Cleanthes.
Et qui dedecori voluit præferre cicutam.
Ætas iam melior, peiorque audacia: ludum
In triuiis adit. Hic sæui dictata magistri
Subtritagonista repetit plorantibus. Inde
Sincipui, ißicias, semesæ frusta placentæ
Exigit. Hæc vt furtiuo mutauerat ære
Colligit, & sese tum, & sarcinulas: quibus actum
Spontino exilio (tibi væ) mons Pessulus hircum
Excipis. Ergo vbi Pæonij fit seruulus orbis
Doctorum scabies, acris porrigo bonorum
Pauca crumenillæ, atque exilia viscera flaccæ,
Corrasæque pecuniolæ vectigal adedit:
Instituit curare leui conuiuia plausu.
Quæ faciunt, ineuntque quibus dant pilea honores.
Pilea purpureis apices latura magistris.
Huc sportam, & corbem, & pisces, tucetaque ferre:
Et struere, & missas portare, atque accipere vltro
Plagas, ni radient bene tersa sedilia mappa.
At postquam mensæ fraudatæ sunt semel, atque
Sunt semel, atque iterum: furto & deprensus in ipso est:
Actutum inque pedes, inque auia se dedit: atque
Aggressus vitam est emere ægrorum sibi mortes.
Cunctatusque diu, noctem non amplius vnam
Fit medicus. Medico in censu vt sese inserere ausit.
Imo magis. Nam qui strigilant placita arcta Galeni,
Aut Coi, illarum mera mendicabula vocum.
Discipuli trepidi, statuæ, stupidæque, & hiantes
A quibus (hoc) latum discedere non licet vnguem,
Somnia. At ipse suæ est inuentor callidus artis,

Quippe

Quippe cui nullus liber est. Tum si quis adesset
(Hæc plus esse librorum illi, quam Fuluius anno
Vxorum extulerit: cyathos quam siccet Aphydnus
Quam vanis Ligures quatiunt rumoribus aulas:
Quam falsos cujus nummos Chelidonius illis
Quid faciat? qui prima rudes elementa puellos
Solus docere queat? tum nullam præterea artem.
Ergo etiam accinctus mappa, & si sordidius quid,
Inuoluens noto sese nidore culina,
Excoquit immundis quæ indat clysteria culis.
Vt mirum non sit, sacco curuatus, onustus
Ipse sibi intra ædes portat si sæpe farinam.
De sartore, obolo lardi frustilla licetur:
Quæ immanica, digitisque ferat persæpe duobus,
Atque caua gustet vinum venale manu. Ergo
Ebrius vt vomitu fœdauit marmora caldo,
Delubris laticum Diuis delibat honorem,
Sæpe quibus preculis semesis contudit aures.
Inde pigrum ad fluuium potatum vbi duxit asellum:
Coram oculis salsis, qui præterierunt que, sedentque
Panificum naso monstratus, & obstetricum,
Ecce triumphali fert tale supercilium ore:
Cui currum clitella facit, sceptrumque flagellum.
Fœnora sunt ludus. Sed non impostor inanis
Aricolis vt pallet imaginibus: nec abire
E templo, nisi durateis ferat oscula plantis,
Cercolos & fumosis affigat Aletis:
Rancidulasque preces globulis metitus acernis,
Expiet ægrorum mortes lustralibus vndis.

Vulturii.

A te principium: tibi desinet. accipe vita
Carmina digna tua. Hæc si nil valuere: nec illa.
Num quis te ferat, & sanna non scindat adunca

Et serui nomen blandum, & pastoris habentem
Carnificem esse hominum: pecudes deglubere te. Ergo
Corda glabella tremit de pascali, atque sóloce.

Purpura, qua hos humeros virgatis striglibus ambit,
Sanguine tincta meo est: est Christi sanguine tincta.
Sed tunc pura fuit: fœdo nunc tetrior hirco est.
Nil mutas. lupus hac tegitur: pecus ante fouebat.

Aurum (esto) ex viduis, ex horridulis pupillis
Corrasum, in templa est illatum. Hic candidus error.
Nempe aliquid templum est. vetuit iurare per illud,
Qui sciuit non deberi. 'Deus, inquit, in illo est.
Aufers tu a templo, quod dones militibus: queis
'Ducas de gregibus iugulatis, dire, triumphum.
Cui dicam simile? monstro qui regna trifauci
Personat horrendum? non, non. Nanque ille fidelis.
At tibi nulla fides hominve, Orcove, Deove,
Vulturio potius. Nil vim. summa: Cadauer,
Quo diram ingluuiem sibi sanguine farciat hausto.
Nec similis, nec dissimilis tibi fœmina. Nanque
Es, non es, quod dico (scelus) quod dicere nolo.

Ad duo non poterit nisi cui vicesima demum
Bruma recurrerit. Iccirco cum pauca rogaret,
Scaligeri non est admissus filius: atqui
Ex patre raro, & mundi ipso generosus ab æuo,
Armis natus, & exacto bene iure peritus.

At potuit centum titulis Serapica beatus
Pelegonus, legere ignarus, sed cætera doctus
Qua secreta mouent picantes orgia mithras.
In quibus est ludus, quin laus miscere venena.
Ille a fascigero quondam subtractus asello
Inde canum strigili, & palea stabularius; vsque
Est euectus eo, vt lecto caperetur herili.

Incestus Glany, aut matula Glanalis adito.
Cuncta feret. dabit ille annos, mysteria qui dat.

Tu quoq; si non es de vesica illius offa:
Si pateris prius esse antistita, fis antistes.
Hæccine tu cælo spectas sublimis ab alto,
Quem crepitu dicunt terrere infamia corda,
Fulminibusque tuis pretium est, oppedere, regnum?
At caput hoc, tetrũ est: bene habent sed cetera. monstrũ hoc,
Non monstrum: inter sere sonuent omnia membra.
Huc huc sacrifice, & monachum tecum arripe lodes.
Pingues proventus, & vectigalia magna
Annua cum decimis. Genua huc submittere fas est.
Est appellandus dominus. Frons tecta, pianda est.
Siccine mendicis? Non tu Balathro mendicas:
Haud aliter, quam qui pro buccis ostia pulsat?
Et tenuem poscit trito de ponte monetam?
Perdite, quid differs? sum nobilis, inquit. vbi illa est
Aurea nobilitas, si poscis more Proseucha?
Hoc differs; quod ponte damus frustilla roganti.
At tu per leges violentas exigis aurum.
Soluendas decimas vel rupto ramice clamant
Frugibus ex, gregibus, porro, mentaque, & anetho,
Atq; vua, atq; operam sero soluentis oliua.
Nummum etiam plusquam decimas de vxoribus? est ius.
Donandas decimas clamo, & soluo ipse benignus.
Portandas decimas & clamo, & feruidus instо
Pauperibus Christi. Cur ergo, pessime rerum,
Thesauri dispensator, promusque minister
Dines eras aliis, tibi pauper, & vnicus vni,
Prauertens tibi cuncta, aliis nil ponere curas?
Ex hoc pars tua certa fuit. pars cætera cuius?
Non Christi? non membra pij sunt eius egeni?
Vidi egomet stomachosus anum, cui vinea corbes
Tres vua tulerat, præpuros, nec bene plenos
In collo positos. pendenda his portio: lata est.
Nil superest, vectigali decimaq; soluta.

Sedula

Sedula adit parochum: petitur buccella canina.
Aedes, inquit, habes. Venalis vinea vitium
Suppeditare potest. ah ah miserande popelle.
Non tibi erat dictum hoc: decimas vt soluere velles.
Sic nisi quo accipiens quantum sat, reddere posset.
At redimunt animum numeri virtutis auarum.
Quæ virtus, nil scire boni? nil velle doceri?
Se fecisse Deum? vitiorum q; omnium acernis
Omnibus immensum cumulum addere ne quitiarum?
Ter media tulere patres consurgere nocte,
Ad templum, media vt ludentem nocte viderent?
Unde tibi nummi? noane hos e sanguine Christi?
Luserunt vestem, tibi sanguis luditur. Ergo
Nunquam munifici in libris tibi mentio Christi.
Sola hoc expressit nomen lusoria charta.
Sic puncto nummos amissos obiicis illi.
Collusoris eum sic rem curare tonabis.
Alea tum inuito Christo dare puncta iubetur.
Crapula distentum ridendum te inde propinat
Seruo, cui vafro demens ieiunia cantas.
Ille iniit fœdus cum condo, cumq; culina.
Tum claues, ac signa iubet plorare lagœna.
Quæritur interea, quis vult conducere ternos
Anni prouentus: emere at nisi malit opimi
Iura sacerdotij sunt hæc: instruxe popellum
Negligere: exuuias, prædamq; referre locati.
Quæro ego, cur habeas solus; quæ mille hominum vix
Dilapidare queat. quæro totius vt anni
Frugibus acceptis, vendas tot millibus istud
Nil facere: & noctes vigilare, & flere re luces.
Lux odio est. Ergo hanc iugulas lodice, meroq;.
Nox consanguinea est. placuit sic concolor atro.
Nunc venit in mentem: quoties madidusq;, supinusq;
Haud intellecti semesa ad murmura libri

Fabellas interponis. quod si taciturna
Lingua vorat pensum orandi: mens obruta turpis
Ventre lupa abducit spatiatum ad inane cerebrum.
Tunc, cum vota Deo per teipsum ais esse soluta,
Ut nil praterea tantis de versibus addas,
Illi sic fecisse satis te, Battale, credis.
Interea crudum monet octana hora. Equitandum est.
Mulus adest, aut mula, asinum qua gestet inerte.
Sic vetulam fertur portare ciconia matrem.
Centum empta est. nihil est. phaleris sine, & orbibus aureis.
Cetera tantilli sunt ponderis, ac momenti.
Cum tu fœtidum ulcus tetro centone lupanar,
Incestaque manu fatalia crustula tractans,
Quæ capitis vicus, ac malesuadum vulgus adorat,
Aspectas spurium polluta ad sacra ministrum,
Christus ait. struitis qui scissa sepulcra Prophetis
Væ vobis. testes eritis de crimine patrum.
At, tibi, qui pateris catasmitum astare canenti,
Quem tibi Taura tulit, non testis criminis hæres?
Atque vtinam puro impulsu, pruritibus igneis
Esset natus, concubitu certo, atque parato,
Non vino, ac fœdo attrectatu solicitatus
Editus, & nomen gerit, & cognomen, & arma.
Forsitan & votis fœcundi pondera ventris
Impetrata. Deum quicquid mortalia curas,
Si partus facit esse meo de nomine patrem:
Auratum statuam ad fœcunda altaria puppum.
Inde amor extorquendi; animus sceleratus habendi,
Nil dare pauperibus, non poni in crimine. Quippe
Esse domi haredem, summa est certissima cura.
Haud miror facere hæc: verum hæc tibi posse licere,
Per me, per populum, & bardi deliria mundi.
Qui musat, rudit, & tibi onus grave portat asellus.

Medicus

Medicus reguli, aut dominæ.

Scire volo causam: cur vis me intendere morbo,
Unde aliud nequeam, nisi mortem consequi acerbam.
Nam peracerba venit vel post tricesima rerum
Sæcula, si non est morienti sæpe vocata.
Quam vt fugiat, perimit dirus gladiator amicum.
Quicum sæpe famem communi dispulit offa.
Quam mortem vt fugiat, ruit in mortem ille, inimicus
Cui tergum premit: & saxo se deicit alto:
Quid me igitur fiet, cum tu me incluseris aula?
'Dives eris. me igitur tu me incluseris arcæ.
Quidnam Cæsar agit? præsentus computat. Ergo
'Dives erit. Mens, verba, animus, manus, omnia: nummi.
Illi ob seruitium est herus, aut hera multa daturi.
Iamq; dedere. Atqui liber satis esse sibi olim
Dixerat. Et nunc magniloquus se misit in Orcum?
Mentio philosophi est vbi nulla, & nulla poeta.
Quorum distentis clamabat nomina buccis.
Nec pudet? at pigeat saltem vel carceris atri.
Sic nunc, cui vita minimum superesset, abiit.
Unde fugit sapiens? vbi se dolet esse moratum?
Non regem augustum, nec stemmata regia tango
Nec proceres alios regni, regisq; ministros,
Si ille probat: qua garrulitas aggannit audax?
Sed veneror claros q; equites, equitumq; magistros.
Ille mihi designatur cui fastus anhelat
Intolerabilis: & pra vno se despicit omnes.
Ecce dies abit: & torquet mihi viscera ventus
Collectusque fame, & sordentis face catini:
Quin pransum imus? at at nimis es tu rusticus: Exi.
Nondum experrectus dominus. Tun' fercula prima
Afferri tibi mendico, atque aliena sequenti?
Sat tibi si domini, dominave ligurieris ius.
Ecce tamen surgit de lecto. adeunda. salutá-

Potat inexpletum Baccho spumante, merendam
Multisorem ad buxum, tum mista ad tympana demens
Audet inepturiens crudam saltare culinam.
Sudor adest. si cessandi ratio vlla ineatur,
Cæsaris arbitrio. fumosi pramia rictus
Rusticitas, senium. vix absunt verbera verbis.
Quid referam? variis cum diuersoria matat
Asturconibus, aut cisiis sub sidere Capri
Nocte pigra, curtæq; macerrima tergora mulæ,
Solicitata tibi atque oblita meare tolutim,
Succussant. Ructas maleolentis murmura vappæ.
Et quoolim vatum noras suspendere inepta
Carmina, dependet concreta stiria naso.
Tum longe hospitium: vel nullum sæpe. roganti
(Fiet) retponsum est. Manus nunc curo. Caminus
Vel nullus, vel nulla etiam tibi ligna recepto.
Interea Boreas memorem facit esse querelæ:
Et tibi lucentem transmittit tegula noctem.
Digno, qui astrologus tali ratione voceris.
Quod si de libris, librorum literulisve
Excutias aliquid, contra quam vulgus anhelat:
Felicem clames calonem, rura, triremem,
Prævt quæ carnifici linguaq;, manuq; reportes.

Pædagogus.

Post modo, quæ ad mensam tibi sunt seruanda, docebo
Nunc quibus orator valeas, quibus esse poeta,
Educam. Imprimis libros veneratur Erasmi,
Inde haurire potes linguæ pigmenta renatæ.
Cætera turba nocens, mendica, leberide calua
Aridior, frustra sese decepit inertem.
Cum Ciceronе suo ingenium, geniumq; fatigans.
Suxit Longolius succum Ciceronis inanem.
Longolij sucsum Cicero. Tibi nomina Plautus
Det, det verba, habeas, coluit quæ sancta vetustas.

An tibi quæ dederat populo delumbior ætas
Bissenis credas tabulis præferre decorum?
Hic tibi plena tui præmordax protinus otij
Concoquat ambitio, ac fama vesana cupido.
Insanis scabies quæ vita secunda vocatur.
Atque vt cognoscas, quid apluda distet adorque,
Ex illis sanctæ euoluam miracula linguæ.
Vt possis conferre, catax vteresse feratur.
Recludam crepera nunc tempestate Fauissas
Dum ad benedicendum tibi ego degrumo viam, tu
Cossim animum aduortas, ne hac euannetur ab aura,
Et fiat vatrax in iudicio hocce ferendo.
Expediam topper corgo decermina magna
Non excissata ex mendica differitate.
Qualia fiscellatores verborum hamiotæ
Tractu euerriculo sic conferruminat illa
Turba, nec apta sibi disque coloria multum.
Quæ veruat sublesta cohors: nam tungere nescit.
Lingua petrones latia, potiusque truones.
Prox vallescit enim male cæcultantis in ore
Sæcli: quod tuditat iam demagis, atque nihil. Tu
Momar eris, si his sis ambactus. Alebria verba
Sunt retinenda tibi, quæ corde interritus axo.
Ne tu cracentis imiteris cruscula Todi.
Namq; hæc, & tenuis, quæ nunc, oratio siremps,
An plus de strebulis placeat vesperna minutis
Quam contigna tibi, aut totum cænare solocem?
Flocces, atque ex fir laudato Manius. At tu
Lautia, quæ adiciunt prosimuria, proculinatq;.
Vtque hallus potior, quam index, quam Condaliotes.
Spurina melior sic Nauius: & prior ille
Qui extitit e terra, vt loqueretur fibra petenti.
Non est lingua opica hæc, nunc sicul Adasia. quæ sic
Craptescat. sed auillæ etiam stat muccus inanis

Ni

Ni velut in sacris cassis augenda nouella
Attegra vinum. Decus hoc sic andruat ad te
Si rapias ipsum. Nec te carissa doluisque
Ille bouinator laciat, perdatque supinum.
Nam mendacia sunt persæpe antermina veris.
At tu bellutos istos sine fine caueto.
Semper vt Arcubiæ vigil, aruscator ad omnia
His antigerio purgabis flemina lingua.
His foculis nitidus de strigoso efficieris.
Dispennent, deflaccabuntque famem, illuuiemque.
His suffundatis tibi res super alta struetur.
His sic nos tonimus: reliqui sunt Bambaliones.
Sic tibi Dij dent, quicquid aues cinctute magister.
Vt te intellexi, aut puriter tu forte teipsum.

IVLII CAESARIS SCALIGERI NOVA EPIGRAMMATA.

AD DIVAM CONSTANTIAM RANGONIAM.

Ista suis olim rerum primordia caussis,
Quaeq; gerunt causssæ prima elementa vices,
Quiq; per immensum insinuans se spiritus orbẽ
Incerta certus omnia mole capit,
Detinuere mei meliores nominis horas:
Atq; attriuit iners fortia membra labor.
Ergo animo facilis tranquillum arrisit Apollo:
Effœtumq; nouæ Musa refecit ope.
Atq; aliis quæ victa situ est odiosa senectus,
Blanda pio Phœbi numine capta venit.
Teq; meum specto certum Rangonia sidus:
Seu tu sis Helice, seu Cynosura mihi.
Ipsa ingens, ego nil. tua sed momenta sequutus
Parua a me hæc, de te magna futura puto.

Ad vmbras amatorum.

Quacunque inferne Veneris per inania regna,
Per Stygiam tacitis tractibus itis aquam,
Vmbræ, quæ leuibus tenebras perstringitis alis:
Quas viridis placido myrtus opacat agro:
Crudeles vtinam solæ videatis amores,
Turbidaq; in fletu carmina fusa rudi.

Hic

Hic mihi dum veteres aspirat Nemia flammas:
Oraque fatali melle venenat Amor.
Mox vejrum auctura numerum moror omnia: nostri
Si modo ego hinc possim corporis umbra mori.

Ad Lesbiam.

Cum primum ex ista facie mihi dura tetendit
Retia: digna fuit, digna perire Venus.
Digna fuit: Diuum sed si natura repugnat:
Nec iam adeo effuso mors volat atra gradu:
Tunc ego debueram semel expirasse: nec vltro
Heu toties fatis sic superesse meis.
Quales purpurea soluuntur luce pruina:
Qualis odorato cera subigne cadit:
Vror, & indomitæ vexant præcordia flammæ:
Atque vafer lenta me face torret Amor.
Aspexi quoties diuinum frontis honorem,
Aureaq; in blandis sidera luminibus:
Pectoribus toties hæserunt spicula nostris:
Mistaq; cum gelido spes fuit aucta metu.
At tu per teneri iucundum lumen Amoris:
Hei mihi, qualem oculus spirat vterq; tuus:
Lesbia sidereum cæli decus: vnde Cupido
Deduxit rapidas in mea damna faces:
Heu heu perpetuo tandem miserere doloris:
Hæc anima vt votis seruiat vna tuis.

Quare se interfecturus, abstiterit.

Non, ita me Diy ament, & diis mihi millibus vna
Lesbia, Diis magnis millibus vna prior:
Huc vltro luctu captis superauimus annis:
Et vitæ potui tædia ferre trucis.
Sed validas ausum natura soluere leges,
Et petere in nostros vltima dona rogos,

Risit

Risit: & obiectis mea Lesbia lucibus illis,
Quæ fraudant numero sidera magna suo:
Et vitæ, & mortis sedes ostendit: & inde
Dulce fuit nobis viuere: dulce mori.

Solicitari Lesbiæ desiderio.

Quapreceps Athesis rapido citus amne superbit:
Et inga pacato barbara mutat agro:
Quam me solicitat peregrinæ spiritus auræ:
Quam sine te patriæ Lesbia sordet amor.
Quam stupeo: quantus cæli me tractus iniqui,
Quantaque me profugo diuidit vnda mihi.
Me trans aerias Alpeis fuge, transque ꝯnantem
Nerea; stricta pigro qua stupet vnda gelu:
Huc, vbi perpetuo Phœbi damnatur ab æstu,
Atque hiat indigenis perdita terra notis:
Tecum adsum: tecum trahis in deserta querentem:
Tecum solicito per fora densa pede.
Tantum sanitas, & fraudis commenta dolosæ
Cum petis, absentem Lesbia nulla rapis.

Accepto falso nuncio interitus mei e clade Rauennati hausto veneno interiit.

Debebam tibi me pro noxa Lesbia: verum
Vita mea est grauior mortua morte tua.
Subtractam tibi te nobis hæc reddit imago:
Fingere me nullum nulla tabella potest.
Immo hoc heu nostri monumentum est funeris: at te
Ars nisi sub nostro pectore nulla capit.

Ad Garumnam.

Vane quid auspiciis leuibus Garumna superbis?
Quod lauit aureolos flumine Aella pedes?
Ah quam sollicito quæres in gurgite fluctus:
Quam miser in toto flumine nullus eris.

Sine

Siue vstum te flammigeris afflabit ocellis:
Seu tacitas animi frigore cuget aquas.

Ad Altinium riuulum Patauinum.

Altini pater, hic tenus licet abditus amni
Grandia vix habeas nomina ferre Dei:
Altini tamen argutis placidissimus auris,
Altini Euganeæ rexq; paterq; plaga:
Quid graue, si salso tingam tua flumina fletu,
Quoque fugis, refluo sunt freta salsa vado?
Hasce trahes lacrymas captiuæ pignora mentis
Certa: quibus celeres auctior addis aquas.
Qua tua Glaucillæ pedibus leuis vnda superbit:
Et calum suda luce serenat Amor.
Nec timeas haustus quæsturam fontis amaros:
Nam domina haud alio pascitur imbre mea.

Aellæ studium in venatione.

Si fato fuit, vt cursu meus ignis anhelo
Truderet infestas corde micante feras:
O fiam viridis fruticoso vertice collis,
Fultaue conigeris lucida sylua comis.
Qualis in abducta fertur Lilybeide terra
Ætna leues vsta pascere fronte niues.
Aut ego sub taculo spectarer cornus acuto:
Aut premeret celerem copula fida canem.
Sic misero mihi præfertur nemus, atque cruenta
Tesqua, & inhumano semita capta rubo.
At tu, siue odio nostri subduceris: huc cor
Redde, quod in vestro pectore signat herum.
Seu placidi gregis arcta premis vestigia: ne mi
Captiuo profugos præfer, Aella, pedes.
Siue truces ieqneris animoso pectore pestes:
Aptior est votis te fera nulla tuis.

Præsert

Præfert Pado Granam fluuium Taurinorum.

Ille, vides, tenuis qui ſtringitur alueus amni,
Qua prati Genio ſordida pinguet aqua:
Clarior eſt mihi, vel Tybri, vel rege ſuperbo,
Quem non ſolicitat ſegnior vnda, Pado.
Hic canit ignotas, niſi Dius, Teleſilla camœnas:
Et domat ignauis muſtea lina vadis.
Spernis an hæc lutulenta? magis mihi contulit hoc, quod
Non redit a ſpeculo facta ſuperba ſuo.

Arguit noctis moram.

O nox, perpetuo nox o mihi longior æuo:
Nox mihi ſpiranti ſurdior vna freto:
Non pudet effœtas producere longius horas:
Et trahere ignauæ non tua regna moræ?
Promiſſos mihi ſub lucem vt fruſtreris amores:
Optatoq; tenax incubet hora die.
Nil agis. & mediis ſi te mihi ſubripis vmbris:
Aſſeret a frontis luce ſerena diem.

Fluxa Veneris præmia: pœna diuturna.

Frigida cum tacito mea Circia tabuit igni:
Et ſoluit caſtos flamma inimica ſinus:
O quam rara fuit, ſed quam cito rapta voluptas.
Quam cita de lenta nox mihi luce venit.
Si peritura breui fuerant ea munera: quid me
Perpetua æterno fulmine flamma rapit?

Paſtoralis luſus.

Si me crudelis cuſtodia dura nouerca
In ſaturos paſtum craſtina mittet agros:
Huc, vbi tu niueas aſpectans concolor Alpeis
Dura peregrinis lina retundis aquis,

Deſcendam

Descendam Talarisca: pecus curabit Hyella:
Vel fiat rabido præda cruenta lupo.
Attulit Euganea (coridon mihi nuper ab vrbe,
Quid qua habet Ortigalis? omnia rara. veni.
Quorum nunc etiam quædam tibi, vita, tulissem.
Aptius e cunctis, quod placet, ipsa leges.
At vos, qui patrios, Aquilones, vritis agros:
Siccaque pluuerea stringitis arua fuga:
Flatibus horrificis, aut scripto parcite trunco:
Aut nostras vestro hinc ferte furore faces.

Nocte deprehensus consulit sidera.

Vna, quæ petit, nos hac in nocte perimus:
Tam misere auersos qua tulit vna Deos.
Quas ego non cæli faculas, tacitosq; Quirites
Suspiciens, supplex vota precesque tuli?
Sempiterni ignes, & opaca noctis ocelli,
Arbitraq;, & flammis conscia signa meis:
Nequicquam ne in vos veteres mentitur amores
Conniuens rutilo hæc candida flamma polo?
Aut monstrate viam; aut, surdis si conqueror auris,
Ignis hic innumeris sideris instar erit.

Agnoscit iter amicæ ob serenum cælum.

Hæc via, qua nitido pressa Asturcone superbit:
Quæ tenet intactas puluerulenta notas:
In nostrum hæc rapidos cælum transmittit amores:
Agnosco dominæ signa beata meæ.
Iam late indomitæ ponunt fera corda procellæ:
Atque nouo latus vbere lucet ager.
Diffugiuntq; cito palantia nubila plausu:
Atq; acies pluuij concidit acta Noti.
Sis lenis, Dea, sis misero, Dea, lenis amanti:
Parcius atque ocnlis vtere, Diua, tuis.

Si soluis tempestates; si nubila differs:
Quo stabit versa in nubila vita mihi?

Præfert Adamantiam Auroræ, & Phœbo.

Luce sua mea lux trepidos vbi solverit ignes:
Et cana conspicuum fugerit vmbra caput:
Ah ne optem mihi Diua tuos Matuta labores:
Quæ vaga rorifera hora reducat equis.
Quid mihi cum Phœbo huc? vestras ille excutit vmbras:
At mihi in hunc noctem fax satis vna venit.

Contraria monstra in se inesse.

Si qua sub aduersis diuisus destinat oris
Monstra peregrino perdita mundus agro,
Huc collata, suoq; adeo contenta rigore,
Sint tanquam nostris femina parua malis.
Quis ne vnquam gelidis alsit ferus ignis in vndis?
Quæ concepta feris ignibus arsit aqua?
At mihi non imbrem lacrymarum interficit æstus:
Non lacrymarum æstus ictus ab imbre cadit.
Quid mirum si me vestris affingere flammis,
Et glaciem propero velle referre tuam?
Isto oculo tacita exuris me glanca loquaci:
At torpent stupido corda retusa gelu.

Nocturnum suspiciens cælum.

Cætera, quæ vestro fulgent vaga sidera mundo,
Extulit ex alto nox taciturna mari.
At mihi iam misero silet omni sidere cælum:
Lumina dum Pholoæ lucida somnus habet.
Lucifer aurati pecoris cordate magister,
Coge gregem: numerum non habet ille suum.

Ad Idmonem pastorem.

Idmon, cum tenui ducta est fiscina iunco:
Et sunt arguta prandia grata cani.

Aspiciam

Aspiciam lacerum hoc morienti lumine septum:
Et neget infecto vellere fœtus ouem:
Ni me de similis lucens crudelis imago
Verberat: & medio lacte Bathylla venit.
Seu pictos video colles genitalibus auris:
Seu gelidas rigida valle sedere niues.
Signant præcipiti cedentia flumina cursu:
Lenis & astricto murmure flexus aqua.
Quæ me verti oculis, oculos ferit: vnicus illam
Æolus, & sicco Iuppiter ore notat.
Ostendit viduus deserto stipes in agro:
Vernaq; sub reduci sylua parata coma.
Quin tenuem in cœnam tepidum cum spumat ahenum:
Cocta aque ludenti palpitat igne cutis:
Fingo illam in media flamma mihi: sed tamen heu
Me miserum, flamma quam procul illa mea est.

Dolet, lætaturque amicæ abitu.

Aspexitq;, abiitque & spicula cæca relinquens
Fraudauit votis brachia nostra suis.
Ah loquor infelix? solo si lumine vicit:
Quid faceret toto corpore Diua tibi?

Lucinæ comparat crepusculum.

Cernis, vt Hesperiis flammatus Iuppiter auris
Seros purpurea luce colorat agros?
Ostendit vestri speciem Lucina decoris:
Absimilis, heu heu, sit licet ille tibi.
Pura serenatis portendit lumina terris:
Crastinus vt nitido Phœbus obibit equo.
At mihi vel medium frons ignibus ista corusci
Aburat picea condita nube diem.

Cur tam æstate, quam hieme mihi male sit.

Daulias exiguæ gelida dum noctis in vmbra
Dulcibus attonitas questibus vrget aues:

Et dum præcipiti superantur flumine ripæ:
Informisque grauis nix iacet alta gelu:
Quid tamen aduersis toties miser alloquor auris,
Vosque feros æstus, vosque feras hiemes?
Si fuit, vt flamma laqueis torquerer acutis:
Debuit accensas frangere bruma faces.
Frigida sin lacryma Lachesis me destinat atræ:
Auget inhumanas vnde mihi æstus aquas?
Sic est: quæ cælum obnubit, cælumque serenat,
Tantundem ipsa & in hæc tempora iuris habet.

Ad conuallem Viuesiam.

Aurea perpetuis specuum concepta ruinis:
Fida comes miseris questibus vna meis:
Quod tantum huc dubia conceptas voce querelas
Confero: quod sæuo nomine pulsa sonas:
Hoc fit: nam præter te vnam, loca deuia nostræ
Nulla magis referunt ora superba Deæ.
Sic &, vbi truncis respondes vocibus, illa
Reddit ab extremo verba retorta sono.
Tu tenerum vernis vt pingis floribus annum:
Sic florens roseo fundit ab ore iubar.
Verum anni interitum tristi cum funere montes
Lugent: & gelidas vda refundis aquas:
Vnum hoc dissimile est: duro nam marmore, duro
Aridior lacrymas reuocit illa meas.

Ne quid absenti humanitus accidat.

Aspiciam ne illo redeuntem e litore, qua tum
Vita e dimidio lumine capta mihi est?
At tu quolibet in dominam grassare furore:
Et telis penitus vtere dira tuis.
Haud potes in totam: potior pars altera mecum est,
Vnam si quæris perdere: perde duos.

Ab anicula maga effictam dominam.

Que veterem cæli genium, soleſque fatigat:
Et grauis innumera luce ſuperbit anus:
Sæpe ſub accliui ſurgentis colle Sabini:
Sæpe ſub inſomni te mihi ſignat aqua.
Quæ piger ambigua trepidans Alburnus vnda
Auctior et lacrymis in tua iura meis.
Verum vbi in amplexus, atque oſcula dulcia demens,
Turbidus, ac demens corde micante ruo:
Inde rapi ingratis video mea gaudia ventis:
Fictaque præcipites effugit vmbra manus.
Heu potuere artes magicæ non amplius vllæ
Fingere: non aliter tu quoque prenſa fugis.

Calendis Máiis corollæ.

Aurea cum nitido tellus opuleſcit amictu:
Fœtaque fœcundo ſole graueſcit humus:
Quid, mea lux, virides placido petis ore corollas;
Ritus vt a veteri conditus extat auo?
Hei mihi quantum atris nigreſcunt pectora curis:
Nec cadit hic cæli ſub mea corda decor.
At mihi ſi reducis tempeſtas nobilis anni
Læta iubet læto tempora corde ſequi:
Non eſt, quod rapidos æſtus, hieməſque procaces
Poſthabeas, hæc vt munera vere feras.
Seu ver, ſeu mihi bruma ferat ſi bruma mihi te:
Fiet vel gelido ver mihi bruma die.

Dormientem excitauit Lollia.

Iam placidus curis ſomnus ſucceſſerat atris
Blandus, & incauto pectore fuſus erat.
Regna trahens victæ Veneris mea Lollia ſecum,
Conſtitit ad taciti conſcia fulcra tori.

Et sensim admotis oculis, quibus imperat astris,
Exoluit gelidis dulcia vincla Dei.
Quid, somnum aufugere, est mirum? Sic sole recenti,
Sic matutinam, sic facit ille fugam.

Morior ne moriar.

Ceperunt quoties misera me tædia vitæ:
Statque mala ultrici tanta abolere manu:
Lenior ostendit placidos Amaranthis ocellos:
Corque timens trepidum vulnera dira fugit.
Tunc leuis amentem ancipiti spes occupat ala:
Utque mori nequeam, mors prior illa venit.

Comparat se cum amica.

Mellitos oculorum haustus, frontemque superbam,
Osculaque insidiis insidiosa meis,
In prædam trahit: & morsu populatur acuto
Impia, quæ didicit perdere cuncta, dies.
Nec te in diuinas grassantem sæua papillas,
Atque in magnorum tot monumenta Deum,
Terrebat pudor? at Veneris nunc perdita regna:
Contemptus nullo vulnere nudus amor.
Me tamen in veteres idem furor obruit ignes:
Et memor antiqui muneris vna fides.
Tempora te vincunt, spretum qua vincis amorem:
At me, qui vinco tempora, vincit amor.

Martia: tetrica seueritas.

Dum varii vernant Zephyro genitore colores:
Vmbraque subiectam lucida pingit aquam:
Atque anni facies, & veris nobilis ætas,
Sunt totidem cordi vulnera sæua meo?
Infelix miror. lætique immunia cœli
Quo dicam auerso pectora nostra Deo?
Ah gentes aliæ puro, populique fruuntur
Sole suo: & noster nubila solus amat.

Aspectus

Aſpectus Pholoes.

In me auidum Pholoe quoties inflexit ocellum:
Noſtraque ſub lenta paſcitur aura face:
Affixum me animus curæ fugitiuus inani
Luſit: & ad domine ſe tulit ora ſuæ.
Ignoſco, fugitiue, tibi moribundus ab æſtu:
Haud alio poteras fulmina ferre gelu.

Cal. Ianuariis munuſcula.

Craſtinus vt reducis fiet ſol portitor anni:
O tibi perpetuos inchoet ille dies.
Ne calices, mea lux, nec cymbia mitte, nec auri
Lucida compoſitis pondera picta notis.
Quid mihi cum Capida? mihi quid cum Mentore? tu mi
Candida theſauris munera mitte tuis.
Baſiolum mihi mitte, mihi Lala mitte meum cor,
Et qui carnifici lumine riſus hiat.
Intercepta times pereant? iunge oribus ora:
Vt tectam peragant tutius illa viam.

De ſpeculo Pholoes.

Hoc noſtri ſpeculi ſpeculum Venus, vnde Cupido
Extinctas didicit rurſum animare faces,
Non ſolum Pholoen, duro ſed ab æquore monſtrat
Flammea cum gelida pectora noſtra Dea.
Ah quam diſsimilis vno fortuna metallo
Ludit: & aduerſis vtitur vna modis.
Vt gelidum duro demonſtrat ab æquore Diuam:
Vt duram gelido monſtrat ab orbe Deam:
Me gelidum duro, gelidoque ſub æquore ſignet:
Tamque ego ſim durus, quam fuit illa mihi.
Angere aut gelido potis eſt ſi flamma metallo:
Hæc facula afflatos inducet vna duos.

Epitaph. Albij coloni agro paterno.

Quem segetes, quem vita Deos imitata priores,
Quem gemuit larga fertilis annus ope:
Albius huc patry post aurea fœdera sulci
Debita poscenti semina soluit humo.
Bis felix ager, & studiosum passus aratrum,
Atque iterum, domini cum tegit ossa sui.

De monili Adamantiæ.

Quid tibi sunt tereti baccata monilia collo?
Quid tegit ætherium pallida turba decus?
Captiua dominum ostentans sub imagine collum
In nostrum exerces regna superba caput.
Transfer ab his in me, transfer Adamantia regnis:
Conuenient magis hæc vincula dura mihi.

Ad Curas.

Curæ, infelices Curæ, quæ fortibus ausis
Finditis innumero pectora nostra pede:
Ecquid, vbi assiduis exercita mortibus antra
Et datur occultos cordis adire sinus,
Cernitis æterna mentis sub luce latentem,
Quæ veram ostentat vnica forma Deam?
Isthinc vos decuit fugere, execrabile vulgus,
Et sua iam domine linquere regna mea.

Ad Alpes Noricas.

Quæ mihi præruptis rigida cerucibus Alpes
Redditis infestas ad bona nostra vias:
Quæ nebulosa cauis fumat Germania campis,
Et concreta pigro frigore torpet humus:
Nam vos tam viridi vestitas vertice pinus
Nostro credibile est intepuisse Deo:
O saltem faciles taciti per inania cæli
Reddatis cordi murmura pauca meo.

Dicite

Dicite mi properet surreptam ducere vitam:
Atque ibi ratos velle referre dies.
Neve gelu durum excuset, tristesque pruinas,
Quod potuit Pholoes pectora ferre trucis.

Basia seminat.

Indulgent mea torquatis nec septa columbis:
Nec metuit tenero de grege preda lupum.
Aurea nobilium rerum regina Voluptas,
Sit satis hæc Adolæ texta corona manu.
Tu modo fac, tumidis qua credimus oscula sulcis,
Candida punceis frugibus aucta sonent.
Quid mihi cum Cerere hac? veteri vacet illa dolori.
Quid mihi cum vestro vomere, dura Pales?
Omne opus a domina est: culto satis exubat agro
Rustica pro raro semine facta Venus.

Ad Venerem sementis commendatio.

Quid pudet auditis quæso, Cytherea, iuuencis?
Quid rus purpuream ducit in ora notam?
Quam sterilis quondam turbarunt murmura silua,
Te petit hæc placido fertilis ora toro.
Aspira faciles adcredita basia sulcos:
Et grauidas miro semine finge faces.
Non studium penitus, curas nec prodis inanes:
Diua feres opera præmia digna tua.
Matura rosios crispus semente maniplos
Interea nodis callida necte tribus.
Post, vbi Lemniace capient te tacta flamme:
Solicitum nostro munere falle Deum.

Epitaph. Andreæ Mantegnæ pictoris & plastæ.

Secula Martiades rerum dum fluxa propagat:
Armasti fatis in tua fila manus.

Nunc, nigras Erebi quando diuertis ad vmbras,
Velle mori cogis, viuere siquis amat.

Caroli Seuini elegantia cum libello de Ranis, Testud. Cochleis, Cinara.

Quot mihi ludentes vdo sub gurgite Ranas:
Quaque latent patulis cornua falsa cauis:
Quasque sub inuolta piscoso margine ripa
Arida marmoreo tegmine testa capit:
Ipse meros totidem misit Seuinus amores.
Absens muneribus nescit abesse suis.
An ne igitur leues liquit Venus aurea Conchas?
Et nitet in putri surgere iussa lacu?
Cuncta trahens secum ille salis pigmenta Latini
Auget honoratis munera tanta iocis.
Tam blandis Seuine ardent accentibus aure:
Tam nitidum sacro spirat ab ore decus.
Ille etiam raris olim surgentia sulcis
Germina compositas iussit inire dapes.
Sed non & rudibus, Phœbique ab luce reclusis
Ostendit faciles mensa diserta Deos.
Aptius haud poterant mutæ testudinis ora,
Quam tam facundi vindicis ore loqui.

Blanditur Somno.

Somne graues hominum solitus deludere curas:
Aurea cum vigili sidera luce micant:
Atque idem solitus hominum reserare labores:
Cum repetis placido sidera fessa pede:
Ecquid, vbi genus omne auium, genus omne animantum,
Ipsaque Letheo flumina rore domas:
Non pudet exilio, ac luctu, curisque sepultum
Tanti vnum immunem muneris esse hominem,
Septimus Hesperiis cum sol caput obruet vndis:
Et dabit amplexus serior hora tuos?

Cætera

Cætera si tecum conurant numina: victi
At saltem regni iam miserere tui.

Cum exoriente sole comparat Agerillam in occidente.

Mons vbi Garumnæ pernicibus imperat vndis:
Iuraq; perpetuas in sua cogit aquas:
Aurea purpureo surgens Aurora cubili,
Dum siccat madidas rosida Diua comas:
Quam stupet atherio perfusos lumine colles:
Exortumque alio quam stupet orbe diem.
O Dea, quid geminas miraris candida flammas
Eoeque facis, Hesperiæq; Dea?
Ecce tibi graviora mei spectacula fati:
Qui gemina, duplici in lumine, nocte premor.

Breuissimæ noctis felicitas.

O noctem augustam: qua nunquam purior vlla
Aurea puniceum lux tulit alma diem.
Vnde venis, nox felix nox lucida lauru?
Nox mihi perpetuis lucibus vna prior.
Te ne Venus Paphio vexit pulcherrima curru?
Te ne Cytheriacis pauit amica iugis?
Te ne in Acidaliis aluit Charis hospita campis?
Pectoraque ambrosio pura referfit agro?
Vnde geris faculasq; nouas, rarosque Hymenæos?
Vnde geris gemino lumina fulta die?
Dum loquor infelix: quid abis? quo tendis iter? quas
Cæca mihi tenebras? quas mihi cæca neces?
Diua redi. nequeo, tanti sub solis honore,
Tam nitidis flammis, atra fauere queam?

Reddita ex fonte forma.

Vt se conspexit tacita mens ignis in vnda,
Eque repercussis vmbra relvxit aquis:

Hoc metuens, ne transferrem mutatus amores:
impulit irata lucida stagna manu.
Et concepta diu iurare in verba coegit,
Miscens languidulis oscula rupta modis,
Turbida fallaci ne admossem lumina fonti:
Ah nec diosa suas proderet vnda faces.
Tunc mihi rimata dulces precordia gutta
Preserunt mutilo verba retorta sono.
Hunc profugum a nobis animum, hac profugi hospita testor
Pectora: sed fastus testor, Aolla, tuos.
Nequicquam me aliy facies tua destinat igni.
Haud ita lympha mihi te abluere vna potest.
Tu modo ne miseros exure proteruior artus.
Igneane hoc cogar fonte leuare mala.

De curis suis, & corde.

Aspice, qua rapido sinuosa volumina flexu
Impetus in Nerei stagna superba rapit:
Secum perpetuo congestas agmine curas,
Secum eodem misera flumine corda trahunt.
Ah quam diuerso perit hac concordia fato:
Si redeunt curæ, perdita corda manent.

Dispar euentus mihi, & loco.

Hic iacuit: grauidos illic dum soluit ocellos,
Credidit herboso candida colla toro.
Hic me expirantem cursu correpta superbo
Destituit rapida iub tuga longa fuga.
Quali purpurea colludunt more columbæ:
Vt raptus duplici redditur ore cibus:
Hic mihi puniceos libauit Diua racemos,
Osculaque insueto sucta resucta sono.
Felices segetes, felix vindemia: quantum
Vno eodem variis vtimur orbe Deis.

Lydia

Lydia si vestris animauit frondibus horas:
Si steriles picto floris honore vias:
At mihi cum misero vel tantum inflexit ocellum:
Igneus in lacero corde triumphat amor.

Veneri basia persoluit.

Quae tibi, si nostris plausisset tessera votis,
Proposita ludens praemia basiolis,
Deuouit: tibi habe quinque isthaec basia. habe me,
Quem damnes voti, Cypria Diua, reum.
Cetera, si vestrum pacato numine, si fas;
O Dea, vel regno sunt potiora tuo.

Inter osculandum transfugit cor.

Hoc mihi restabat misero de millibus: hoc me
Reddidit extremo sors inimica Deo.
Transfugit mihi cor semhiulca suboscula ductum:
Quodque ego non potui, pars tenet vna mei.
O ego pars nostri fiam miserandus: o a me
Sic possim rapida perfidus ire fuga.
Ah si ferre nequis tam grandi corpore flammas,
Qui poteris rapidas pars modo ferre faces?

Ad aquas Aponenses.

Iam quater auratis remeans Dea lutea bigis,
Piscosos Nerei quinta colorat agros:
Sulfureas Acoron cum suspiramus ad vndas:
Lymphaque crudeli sub face victa fugit.
Scilicet antiquo mons ipse incoctus ab aestu
Feruidior nostra se negat ire face.
Enganei latices, quaque arida saxa tenetis,
Quaque leues leni colle sedetis aqua:
Tuque pater princeps, qui pumice tellus obuesto
Clara triumphata nomina pestis habes:
Cede meis lacrymis: lacryma tamen, heu tamen ipse
Debuerant pestem vincere posse meam.

In

In somnis Crispillam amplectitur, quam mortuam esse audiuerat.

Viuis? & o nostri potior nota pectoris, vno
Restituis tibi me te mihi, meque die?
Quam dudum exiguo vita hæc ſiluitabat hiatu?
Quam mox contempto funere læta venit?
Alloquor? an toties fallaci perdita ſomno
Præſagit faciles nox taciturna Deos?
Oſculor? an pariter vacuis erramus in vmbris?
Carpunturque auido corpora trunca gelu?
Sed ſeu mos fera mors curis ſubtraxerit atris:
Siue quies tacito me petit alta pede:
Aut hæc perpetuo ludat mea lumina lapſu:
Aut mors hinc gelida ſoluat vtrunque manu.

Luſus ſuos etiam Diis inuidiam facere.

Alma Venus placidi felicia prælia luſus,
Quæ vouit facili dulcis Aella tibi,
Accipe: & ignotis, mitiſſima Diua, ſuſurris
Auge cuiuſuis numinis inuidiam.

Contrariæ repræſentationes.

Sum tecum? an ne abs te hinc abij, mea Circia? ſum ne
Hic tecum? an rupi vincula dura fugax?
Si non ſum; quænam hæc oculis occurſat imago?
Si ſum, quid mihi te brachia noſtra negant?
Præſentem præſens me quero? O futa. Sed abſens
Abſentem. mecum me ſine cur ego ſum?
Non vana hæc vobis ſpecies, mea lumina: quando
Aut ibi, & hic ſimul, aut nuſpiam ego vllus ero.

Pantheiæ rigor.

Cum ſe iſti accinxit primum natura decori:
Atque opere obſtupuit Dædala victa ſuo:
Aut tibi veniſſent aqui pietatis amores:
Aut totidem verbis pondera blanda meis.

Quod

Quod si verba abeunt animo mihi, tristibus iris,
Atq; acie rapidi luminis icta tui:
Non mirum est: sed corde meo cum inserta profundo
Es domina, & voces non capis una meas.

Ad Stœchadas cum pernoctaret.

Quippe hi sunt muti silices, brutaque paludes:
Quippe hæc, quæ rigida marmora mole sacent:
Quippe hi sunt scopuli, & scopulis furor additus Euri,
Fractaque spumificis murmurat unda vadis.
Et tamen in tanto pelagi, ventique tumultu
Redditur ad voces nominis umbra meas.
Quippe hi nec silices, trucibus nec marmora ventis:
Nec refluis scopulos æstibus urget aqua.
Sed scopulosque, minaxque salum, tristesque ruinas
Hersillæ gelido pectore fixit amor.
Seu cum de placidi tranquillo numine vultus
Abscondit voces vox truculenta meas:
Siue vbi fraudato pacatæ frontis honore
Aura concepto muta furore fugit.

Ad Telesillam.

Quid radijs madidos pandis Telesilla capillos
Credula? quid ludis lumina falsa Dei?
Ille tuæ lucis rutila perstringitur aura:
Pallenteisque pudens decolor vrget eques.
Crinibus ætherios quin aut inflectis ocellos,
Aut siccas rapido pectoris igne mei?

Vulneratæ ceruæ se comparat.

Sicubi Threicia grauiter sera fixa sagitta est,
Letiferæ fugiens vltima fata manus:
Appetit ignoto Dictamum vbi sidere surgens,
Purpureo tepidam gramine carpit humum.
Ast ego flammato moriens Lampteros ocello:
Vnde legit votis spicula dira meis:

Haud

Haud minus vno eodem quaro sub vulnere vitam:
Nec mi alibi raptos est reparare dies.

Myrtilla Bononiam petit.

Huc, vbi Felsineæ Renus celer accola ripæ
Laxas perpetuo margine frenat aquas:
Transtulit hinc abiens nostros Myrtilla furores,
Atque auido profugum pectore secum animum.
Sis felix anime: at si quid modo numinis vmbra
Concilias domini nomina parua tui.
Nanque ego si nullo cordi suffultus honore,
Communis nequeo non memor esse Deæ:
Haud procul a vero est, nostri vt memor illa vicissim
Fiat: quæ gemino corde superba fugit.

De Cornelia Turria ciue sua admirabili Heroina.

Quid merui fugiens Athesis pater? vnde petenti
Indigenis dulces amne negantur aquæ,
Vt ne etiam patriis hostis malus incubet aris?
Vt nostram nostro sanguine pascat humum?
Vt pius, & fortis veteris sim criminis heres?
Insontemque premant barbara fata patrum?
O genus, o patria, o patrij dulcissima cœli
Lux, mihi perpetuis lucibus vna prior:
Quique rudi faciles formastis verba Penates
Mollia: cum vestros lusimus ante focos:
Me fors acrius licet auferat auia nimbis,
Et procul a notis æquora liminibus:
At tenera antiqua fruitur dum Turrias aura:
Et patriis animus pascitur ille Deis:
Me mihi quæ rapuit, carisque abstrarat amicis:
Cuius ab ignigeno fomite vita mihi est:
Tantum aberit, miseram subeamus vt exulis vmbram:
Quanta ipsa est patriæ patria rara meæ.

Et

Ex vulgata veterum opinione.

Postquam lux animi spatio confecta supremo
Natura rigidas implet inepta vias:
Si verum est; genitas radiorum viribus vmbras
Crimina sub Stygio nostra referre Ioue:
Cum suprema dies curis me exoluerit atris;
Nec tamen immiti soluerit illa Deo:
Isthuc sub gelidas orci per deuia syluas
Me secum vacuo limite sistat Amor.
Nam neque nube cana liquidus cum conditur æther,
Nec dum flammigerum nox ruit alta diem,
At nec solicito cum sol altissimus æstu
Subiectam rapido lumine pulsat humum,
Tunc expressa meo de corpore funditur vmbra:
Contra Amor assiduo numine bella gerit.
Eheu vmbra mihi quando fuit? vt mihi semper
Lucida perpetuas ventilat aura faces.

Somnium non fictum, de cupidinum vinculis.

Hic vbi piscosas aperit Benacus arenas
Vastus; & innumero gurgite ditat aquas:
Nam quid vimineos captiua in pectora nexus
Ducitis; aut cassas nectitis arte moras?
Aut quid me tumidis frustra commutatis vndis?
Totque ab inhumana verbera ferre manu?
Si mihi sub rigidis sit pœna luenda tyrannis:
Vna potest vestris legibus: vna potest.

Miseram pietatem: qui matrem hic esse malim, quam in cælo.

Qua gelidæ veniunt decimo sub frigore bruma:
Instaurant lacrymas tempora lenta meas.
Cumque aliis soleat superatis oblita doloris,
Candidior nitidos hora referre dies:

Mi crescit desiderium: & vestigia seruans
Prima, pius calido pectore anhelat Amor.
O dulce exilium, o falsa mala gaudia vitæ,
O fallax trepido tempore fulta quies.
Te licet in patria Diuum florente, senatus
Crescat; te his malis, mater, adesse malis?

Vsta carmina.

Si qua tibi ludens numeris, Glaucilla, pudicis,
Expressit miseras candida Musa faces:
Turbida fulmineas succendens protinus iras,
Indideras auidis pabula dira focis.
Quid mirum? mirum potius, si, dum legis, haud sint
Fulguribus rapidi luminis vsta tui.

Munuscula.

Quas tibi myrtigenas misi, Telesilla, corollas:
Quæque tuli Genio lucida serta tuo:
Ipsa suis manibus sudauit Cypris: & ipse
Lecta suburbano litore misit Amor.
Cætera gemmiferis tractat niger Indus ab oris:
Diuiteq; ab Serum vellere venit honos.
Ah ne sperne, tuis quasi sint hæc vltima votis:
Nec tam diuina pignora digna manu:
Nam tibi si æqua velim committere munera: solam,
Non possum, nisi te mittere, Diua, tibi.

In Taurinis somniat amicam.

Humida qua rudibus Clausilla sub Alpibus hausit
Fluctibus Eridani iura resignat aqua:
Somnus honorata genitor taciturnus in vmbra
Transtulit heu gemitus hæc elementa mei.
Fessarum pater, & fomes placidissime rerum,
Hac tibi signatam quis dedit arte manum?

Redderet

Redderet vt facium, sub qua Natura pependit:
Atque opera obstupuit Dædala victa suo?
Hoc potuit. at quis potuit sine crimine rerum
Esse tuas in frontis turbine tuta quies?

Ad rosam.

Æmula succinctis ridentis luce labellis,
Dic rosa: sidereus vnde coloris honos?
Nunquid vbi ignigenis adnata es naribus: illas
Traxisti flammas subdola agente anima?
Aut, vbi flammigeri tibi luxuriantur ocelli;
Insedit stricto igne comante rubor?
Aſſi vita cum solicitam sol reddat, & vnus:
Qui vita soles restituunt gemini?
Me miserum, me: quem nec sol, nec Sirius vrit
Ignibus ingestis; vno oculo pereo.

Dipsadi venerea comparat venena.

Est in desertis Libyes, vbi letifer atros
Per populos rapidis Auster anhelat equis,
Tristis, & infesto metuenda simillima cælo,
Reptilis infami bestia dipsas agro:
Insidiis pollens: morsuque inspirat acuto
Perpetuam illato vulnere dira sitim.
Haud aliud mea nunc obsedit corda venenum
Letali vnius luminis icta acie.
Verum aliter cecidit: flammas namque inter acutas
Sunt eadem auxiliis ora petenda meis.

De oculis Fulgentiæ, quam Lamptera vocat.

Si mea flammigeris obnoxia membra tyrannis,
Anxia cogebas sub iuga panda, Venus:
Quid vaga perpetuo repetuntur spicula cornu?
Sæua quid innumero bella sub hoste geris?

Diua tibi prætende vnum Lampterus ocellum:
Vnum hoc innumeri sideris instar erit.

In omnium rerum quiete se vnum angi.

Rosida nunc reficit nocturnos orbita saltus:
Nunc tacet, & medias nox secat alta vias.
Effera nunc pingues mulcent animalia somni:
Et torua instratis fluctibus vnda silet.
Quinetiam tacitis, labentia sidera cælo,
Ne somnos adimant, ire iubentur equis.
Vix bene semirutis Echo proiecta sub antris
Concaua, nec certo murmure pulsa fauet.
Vnus in abductas longum feror auius auras:
Et legit audaces semita longa pedes.
Huc me sub veteri cogit Telesilla triumpho:
Cuius in arbitrii lege superbit amor.
Quæ blandum lacrymis nisi me lactasset amantem,
Sauciaq; incertis corda Cupidinibus:
Ah ah quam lento fureret fax ignea plausu:
Quamque forent grauibus libera colla modis.
Nunc nolens volo, meq; sequor, fugioq; sequentem:
Atq; vltro redeo præda cruenta mihi.

Iterum solicitari ad bellum.

Diues vbi exercet lætos Aquitania colles:
Et pinguem innumero vomere findit humum:
Syluarum, ac nemorum dirus populator honoris,
Exercet rapidus improba regna Canis,
Et modo Garumnæ cursum scrutatur anhelum:
Ac iubet angusti fluminis ire viam.
Ille siti modo nascenteis malus enecat herbas:
Languidaq; exhausto pignora fonte premit.
Attamen hic mediis Mauors crudescit in armis:
Et circum amentes mors volat atra manus.

Hoccine.

Hoccine mi exilium, Diui, indixistis acerbum?
Et lentos tanto turbine ferre dies?
Vt patiar toties alieni crimina cali:
Duraq; barbarica colla premam galea?
O dirum exilium, diraq; incommoda vitæ:
Si procul a vita degere, vita mihi est.
Si placuit ferro, & flammarum tristibus iris,
Si cali rapido me igne perire iuuat:
Reddite me nostris, nostris me reddite ocellis:
Vna sat in mortis ira puella mea est.

De catella Balbinæ.

Non erat hoc, mea lux, furtis quod conscia nostris
Latrabat gressus nota catella meos:
Ignotum tibi sed canis hæc latrabat Amorem:
Quo duce non vnquam pectora nostra vacant.

Colles alloquitur Romanos.

Vos celo educti scopuli, sacraq; ruina:
Et nox, quæ Latios obruis alta Deos:
Felices animæ, veteris quibus inclyta Roma
Reliquias sacri nominis vmbra capit:
Si vestra hæc cedunt fatis: si dente proterno
Expugnant fessas sæcula cana moras:
Spes etiam est, vt sæua quibus fortuna superbit,
Extinguant miseras tempora longa vices.

Cum Glaucilla comparatio.

Cum mea flammatis pulsantur lumina ocellis:
Et fractus gelido fulgure cedit Amor,
Vnice curarum limes, Glaucilla, mearum:
O seges, o numeris area lata meis:
Sic nobis bene Dy esse velint, minuantque dolores:
Vel tu numinibus, tu mihi mille prior:
Dura licet rigeant grauius tibi corda pruinis:
Mollia plus caleant fulmine corda mihi:

Quid niues as roseo signat tibi lumine malas?
Quod mea pallori destinat ora gelu?
Si sit, vt e vestro glacies petat ore meum cor:
Si rapidus nostro ducis ab ore faces:
O fieres quoque, vti hinc rapidus tibi feruiat æstus:
Torpeat in gelido frigore nostra anima.

Ad animum suum.

O toties fugitiue, tua viden' hospitis ira
Me aduersum firma castra mouere manu?
Si mihi dus operam, & nostri te anxere dolores:
Quæ malefausta tuos transtulit aura gradus?
Sin ita te misere ceperunt tædia nostri,
Vt malis profugo frena inimica pede:
Quid fugis? ex ista mea mens cum pendeat hoste;
Vteris meipso non minus hoste mihi.

Ad Natisonem fluuium.

Insomnes latices, refluq; oblita recursus
Flumina, quæq; alio sole tepetis aqua:
Vos quoque perpetuis horrentes rupibus Alpes,
Inuia magnanimæ mœna dura plagæ:
Vosq; cana valles: & vos vada lenta sus adoro:
Teq; ferax, humilis & miser hospes, ager.
Huc ad vos nostra huc referant si corpora fluctus:
Nec bonus inuideat forte viator humum:
Suspendens Veneriq; lyram, paruasque tabellas,
Tristia signato pulnere verba notet.
Obruit hic viridis ſeuum mare Cæsaris annos:
Et satis ad tantas vix fuit vnda faces.

Philomelam consolatur.

Nondum etiam tenues diffudit in aera rores
Arbiter optatæ lucis, opisque Deus.
Atque memor gelidæ, nec adhuc ab luce solutæ
Noctis, inexpletos integra torba modos,

Natus

Natum populea querens Philomela sub umbra,
Et tenerum querulo carmine luget Itym.
An ne recedentis miseram vigor aureus anni
Quaque ferunt steriles tempora auara dies
Solicitant desiderio? locaque avia cantu,
Flebilibusque modis rumpere iussit Amor?
Solue ferox animum rugis; & crimina cordis
Excute de frontis luce, serena, tui.
Et mihi perpetuis lacrymis, luctuque sepulto,
Aduerso Pterides numine mitte frui.

Non vicit, tametsi potitus.

Vicimus? & nitidas dum ludit Adorea pennis,
Iuxt in amplexus Panthea magna meos?
An victi & tetricis superata superbia fatis
Cessit adorato colla premenda iugo?
Nempe hac, quae procul in nostram est grassata quietem,
Ah propius nectet qualia vincla mihi?

De lacrymis Erythillæ.

Crudeles lacryma, sanctique oblita decoris
Lumina: quod nitidis fas fuit ire genis?
Sic mihi sidereos, sic corrupistis ocellos:
Cum gutta aetherium lucida pinxit ebur?
In regnis ausae hoc Veneris? heu dure Cupido:
Non pudet ah nos hac monstra superba pati?
Flebis item. lacryma tibi si perit ignis ab ista;
Vnde erit, extinctas rursum animare faces?

Praxillæ affectio.

Cum teret mea lux vinxit mea colla lacerto:
Qua sibi sola potens vincula nouit amor:
Et dubia amnexus coniuncta per oscula labris
Errat ab igniuomo turbine victa anima:
O vtinam sic mors, inquit, nos soluat amantes,
Iuppiter at nec has sic mors quoque solue moras.

Sed trahe confertim iunctas, ac redde tenebris:
Atque eodem geminum vulnere pectus age.
Ne pete ne, Praxilla, duos vt vulneret: ex te
Hic animus numeros pendet habetq; suos.

Post triennii oppugnationem Zephyrilla potitus.

Dulces exuuiæ, quæsiti clara triumphi
Muneraq;, & primi conscia signa metus:
Nectareæ lacrymæ, grauiusq; admorsa labella
Flammea: quæq; vnus basia nouit amor.
Vos ne ego post ternas glacies, tripliceſq; calores?
Vos ne inter duræ munera militiæ?
Vos ne mihi e mediis nox hæc Amathuntidos antris:
Vos ne ab Acidalio misit amor nemore?
Dum loquor: heu miserum: & menti mens hæret inani,
Seq; leuem falsis impict imaginibus:
Quo ruitis? dum quid non potuistis Amores
Fallere tantilla lumina nostra mora?
Heu Veneris fugite infesti ludibria regni.
Ante etenim, quam quod cœperit esse, perit.

Flores ex diuinitate Pholoes facti letales.

Quæcunque aerio per inania murmura eluo
Rorilegæ saltus solicitatis apes:
Ah vos decipiat falsi ne floris imago:
Candida quæ Pholoæ colla reclinat amor.
Illic frigida vis taxi, & sedere venena
Masculæ: nec Cyrno lenior vmbra fuit.
Fulgida quinetiam sic fulminis aura coruſcis
Aure vitalis soluere iura solet.

Somnum riualem periturum Circiæ aspectu.

Aufugit mihi somnus: & imo agitata cubili
Peruigil in lucem membra recurſat Amor.

Quid

Quid sperem? dormitne igitur mea Circia? sic est.
Illam inhians tacito pectore fusus habet.
Somne, pater quondam placidissime Somne quietis:
Nunc plagij & raptus sæue metusque pater:
Nudam armis quid opus teneram superare puellam?
Si te oculo tantum viderit illa, peris.

Alpes ab Annibale excisas, iterum perituras.

Sentis ne, aerius spes vt vehat omnia pennis,
Destituens rapido vota, precesque pede?
Nec reditura graui propior lux vltima fato
Quamlibet armatas excubet antefores?
An tibi me ingrati rapuerunt Circia venti,
Sera Subalpinis dum tepet vmbra iugis?
Ripæ, infelices ripæ, qua tristibus auris,
Et fera barbarico cingitis arua pede:
Nostis Diuæ oculos: nec me tam reddite illi:
Atq; alio excisas igne perire iuuat?

Ad Elogium suum in tumulo.

Exangues notula, & durum spirantia casum
Carmina, nec dulcis munere fulta animæ:
Vera nimis: heu vera mei morientis imago:
Si tamen ab vitæ vis super vlla meæ:
Cum mihi fatali venient noua funera planctu:
Et cedent numeris nostra elementa suis:
Hanc signate leui conceptam cespite causſum:
Redditeque his miseris lucida busta notis:
Nulla hoc vmbra loco. tumulus, quem cernis, inanis.
Nam cui nec vita, mors quoque nulla fuit.

A Næuia & vitam, & mortem.

Raptum, atque amissum viuo me funere, quid fles;
O animi potior parsque, salusque mei!

Postquam sidereis mea Nauia cœpit ocellis
In me odium fati solicitare mei:
Quæ prius his vita lentis errabat in vmbris
Defes, & ignauo tabe sepulta situs,
Flammigerisque oculis placidum bibit icta venenum
Mens mea: si voluit viuere, iussa mori est.

Sirii ardoribus vim comparat oculorum.

Qualis in aduerso stellarum infamia cælo
Letifero fonteis explicat orbe comas
Sirius; atque agros igni diffindit acuto,
Cum queritur raptas flos taciturnus aquas:
Sic mea sed gemina populantur pectora flamma:
Et subeunt rabida tetra venena siti.
Sed tamen in tantis arentia membra ruinis
Soluor: vt æstiuo nix perit alta die.
Atque ego noniam non lacryma miser vtar inani:
Sed lacryma vtetur me Telesilla vice.

Amissa quies in Circia instauratur.

Aspicis, vt liquido crebrescunt sidera cælo:
Noxque frequens tacitis ignibus vda micat?
Quæsitamque inter nemorum fruticeta quietem
Abdita sopitis lustra dedere feris.
Quique ferox fluctus furioso tunditur Euro,
Attonitis posito murmure sedit aquis.
Quid merui miser, vt laribus turbatus auitis
Perpetiar duro vincla superba iugo?
Quid tibi vis, Fortuna? fuga fuga quæritur: vt sum
Vna nouo semper perdita præda solo?
Non potes. ætheria dum Glaucia vescitur aura;
Perpetua fidis numinis arce fruar.

Dolet

Dolet non posse pro re dolere.

Quascunque aspicio lacrymas, quas perdita mater
Fundit, inhumanos cum vocat orba Deos:
Quanta oculis demens nostris conuicia feci:
Quos videam votis non satis esse meis.
Quorum alter: tantas capias cum pectore flammas:
Ire vel a magno flumine gutta potest?

Ad arma sua.

Vestrum præsidio immanes qui fulminis iras:
Seu vis fulmineo est fortior vlla metu:
Securus hominum, Diuumque, & quicquid vbique est,
Spernebam ardenti mente, superba anima:
Heu bellis infensa malis, ac nescia vestri
Otia de amplexu vos rapuere meo:
Mollior hinc reuocat blandis inflexibus ætas:
Languida difficili colla leuatque iugo.
Nam porro quid erit vestri mihi numinis vsus:
Quem tamen ah didicit vincere nudus Amor?

E perpetuo incendio omnia vstum iri.

Siue animus tenues mihi dilabetur in auras:
Seu leuis infernos oderit vmbra Deos:
Ille locus, locus ille meo torrebitur æstu:
Nec poterunt tantas ferre elementa vices.
Tradite me liquidi subter vaga flumina ponti:
Vnde dat Oceanus humida iura vadis.
Mutabit rapidis liquentia marmora flammis:
Inque patenti ingens æquore nullus erit.
Ah cum tanta miser iactes incendia: mõstri
Secura, atque expers vna puella tui est.

Nimio Lampteros fulgore tenebras.

Serica dum circum tua lactea colla superbit:
Et stupet astrictis arsque decorque comis:

Loquitur incerta trepidas formidine sanguis:
Sedibus atq; abeunt mensq; animusque suis.
Hiccine qui puris surgit mihi Lucifer undis:
Et trahit innumeros in sua regna Deos?
Anroseis Aurora nitens innixa quadrigis
Dispulit inuicto pallida casira die?
O durum exitium: tanta sub luce tenebris
Solus agor: solum lumina nocte premunt.

Amaranthidos crines alterum esse cælum.

Qua diuina comis Amaranthidos aura superbit:
Atq; inter faciles ludit amica sinus:
Cernis, vt immoto stupeadum stet lumine cælum,
Et tacitus placida fronde quiescat ager?
Non hic ob immites oculos, sæuumq; furorem,
Aut venit a duri turbine frontis honor.
Æthera quin potius videas tabescere, quando
Urget sideribus sidera magna suis.
Sed rigida fieri spernit rudis accola ripa
Quæ cælo ciuis aura recepta meo est.

Futuræ nuptæ lusus nocturni, ne videndo Dii inuideant.

Flammeolum, & Tyrio decepta murice lanas
Induet intacta crastina nupta manu.
Quiq; sibi toties me deuinxere lacerti,
Instituent posito vincula vera metu.
Vnus ibi e gemina concrescet spiritus aura:
Et dubio errabit limite flos animæ.
Cætera, quæ Venus, & gemini nouissis Amores,
Et torus, & casti Cinxia Diua tori:
Ne nostro inuideant cælestia Numina cælo:
Cæca teget tacita nox vigilata face.

Inuitus

Inuitus Fortunam, sponte dominam.

Per scelerum ignotas facies, perque inuia fati
Consilia, & Nemesis noxia tela Dea:
Quidnam ego non vidi? quid non perpessus? vbi non
Extant heu vitae iam monumenta meae?
Exilium, turpemq; famem, bellique furores,
Et rabidae inuidiae spicula caeca tuli.
Inuitus mala tanta: at me nunc ferre volentem
Seruitij infestus pondera iussit Amor.

Inter pestilentiam, ad Nemesim, & Iouem vltorem, & Genium, &c.

Dij rerum vltores, & Dij morientis Iuly,
Et Dij, quos veteri sum veneratus ope:
Et natale solum, & duri bene conscia casus
Numina, mi sanctis quae rapuistis auis:
Dum furit immani Libitina insania luctu,
Et sortem iniusta librat vtraq; manu,
Accipite hanc animam, meq; his exoluite: dum mors
Vna potest tantis mortibus vna fugam.

Claudit opus spretis ludibriis Venereis.

Post valida fati clades, sortisque superba
Imperia, & rigidus quae iuga dura tuli:
Spes Dea, Spes vita domina & regina futura:
Non capiam pauido munera vestra sinu?
Si verum est, quod amans in amata regna figura
Cedit; mensque animos integra vna duos:
Si iurata Iones, si conscia sidera fallit;
Si Telesilla datam soluit inepta fidem:
Sueta prius trahere in varios mea pectora casus,
Nunc vocet in leges sic quoque dira suas.
Vana vale Cytherea: vale scelerate Cupido:
Ac merito populo fabula nata vale.

IVL.

IVLII CAESARIS SCA-
LIGERI FARRAGO.

Ad Sæcula.

QVÆ tacitis furtim reduces anfractibus orbes
Vertitis aternis, Sæcula cana, rotis,
Hac quoq; iam variis geniy qua lusimus ausis
Excipite: & fido tuta parate sinu.
Illa quidem multam non vno vertice laurum,
Laurigeriq; petunt præmia certa Dei.
At nisi perpetuo vobis seruentur honore,
Et libeat valida tuta fouere fide:
Dedecoris plus iuris erit, data perdere: quam sit
Quæsitum meritis non habuisse decus.

Ad Geruasium Marstallerum.

Geruasi bone, quid tibi cum latrone Brigante,
Qui semicoctus Christianus est adhuc?
Tempus id male perditum est: sed nec absque periclis
Quantum Pirene barbara illusit tibi.
Nulla quam pietas beat, nullus implet Apollo:
Cui laus recepti sanguine aspergi hospitis.
Thracy Boreæ minis & furoribus atrum
Beatus ille qui procul spectat mare.
Ten' sacrum Clario caput, sancta pectora Phœbo
Pene hausit ensis Celtiberus impius?
Sed nec hoc licuit Deis, nec licere fatebor.
Sed nec fatebor esse (si id fiat) Deos,
O mei geny boni, & dulce pignus honoris.
Interpres alti, ac certe rimator poli

Debeo

Debeo hoc facili Ioui, debeo: quod amicum
Votis benigna fata seruarunt meis.
Torqueor tamen acribus septus vndiq; curis:
Quod te videre nulla post ætas dabit.
Nam qui in Italiam pedes, quæq; te via ducet,
Nunquam reducet rursus ad meos Lares.
At memento tamen tui rore nectaris acrem
Desiderij sedare flammati sitim.
Sic te agant patriam ad tuam calites sine noxa
Procul Pyrene compotem voti, ac tui.

De Baryæno.

Tunc cum esset monachus Baryænus, mortuus orbi
Ille fuit. Monachus corpore nam nihil est.
At nunc cum est atheos, iam vere est mortuus orbi,
Atque orbi, atque Deo, corporeque, atque anima.

De eodem.

Quod dixi monachum esse nihil, quia mortuus orbi est:
Erraui. hoc ipso tetrior est monachus.
Mortuus impinguat steriles lætamine sulcos.
At monachus segetum munera rodit iners.
Bis monachus, tandemque atheos, quibus esse periclis
Tete ipso peior ter Baryæne potes.

Ad Caluum.

Miselle Calue, naniorque, inaniorque
Nanisque, inanisque, cassibusque aranearum,
Quæ pœnitenda sors, maligna fata fœdum
Te compulerunt in meos tam viuidos iambos?
Præstabat ad fimeta, mucculenta panis
Præmorsa frusta deuorare: aqua sitim necare,
Quam morte fama viuere in meis iambis,
Furem, ebriosum, excoleatum, peterante lingua.

Ad

Ad Syluium, & Ioseph Iustum filios, de somnio diuino, atque animæ immortalitate.

Syluí, & optime Syluij frater, ac comes acer
Iuste, iam profugis duo cara sidera patris
Pectoris gemina o mei candidissima signa,
Pro quibus patria decus dulce morte receßit,
Et tam amabilior mihi barbarus nitet orbis,
Deque vorticibus ferox sic Garumna remittit,
Mitis vt veluti palus lenta profluat vnda.
Aspera omnia lata sunt: plena copia cornu,
Et rubus prius insolens acre spirat amomum.
O boni Genij duces, aureaque iuuentæ
Munus accipite hoc meum, quod dicatur vtrique,
Spectra cum rata somny, lucideque quietis
Indicare iubent Dei, cuius hæc mihi summa est.
Nondum ab Oceano pigras excitata tenebras
Terserat rosea manu præses aurea lucis:
Vt daret teneram diem, ferreosque labores.
Tum mihi Deus ille, qui regna sæuit amatæ
Lucis nescia desidi temperare sopore
Soluerat vigilacibus corda libera curis.
Liber ergo animus nigra labe carceris huius
Euolauit ad extimi templa dißita mundi.
Acceptusque choro Deum, tinnuliſque choreis
Audijt numerosius quicquid hic rude fertur.
O cui veteres Lares, sacra patria, sceptrum,
Fulgidas & imagines, aureosque triumphos
Abstulit volucris Dea, quæ cuncta viuida virtus
Redditura fuit bono mitis alite fati:
Erigas vegetæ ducis dia lumina mentis,
Qua vides nitidos globos incitata sonoris
Certa vertere continenter volumina gyris.

Cernis

Cernis hunc celerem citis findere auia bigis?
Atq; tardigradum ad poli tendere alta supremi.
Hunc sius radijs diem spargere athere sudum.
Flammeis rutilum comis tela iundere Martem.
Mittere Iouem manu sceptra diuitiarum.
Cornua ecce maris Deamutuata nitorem.
Vt myrto redimita eat pulchra Cypris odora.
Omnia his opifex bono fata numine torquet
Additans moderaminis ius tenentis habenas.
Quas cata facili manu sustinent bene nantes:
Non hyles grauitate enim, sicut ima, laborant:
Velle sed satis est eis rite vt incita versent.
Talis est animus tui septa pectoris implens.
En vides alias faces. Cerne cetera sparsa
Quæ terunt nitidam orbitam, lacteosq; recessus.
Hoc demissa loco tua est mens, & huc reditura.
Ne sinas tibi sic dari verba inania veri.
Hæc vbi euigilaueris clara somnia cæli.
Syluium, & volo Syluij conuenire sodalem,
Qui cluent tibi liberum iure pignora cara,
Celitus referas data vera visa quietis,
Captiosa sophisticis ne qua somnia dictis
Sæculum hoc maleperditum mentibus ferat illis.
Morsque eis veniat prius, his tremenda tenebris,
Quam quæ onusta periculis vestra corpora soluit.

In familiam putrem.

Proles fœtida putridi parentis,
Parens sordide rustici catelli,
Auc saxeï plumbei nepotis,
Turba pessima turba pessimorum
Mera nequitiæ, insolentiæq;,
Liberique, patresq;, auique crinem

De Tryphone alchumista.

Est Gallus, & est Graecus, & est Trypho Latinus,
Orator, arithmeticus, astricus, poeta
Metator, & exadificator architectus,
Sed Gallus is, & Graecus is, artibus tot vnus
Impostor ad exordia sordidata vita
Primis elementis cerebrosus alchumista
Carbone niger, pallidus improba fauilla,
Decoctor, vt excoctor, at aurei metalli,
Nunquam miser, & ter miser; ipse quod fatetur:
Tam mane tori liquit olentis atra strata.
Quin vespere post quinerit auream referre
Perlucidulam turgidulam grummuli nitellam.

De Tricareno.

Cum triplici tumeant temeraria pectora fastu
Terraxum, caeli, tartareique fori:
Regnorum fatuis populis partiris honores,
Caelum aliis vendis: tartara sola tua.

Ad Popilium qui sibi halecem salitum miserat.

Abena siquis offerat calcaria
Veneto, quid huic eis opus?
Mihiue canem venaticum dono dabis,
Vbi lepus nullus manet?
Telemachus haud recepit Atridae citos
Equos, ineptae cursibus
Terrae incola. Et cadauer est cano merum,
Vbi liquor deest meri.
Siticulosi tu nepotem Nerei,
Sic mittis halecem mihi,
Vt Appulum exertae emuler lingua canem:
Aut vappa maceret sitim.

Aut

Aut mitte fustem, qui domem halecem tuum:
Aut tu sitito, vt tu bibas.

De Alfonso Daualo. Prosopopœia Lombardiæ.

Tyranne fœde saeuior leone vulnerato,
Et quaeritante vrsa vrsulos parente turpi cellos
Adulterumque suspicante fœmina maritum,
Aut impudica deprecante pipulo nouerca:
Lepusculo formidolosior, fugaciorque,
Cuius Lacon cluniculas afflauerit catellus.
Cursu Laconue, siue morsibus valens Molossus:
Cui nil ruenti peruium vel est, vel esse possit.
Quousque nostra abuteris cruente parricida
Supinitate seminur, securus immerentum?
Turgens ne nostri sanguinis siticulose potu
Semesa ructas deuoratæ hereditatis ossa.
Et esse quisquam suadeat Deos? Deos putemus?

Iocus serius.

Audi Popili, & Naui, quæ somno excitus
Neodum etiam exorto leuiter lusi die.
Cum scripturientem blando adgarritu suo
Vxor molestæ noctis decipiens moras
Narraret vicinarum fabellas mihi.
Homines dum metuunt, quas vident rerum vices,
Benefacere mancis vltro, ac mendicantibus
Instituunt. Quod hominum malum, ac nequam genus
Per se frequens, pietate fit frequens magis,
Ignauia dum certo bene fieri sciunt.
Hi, vt gratiam referant, cum accipiunt, inquiunt,
Anno altero vt queatis dare iterum, precor.
Mos est Tolosæ, cum vitam obeunt, ea die
Quæ fœnerando male parta male possident
Multa erogare stolide per superbiam,
Quanquam de more, sine more, & lege, & modo.

Nam omissis operis permulti domi sedent
Et sportula oscitantes. Id parum foret.
At temulenti inter se rixantur male
Dictis: atque infelices conserunt manus.
Ergo ut Bernoia vaccæ cornu ictus periit,
Panesque & vina pro foribus gratis dabant:
Quidam, vt gratus præ cæteris visus foret,
Quotannis, inquit, hoc modo deiss, precor.

Ad Furnium.

Incipiam te odisse legens tua carmina Furni:
Qui speraſſem etiam vincere posse Deos.
Nunc vero quoniam tua me post terga relinquis:
Posse doces vnum nec superare virum.
Quin vencrer potius: quid enim te vincere certem?
Si tu es ego, atque ego tu: victor vterque sumus.

De Caluo.

Quid monstro mortem, diuine poeta, minaris;
Quod vicit vitiis omnia iudicia?
Infecit corpus terras, at spiritus auras:
Sic ignem fastu, sic bene potus aquam.
Tartara diffidiis, cælum impietate lacessit.
Qua mors morte ipsa nequior esse potest?

De Dampetri versibus & suis.

Quinque carmina versibus trecentis
Dampetri bona non bonis benigne
Cæsar optima pessimis salutat.
Qua tanto meliora multa paucis,
Quanto sunt potiora recta prauis.

Ad Cupidinem.

Appetente vere primo, cum tener virescit annus
Vinitor qui falce tonsas vitibus maritat vlmos,
Atque compari marito buculam mugire cernis,
Et simul gestire saltu tumulo hedulos petulcos:

Tum

Tum tibi vt suos amores garrula vt cantillat ales,
Solvitur desiderata mens genuque pro puella.
Auuulsque abit nec audit veritatem mens mouentem.
O Cupido, sive numen, numinisve es ira magni,
Si quid vnquam ego male egi, ah severe vt vindicasti.
Cum mei me oblitum agebas, quo tu abire noluisti.

In malum poetam.

O poeta trifuridi inquinatior hirci
O scelus male sobrius impudicior aulis,
Seu genus repetas novum, sive somnia prisca.
Cuius anguinorus pater, cuius ebria mater.
Vixit ille venenifer: mater prostituit se.
Nec poeta, nec vltimi dignus are poeta:
Sed rudentibus Arcadum consecrande Thalis,
Quem feræ furiæ suis imbuere papillis,
Spumeaque tulit cibi frusta Cerberus ore.
Ausus es male conditis versibus genus almum
Bulbitare Polymniæ, Pegasique lacunam:
Proque eo, quod es impudens, ebriosior vrna
An putare licebit hoc te esse inepte poetam?
Haud abibit id hinc tibi. Verte, volue, revolue:
Non potes nisi Tartari præficis numerari.

De Cola pictore Siculo, qui finxit aquam.

Parmenides olim species sibi finxit; vt esset
Vnde ista hic fierent, quæ minor orbis habet.
Ad tabulam vbi Cola manus admouit; ab istis
Quæ hic sunt, cælestis, fecit, vt esset aqua.
Haud alia in summo Archetypo collucet imago:
Hæc est, in qua olim spiritus ille fuit.
Pace tua liceat, vobis hæc dicere, cælum.
Plus est e nostris ponere vestra tibi.

Ad Vidum Brassacum.

Cum multumque diuque cogitassem,

Brassace optime, vera lima iuris,
Quantum de scopio placere Musis,
Priuatim tamen vt tibi probemur
Puro iudicio, integroque amore,
Inter Herculeos latet labores.
Boni consulere ai velis, quod huc me
Pusilla offero lucubratione:
Hac, quam ad lychnida semisomnus atram,
Intempesta vbi conticesceret nox,
Addictus Genio Catulliano,
Raptim praecipiti manu exarabam.
Tu si forte quid hic ineptiarum
Offendes animo tuo seuero,
Tum dabis veniam mihi, tibique.
Tu intristi tibi: sic tibi exedendum.

Ad eundem.

Hactenus quod improbata barbaris tacet Thalia
Barbarorum reprobata caussa plus valebat.
Nunc quod a vobis probata, non tacebit alma Clio
Barbarorum & reprobauit prauа barbaris probata.

Vino cinnamomite donat praefectos gymnasii.

Si nectaris mihi datis recentis & vetusti
De fonte guttas Pegasi: guttas fluenta plena
Fluenta plenis alueis, lactis meros Latinos,
Quod nectar arte conditum est: artium omnium sequestris
Aequum est, redire, vt vnde fit, redire discat. Ergo
Hoc nectaris mihi annui quod muneri clientes
Nuper dedere, rusticos cum repperit recessus
Musis inanes dulcibus, sed barbaros tumultu.
Isthuc volauit hinc. Si vos ei consuletis; illud
Curabitis, ne plus volet. Diu volare noxa est.

Valete, & bibite, ego Callipotius recensui.

Arnoldus

Arnoldus Ferronus Atticus miserat inuectiuam in Sardum, quam postea per epistolam rogabat, vt vreret.

Me tua ne ergo feris monumenta exurere flammis?
Iure eodem iubeas vrere me Latium.
Sit flagri reus, & mortis; sit quicquid vbique
Pœnarum potis est ferre patique reus.
Sit reus, & plusquam mortis: sit quicquid in omni
Innenisse potes crimine supplicij.
Luce tua noctes nequeunt tenebrescere. Vitam,
Quam morti dederas, mors rapere vlla nequit.

Fur Sacilio amico subtulerat commentarium de anima.

Furtulit ille tibi non magna incommoda, quisquis
Tam doctam est ausus surripuisse animam.
Cordatam tibi sic sapiens animam abstulit excors.
Tu meliorem istam, quam tibi omisit, habes.
Hic potius iactura: tuam pro munere nobis
Cum das; qui frueris deteriore mea.

Ex Moscho χηριοκλέπτης.

Dum cellas vexat digitis, furtimque pusilla
Surripit argutus mella Cupido manu:
Parca operis vindex securum & plura parantem
Verrere sæua fero vulnere fixit apes.
Exuit ille hostem, ac terram pede pulsat, & vdo
Ter quater incensam perflat ab ore manum.
Ignea tum lacrymans ostendit vulnera matri
Singultans pressis blæsa supercilijs.
Quodque adeo tenui sensisset barbara telo
Tantula sit tanti vulneris auctor apes.
Cui ridens genitrix: Ne me his inesse querelis.
Tu quoque tam paruis vulnera quanta facis?

Certat cum Automedonte, aut Anacreonte.

Tecum mihi quid o Mars,
Qui sanguinem profundis,
Nocturna qui Cytheres
Frequento castra mitis?
Procul paterna regna:
Procul cruenta bella.
Abite curæ onustæ
Metusque, spesque lenta.
Aurum vale nefandum,
Quod peierare cogis:
Fratresque adinuicem armas:
Diros facis parentes,
Et impias nouercas.
Adeste mi corollæ.
Spiret recens olivum,
Sed quale semisomno
Dat Noctiluca amanti.
Adeste mi choreæ:
Post hasce, Somne dulcis,
Molli madens Lyæo.
Præsens quod est, memento.
Quis scit, quod est futurum?

Apologus de se & Caluo.

Vt vulpes vidit generosum e monte leonem
Rustica, letifero concidit icta metu.
Lux mitem vt propius detexit posterat regem,
Audax vicino constitit acta gradu.
Ergo etiam blandi componens murmura vultus
In solio magni est ausa sedere ducis.
Magnanimum ille caput torua cervice superbum,
Atque oculi torquens lumina sæva trucis,

Vngui

Ungue fero Scyrias miseram detrusit ad undas:
Addidit atque atrox horrida verba neci
Ignotus, notusque, idem leo, Spernis amicum,
Horrebas cuius hostica facta, peri.

Certat cum Ausonio.

Aut extra aerato est circundata bucula tergo:
Aut intus sperant dura metalla bouem.

Item.

Est vbi, ait Myron, quam feci bucula? Quippe
Non fuit hæc, inquit: huius imago fuit.

De Niobe saxea.

Intus sepulcrum non habet cadauer.
Extra cadauer non habet sepulcrum.
Sibi est idem cadauer & sepulcrum.

Cum Antipatro.

Quæ segmentatis præsiderat puerula cunis
Mollia purpureis stragula picta notis:
Cuius tabificis lumen, quod sparat ocellis
Mollitia superant quæ bona somnus habet:
Lenta trahens liquido illa, atque ossa carentia duro
Brachia (nam Pholoe lactea tota fuit)
Milliatela suis habet amor lusibus. hoc est:
Sola adimit Marti fortia tela Venus.

De S. auaro.

Illuuie, diraque fame morituras Alastor
Hæredem sese scripserat ipse sibi.
Improbe, quid ficto tabulas hærede fatigas?
Qui tibi non vixit, nec tibi posse mori est.

Ad Cupidinem.

Pace tua, mihi seu mitis, seu dire Cupido,
Hoc dicam tamen, hoc, pace Cupido tua.

Et puer es tu, & stulta tua est victoria. (uncta
Ecce amo, te præter, omnia. non amo te.
Irascere mihi: nec erit, quod amare potis sim?
Nil nec etiam? Inuito te hoc amo: non amo te.

Ad Dampetrum.

Diuinum mihi Dampetrum quod olim
Finxeram, mihi dixerant amici:
Persuadebat opinio volenti
Summa, ima, omnia de bono poeta:
Ius amicitiæ iubebat, illis
Crederem omnia de pio poeta.
Nunc cum altos animi mei recessus
Atticis myrotheciis refuso
Colliquamine nectaris Latini
Intimos animi imbuit recessus:
Oro ignoscite candidi sodales
Non vobis, mihi non mihi ipse credo.
Qui putastis amiculi pusilla
Tam grandem recitatione vatem
Principem recitare literarum?
Non potestis. At o tibi tibiipsi
Soli Dampetre, Dampetroque soli,
Tuo carmine maximo poetæ
Pote ostendere maximum poetam.

Ad Lapidanum.

Neferox hiemis gelu pura corda retundat,
Corda Melpomene Dea digna, dignaque Phœbo.
Paruuli moderator o Syluij Lapidane:
Mox vbi pede sordido præla pomifer annus
Decoloribus ebrius inquinauerit vuis,
Mitis accipies Dei læta dona trimatris:
Nam prius Semeles locos turgidus sinuarat:
Mox femur Iouis intimum fecerat sibi curuum.

Nunc

Nunc tepore nouo meis creuit in fabuletis.
O Deum femele genus, mater alma bicornis:
Iuppiter pater ardui temperator Olympi:
Vestra pignora habete vos. Nil ego moror ista.
Tertium volo Liberi, latus omine, fœtum.
Qui simul latice inciyto Pegasi bene iunctus
Me pigrum ignigeno ruat, perciatque furore,
Pronocemque patrem Polyhymnia Lapidanum:
Vt de ea Polyhymnia Polypinia fiat.

Lusus amatorius.

Surripuit mihi me Somnus, sed surripientem
Durus Amor, mordax, curaq; surripuit.
Surripuit Bromius vigilacis tedia curæ.
Solus restat adhuc imperiosus Amor.
Astbunc surripere haud potis est vis vlla Deorum.
Non si ter tanto numina plura forent.
In me cuncta potest, & cunctis plura Thyella:
Ast hunc nec mihi sic surripere illa potest.
Nam seu me fugit illa, furens mage crescit Amor mi.
Siue petit dulci nectare, crescit item.

Ad Atticum de Mauro.

Gorgone Scaligera quod non lapis Attice fiat
Maurus iners, queris? saxeus ante fuit.

Aiax Oileus pictus in tela.

Aspice dissectis crepitantes nubibus ignes,
Quos quatit vltrici Pallados ira manu.
Huic rapidas moriens furiato pectore flammas:
Inde minas rigido lumine spirat adhuc.
Miraris tenues non læsas fulmine telas?
Parcere vult operi magna Minerua suo.

De patriæ desiderio.

Charilae, grauissimi candidissima patris

Inter omina sanguinis, militaris origo.
Qui sacram, rejerens auos, fers nepotibus auram
Quis dies rosea vehens flaua munera luci
O mihi veteres Deos, patriosque Penates
Monstret e vitreo sinu Sirmionis amœni!
Hic vbi pelagi modo, legibusque solutus
Vitreas aperit pigri Mincij pater undas.
Quaue barbara mitibus collibus iuga mutans
Obsitus cumulo aggeris, pontibusque superbis
Incitas Athesis ruit vorticosus arenas!
Orbis o veteris decus, flos nitensque recentis
Te voco Italiæ nitor, te parentis ocelle,
Quæ Iouem gremio gerens, dona robore Martis
Mater ingenijs potens, nec feris minor armis
Multa millia ciuium splendidissima nutris
Igneis animis truces, mite pectus habentes,
Dexteras animis pares, Martiosque lacertos.
O mihi tot habens Deos, quor foues, Dea, ciues,
Seros, faciles, graues, nullis in arte secundos.
Quis Atticis quoties iocis mellea ora resoluunt,
Spirat e roseis labris transmarina Cythere.
Siue seria condiunt cantionibus orsa
Musa Mœony senis conticescere gaudet.
Quæ desiderium mihi hoc vlla leniat hora?
Cui stet relinquum nihil: cui super nihil extat.
Haurio arma, duces, equos, viuidamque iuuentam,
Eductasque polo domos, bellicasque cateruas
Ægrum in illusus trahens spiritum miser, absens.
Vnus hoc potuit mihi pertulisse leuamen
Charilaus ab inclyte flore nobilitatis:
Mente qui tenera senum prisca sæcula condens
Patrij genium soli, ac regna fronte reportans
Ne fleam parue memor: solus omnia præstat.

Ad Sabinum.

Sabine, quod me versibus tuis vehis
Suprema ad vsque sidera.
Meaque dictionis aureum stilum,
Citumque flumen prædicas:
Communibus quemadmodum sodalibus.
Mihi relatum identidem est:
Quorum Heluius sit principem locum sibi
Vtroque iure vindicat,
Vt literarum, vt candide mentis nota
Retro relinquat cæteros.
Grates ago Sabine, sed grates meras
Puro profectas pectore.
Vt qui me, meaque plane conscius
Obscuritatis perditæ
Regerere merito laudis id queam tibi
Quam tot labores postulant.
Petuntque iure postero, & prisco simul:
Et quale nunc est sæculum.
Nam obliuione & negligentia boni
Nomen poetæ qui obsitum
Desideratumque popularibus tuis
Sic libera manu asseris:
Nam quis poetam, quis poetarum patrem
Te non, Sabine prædicet?
Et quem patronum Tullius sensit, fori
Te vindicem prisci neget?

De Bardotto [illegible],

Bardottius similem medicis se dicit, & inquit:
Euellunt morbum ex corpore, ego ex animo.
Sunt potius similes aliter, si comparet. Illi
Poenis immeritos, vocibus ille necat.

Quin

Ad Syluium, & Ioseph Iustum filios, de somnio diuino, atque animæ immortalitate.

Syluí, & optime Syluij frater, ac comes acer
Iuste, iam profugi duo cara sidera patris
Pectoris gemina o mei candidissima signa,
Pro quibus patriæ decus dulce morte recessit,
Et tam amabilior mihi barbarus nitet orbis,
Deque vorticibus ferox sic Garumna remittit,
Mitis vt veluti palus lenta profluat vnda.
Aspera omnia lata sunt: plena copia cornu,
Et rubus prius insolens acre spirat amomum.
O boni Genij duces, aureaque iuuenta
Munus accipite hoc meum, quod dicatur vtrique,
Spectra cum rata somnij, lucideque quietis
Indicare iubent Dei, cuius hæc mihi summa est.
Nondum ab Oceano pigrus excitata tenebras
Terserat rosea manu præses aurea lucis:
Vt daret teneram diem, ferreosque labores.
Tum mihi Deus ille, qui regna sæuit amatæ
Lucis nescia desidi temperare sopore
Soluerat vigilacibus corda libera curis.
Liber ergo animus nigra labe carceris huius
Euolauit ad extimi templa dissita mundi.
Acceptusque choro Deum, tinnulisque choreis
Audijt numerosius quicquid hic rude fertur.
O cui veteres Lares, sacra patria, sceptrum,
Fulgidas & imagines, aureosque triumphos
Abstulit volucris Dea, quæ cuncta viuida virtus
Redditurafuit bono mitis alite fati:
Erigas vegetæ ducis dia lumina mentis,
Qua vides nitidos globos incitata sonoris
Certa vertere continenter volumina gyris.

Cernis

Cernis hunc celerem citis findere auia bigis?
Atq; tardigradum ad poli tendere alta supremi.
Hunc suis radijs diem spargere athere sudum.
Flammeis ruitilum comis tela fundere Martem.
Mittere Iouem manu sceptra diuitiarum.
Cornua ecce maris Deamutuata nitorem.
Vt myrto redimita eat pulchra Cypris odora.
Omnia his opis ex bono fata numine torquet
Additans moderaminis ius tenentis habenas.
Quas cata faculi manu sustinent bene nantes:
Non hyles grauitate enim, sicut sma, laborant:
Velle sed satis est eis rite vt incita versent.
Talis est animus tui septa pectoris implens.
En vides alias faces. Cerne cetera sparsa
Quaterunt nitidam orbitam, lacteosq; recessus.
Hoc demissa loco tua est mens, & huc reditura.
Ne sinas tibi sic dari verba inania veri.
Hæc vbi euigilaueris clara somnia cæli.
Syluium, & volo Syluij conuenire sodalem,
Qui clnent tibi liberum iure pignora cara,
Cælitus referas data vera visa quietis,
Captiosa sophisticis ne qua somnia dictis
Seculum hoc maleperditum mentibus ferat illis.
Morsque eis veniat prius, his tremenda tenebris,
Quam quæ onusta periculis vestra corpora soluit.

In familiam putrem.

Proles fœtida putridi parentis,
Parens sordide rustici catelli,
Auc saxeï plumbei nepotis,
Turba pessima turba pessimorum,
Mera nequitiæ, insolentiæq;,
Liberique, patresq;, auique cunctæ

De

De Tryphone alchumista.

Est Gallus, & est Graecus, & est Trypho Latinus,
Orator, arithmeticus, astricus, poeta
Metator, & exadificator architectus,
Sed Gallus is, & Graecus is, artibus tot unus
Impostor ad exordia sordidata vitæ
Primis elementis cerebrosus alchumista
Carbone niger, pallidus improba faucilla,
Decoctor, ut excoctor; at aurei metalli,
Nunquam miser, & ter miser; ipse quod fatetur:
Tam mane tori liquit olentis atra strata.
Quin vespere post quinerit auream referre
Perlucidulam turgidulam grummuli nitellam.

De Tricareno.

Cum triplici tumeant temeraria pectora fastu
Terrarum, cæli, tartareique fori:
Regnorum fatuis populis partiris honores,
Cælum aliis vendis: tartara sola tua.

Ad Popilium qui sibi halecem salitum miserat.

Ahena siquis offerat calcaria
Veneto, quid huic eis opus?
Mihin' canem venaticum dono dabis,
Ubi lepus nullus manet?
Telemachus haud recepit Atridæ citos
Equos, ineptæ cursibus
Terræ incola. Et cadaver est cænæ merum,
Ubi liquor deest meri.
Siticulosi tu nepotem Nerei,
Sic mittis halecem mihi,
Ut Appulum exertæ amuler lingua canem:
Aut vappa maceret sitim.

Aut

Aut mitte fustem, qui domem halecem tuum:
Aut tu sitito, vt tu bibas.

De Alfonso Daualo. Prosopopœia Lombardiæ.

Tyranne fœde sæuior leone vulnerato,
Et quæritante vrsa vrsulos parente turpi cellos
Adulterumque suspicante fœmina maritum,
Aut impudica deprecante pipulo nouerca:
Lepusculo formidolosior, fugacsorque,
Quins Lacon cheniculas afflauerit catellus.
Cursu Laconue, siue morsibus valens Molossus:
Cui nil ruenti peruium vel est, vel esse possit.
Quousque nostra abstineris cruente parricida
Supinitate semiuir, securus immerentum?
Turgens ne nostri sanguinis siticulose potu
Semesa ructas deuorata hereditatis ossa.
Et esse quisquam suadeat Deos? Deos putemus?

Iocus serius.

Audi Popili, & Naui, quæ somno excitus
Necdum etiam exorto leniter lusi die.
Cum scripturientem blando adgarritu suo
Vxor molestæ noctis decipiens moras
Narraret vicinarum fabellas mihi.
Homines dum metuunt, quas vident rerum vices,
Benefacere mancis vltro, ac mendicantibus
Instituunt. Quod hominum malum, ac nequam genus
Per se frequens, pietate sit frequens magis,
Ignauia dum certo bene fieri sciunt.
Hi, vt gratiam referant, cum accipiunt, inquiunt,
Anno altero vt queatis dare iterum, precor.
Mos est Tolosæ, cum vitam obeunt, ea die
Quæ fœnerando male parta male possident
Multa erogare stolide per superbiam,
Quanquam de more, sine more, & lege, & modo.

Nam omissis operis permulti domi sedent
Et sportula oscitantes. Id parum foret.
At temulenti inter se rixantur male
Dictis: atque infelices conserunt manus.
Ergo ut Bernoia vacca cornu ictus periit.
Panesque & vina pro foribus gratis dabant:
Quidam, ut gratus præ cæteris visus foret,
Quotannis, inquit, hoc modo detur, precor.

Ad Furnium.

Incipiam te odisse legens tua carmina Furni:
Qui speraſſem etiam vincere posse Deos.
Nunc vero quoniam tua me post terga relinquis:
Posse doces unum nec superare virum.
Quin vencrer potius: quid enim te vincere certem?
Si tu es ego, atque ego tu: victor uterque sumus.

De Caluo.

Quid monstro mortem, diuine poeta, minaris;
Quod vicit vitiis omnia iudicia?
Infecit corpus terras, at spiritus auras:
Sic ignem fastu, sic bene potus aquam.
Tartara dissidiis, cælum impietate lacessit.
Quæ mors morte ipsa nequior esse potest?

De Dampetri versibus & suis.

Quinque carmina versibus trecentis
Dampetri bona non bonis benigne
Cæsar optima pessimis salutat.
Quæ tanto meliora multa paucis,
Quanto sunt potiora recta pravis.

Ad Cupidinem.

Appetente vere primo, cum tener viresçit annus
Vinitorque falce tonsas vitibus maritat vlmos,
Atque compari marito buculam mugire cernis,
Et simul gestire saltu tumulo hædulos petulcos:

Tum

Tum tibi vt suos amores garrula vt cantillat ales,
Soluitur desiderata mens genuque pro puella.
Auuesque abit nec audit veritatem mens mouentem.
O Cupido, siue numen, numinisve es ira magni,
Si quid vnquam ego male egi, ah seuere vt vindicasti.
Cum mei me oblitum agebas, quo tu abire noluisti.

In malum poetam.

O poeta trifœride inquinatior hirci
O scelus male sobrius impudicior aulis,
Seu genus repetas nouum, siue somnia prisci.
Cuius anguinorus pater, cuius ebria mater.
Vixit ille venenifer: mater prostituit se.
Nec poeta, nec vltimi dignus are poetæ:
Sed rudentibus Arcadum cõsecrande Thalus,
Quem feræ furiæ suis imbuere papillis,
Spumeaque tulit cibi frusta Cerberus ore.
Ausus es male conditis versibus genus almum
Bulbitare Polymniæ, Pegasique lacunam:
Proque eo, quod es impudens, ebriosior vna
An putare licebit hoc tè esse inepte poetam?
Haud abibit id hinc tibi. Verte, volue, reuolue:
Non potes nisi Tartari præficis numerari.

De Cola pictore Siculo, qui finxit aquam.

Parmenides olim species sibi finxit; vt esset
Vnde ista hic fierent, quæ minor orbis habet.
Ad tabulam vbi Cola manus admouit; ab istis
Quæ hic sunt, cœlestis, fecit, vt esset aqua.
Haud alia in summo Archetypo colluceat imago:
Hæc est, in qua olim spiritus ille fuit.
Pace tua liceat, vobis hæc dicere, calum
Plus est e nostris ponere vestra tibi.

Ad Vidum Brassacum.

Cum multumque diuque cogitassem,

Brassace optime, vera lima iuris,
Quantum discipio placere Musis,
Priuatim tamen vt tibi probemur
Puro iudicio, integroque amore,
Inter Herculeos latet labores.
Boni consulere at velis, quod huc me
Pusilla offero lucubratione:
Hac, quam ad lychnida semisomnus atram,
Intempesta vbi conticesceret nox,
Addictus Genio Catulliano,
Raptim præcipiti manu exarabam.
Tu si forte quid hic ineptiarum
Offendes animo tuo seuero,
Tum dabis veniam mihi, tibique.
Tu intristi tibi: sic tibi exedendum.

Ad eundem.

Hactenus quod improbata barbaris tacet Thalia
Barbarorum reprobata caussa plus valebat.
Nunc quod a vobis probata, non tacebit almæa Clio
Barbarorum & reprobauit prava barbaris probata.

Vino cinnamomite donat præfectos gymnasii.

Si nectaris mihi datis recentis & vetusti
De fonte guttas Pegasi: guttas? fluenta plena
Fluenta plenis alueis, lactis meros Latinos,
Quod nectar arte conditum est: artium omnium sequestris
Æquum est, redire, vt vnde fit, redire discat. Ergo
Hoc nectaris mihi annui quod muneri clientes
Nuper dedere, rusticos cum repperit recessus
Musis inanes dulcibus, sed barbaros tumultu.
Isthuc volauit hinc. Si vos ciconsuletis; illud
Curabitis, ne plus volet. Diu volare noxæ est.

Valete, & bibite, ego Callipotius recensui.

Arnoldus

Arnoldus Ferronus Atticus miserat inuectiuam in Sardum, quam postea per epistolam rogabat, vt vreret.

Me tua ne ergo feris monumenta exurere flammis?
Iure eodem iubeas vrere me Latium.
Sit flagri reus, & mortis; sit quicquid vbique
Pœnarum potis est ferre patique reus.
Sit reus, & plusquam mortis: sit quicquid in omni
Inuenisse potes crimine supplicij.
Luce tua noctes nequeunt tenebrescere. Vitam,
Quam morti dederas, mors rapere vlla nequit.

Fur Sacilio amico sustulerat commentarium de anima.

Furtulit ille tibi non magna incommodi, quisquis
Tam doctam est ausus surripuisse animam.
Cordatam tibi sic sapiens animam abstulit exors,
Tu meliorem istam, quam tibi omisit, habes.
Hic potius iactura: tuam pro munere nobis
Cum das; qui frueris deteriore mea.

Ex Moscho χηριοκλέπτης.

Dum cellas vexat digitis, furtimque pusilla
Surripit argutus mella Cupido manu:
Parca operis vindex securum & plura parantem
Verrere sæua fero vulnere fixit apes.
Excutit ille hostem, ac terram pede pulsat, & vdo
Ter quater incensam perflat ab ore manum.
Ignea tum lacrymans ostendit vulnera matri
Singultans pressis blæsa superciliis.
Quodque adeo tenui fecisset barbara telo
Tantula sit tanti vulneris auctor apes.
Cui ridens genitrix: Ne me his incese querelis.
Tu quoque tam paruus vulnera quanta facis?

Certat cum Automedonte, aut Anacreonte.

Tecum mihi quid o Mars,
Qui sanguinem profundis,
Nocturna qui Cytheres
Frequento castra mitis?
Procul paterna regna:
Procul cruenta bella.
Abite curæ onustæ
Metuque, speque lenta.
Aurum vale nefandum,
Quod peierare cogis:
Fratresque ad inuicem armas:
Diros facis parentes,
Et impias nouercas.
Adeste mi corollæ.
Spiret recens oliuum,
Sed quale semisomno
Dat Noctiluca amanti.
Adeste mi choreæ:
Post hasce, Somne dulcis,
Molli madens Lyao.
Præsens quod est, memento.
Quis scit, quod est futurum?

Apologus de se & Caluo.

Vt vulpes vidit generosum e monte leonem
Rustica, letifero concidit icta metu.
Lux mitem vt propius detexit postera regem,
Audax vicino constitit acta gradu.
Ergo etiam blandi componens murmura vultus
In solio magni est ausa sedere ducis.
Magnanimum ille caput torua ceruice superbum,
Atque oculi torquens lumina sæua trucis,

Vngue

Ungue fero Sergius miseram detrusit ad vndas:
Addidit atque atrox horrida verba neci
Ignotus, notusque, idem leo, Spermis amicum,
Horrebas cuius hostica facta, peri.

Certat cum Ausonio.

Aut extra aerato est circundata bucula tergo:
Aut intus sperant dura metalla bouem.

Item.

Est vbi, ait Myron, quam feci bucula? Quippe
Non fuit hæc, inquit: huius imago fuit.

De Niobe saxea.

Intus sepulcrum non habet cadauer.
Extra cadauer non habet sepulcrum.
Sibi est idem cadauer & sepulcrum.

Cum Antipatro.

Quæ segmentatis pressisset puruula cunis
Mollia purpureis stragula picta notis:
Cuius tabificis lumen, quod sparat ocellis
Mollitia superant quæ bona somnus habet:
Lenta trahens liquidoilla, atque ossa carentia duro
Brachia (nam Pholoe lactea rota fuit)
Mille tela suis habet aut lusibus. hoc est:
Sola adimit Martis fortia tela Venus.

De S. auaro.

Illuuie, diruque fame morituras Alastor
Hæredem sese scripserat ipse sibi.
Improbe, quid ficto tabulas hærede fatigas?
Qui tibi non vixti, nec tibi posse mori est.

Ad Cupidinem.

Pace tua, mihi seu mitis, seu dire Cupido,
Hoc dicam tamen, hoc, pace Cupido tua.

Et puer es tu, & stulta tua est victoria. (uncta
Ecce amo, te præter, omnia. non amo te.
Irascere mihi: nec erit, quod amare potis sim?
Nil nec etiam? Inuito te hoc amo: non amo te.

Ad Dampetrum.

Diuinum mihi Dampetrum quod olim
Finxeram, mihi dixerant amici:
Persuadebat opinio volenti
Summa, ima, omnia de bono poeta:
Iuš amicitiæ iubebat, illis
Crederem omnia de pio poeta.
Nunc cum altos animi mei recessus
Atticis myrotheciis refuso
Colliquamine nectaris Latini
Intimos animi imbuit recessus:
Oro ignoscite candidi sodales
Non vobis, mihi non mihi ipse credo.
Qui putastis amiculi pusilla
Tam grandem recitatione vatem
Principem recitare literarum?
Non potestis. At o tibi tibiipsi
Soli Dampetre, Dampetroque soli,
Tuo carmine maximo poeta
Pote ostendere maximum poetam.

Ad Lapidanum.

Neferox hiemis gelu pura corda retundit,
Corda Melpomene Dea digna, dignaque Phœbo.
Paruuli moderator o Syluij Lapidane:
Mox vbi pede sordido prela pomifer annus
Decoloribus ebrius inquinauerit vuis,
Mitis accipies Dei læta dona trimatris:
Nam prius Semeles locos turgidus sinuarat:
Mox femur Iouis intimum fecerat sibi curuum.

Nunc

Nunc tepore nouo meis creuit in fabuletis.
O Deum semele genus, mater alma bicornis:
Iuppiter pater ardui temperator Olympi:
Vestra pignora habete vos. Nil ego moror ista.
Tertium volo Liberi, latius omine, fœtum.
Qui simul latice inclyto Pegasi bene iunctus
Me pigrum ingigeno ruat, perciatque furore,
Pronocemque patrem Polyhymniæ Lapidanum:
Vt de ea Polyhymnia Polypinia fiat.

Lusus amatorius.

Surripuit mihi me Somnus, sed surripientem
Durus Amor, mordax, curaq; surripuit.
Surripuit Bromius vigilacis tædia curæ.
Solus restat adhuc imperiosus Amor.
Astbunc surripere haud potis est vis vlla Deorum.
Non si ter tanto numina plura forent.
Iu me cuncta potest, & cunctis plura Thyella:
Ast hunc nec mihi sic surripere illa potest.
Nam seu me fugit illa, furens magecrescit Amor mi.
Siue petit dulci nectare, crescit item.

Ad Atticum de Mauro.

Gorgone Scaligera quod non lapis Attice fiat
Maurus iners, quæris? saxeus ante fuit.

Aiax Oileus pictus in tela.

Aspice dijectis crepitantes nubibus ignes,
Quos quatit vltrici Pallados ira manu.
Hunc rapidas moriens furiato pectore flammas:
Inde minas rigido lumine spirat adhuc.
Miraris tenues non læsas fulmine telas?
Parcere vult operi magna Minerua suo.

De patriæ desiderio.

Charilae, grauissimi candidissima patris

Ad Sabinum.

Sabine, quod me versibus tuis vehis
Suprema ad vsque sidera.
Meaque dictionis aureum stilum,
Citumque flumen prædicas:
Communibus quemadmodum sodalibus.
Mihi relatum idem est:
Quorum Heluius sit principem locum sibi
Vtroque iure vindicat,
Vt literarum, vt candide mentis nota
Retrò relinquat cæteros.
Grates ago Sabine, sed grates meras
Puro profectas pectore.
Vt qui me, meaque plane conscius
Obscuritatis perditæ
Regerere merito laudis id queam tibi
Quam tot labores postulant.
Petuntque iure postero, & prisco simul:
Et quale nunc est sæculum.
Nam oblitione & negligentia boni
Nomen poetæ qui obsitum
Desideratumque popularibus tuis
Sic libera manu asseris:
Nam quis poetam, quis poetarum patrem
Te non, Sabine prædicet?
Et quem patronum Tullius sensit, fori
Te vindicem prisci neget?

De Bardotto [illegible].

Bardottus similem medicis se dicit, & inquit: +
Euellunt morbum ex corpore, ego ex animo.
Sunt potius similes aliter, si comparet. Illi
Potibus immeritos, vocibus ille necat.

Quin

Quin potius sint dissimiles, si dissicit. Illa
Carnifices miseri corporis, ille animæ.

Ad Andream Melanchthonem.

Non tibi dolet, Melanchthon, vinculorum acerbitas;
Sic fortis es. sic spiritus dictat Dei.
Nos dolemus his malis te detineri pessimis,
Dolore, morbo, carcere, & siti, & fame.
Si quid officina possit nostra Christi munere,
Opesq; quantum iure supremo valent:
Id tibi dicamus omne: fortitudo, veritas,
Virtus, potestas, dignitas Christi, decus
Eximat pudore tristi, ferreisq; vinculis
Reddens sereno lucidum vultum polo.
Perfer, obdura, precare cœlitum regem Deum.
Deum inuicem precabimur Deo satum:
Sospitem redonet auræ patriæ, patri, domo
Carum, atq; amatum, & splendidum, & lautum tuis.

Ad Mellinum Sangelasium.

Melline Franci gloria luminis,
Melline montis fama biuerticis,
Quem fama se maior, minor te
Atq; tuis meritis triumphat.
Sunt, quos fluentis cursus Horatij
Leporq; dulcis, grataq; puritas,
Et flexus ille par Deorum
Cantibus arripiat stupentes.
Trahatq; secum, more ruentium
Septentrionum, aut Eridani trucis,
Pallente pastorum magistro
Insubricum populantis aruum.
At me audientem sub numeris lyram
Tuic loquentem candida sæcula,

Quibus

Quibus reuiuiscit resurgens
Nobilibus studiis Apollo,
Non fastuosa barbitos aurea
Theba reductum collocat in sinu
Alte sonantis incitato
Melpomenes quoq; digna plectro.
Quem prisca uorum Martia pectora
Auersa Musis, atq; choris Deum
Incusserant uobis pudorem
Vnus inertem animose tollis.
Sic dia sudi ros soboles Pole
Perusta dira tabe Canicula
Redintegrat refecta, quantum
Regna opera Cereris reposcunt.
Sic te legentem prata per amia,
Pictaq; lamas serta Polymniæ
Aptanda; miramur domare
Funeris imperiosa fata.
O fons beati carminis, ut tui
Creuere large fluminis agmina.
Vnde inuidere uorticoso
Ant Athesi Tyberive possint.
O ille felix ter, quater, amplius,
In quem tuus ros celitus excidit.
Cui uena dines imminentem
Fati abolet timidam querelam.

Ad Marinellum Cyprianum.

Quo me pacto habeam Marille quæris?
Quo pacto me habeat parabilis sors?
An mutauerit impudica uultum?
Expingam hac Eryfichthonem tabella.
Ideam horribilem esuritionum.
Vectigal quatit, haurit usq; ad ossa
Penitus pentissimis medullis.

Mars

Mars circuntonat impio furore.
Lites crimina pestilentis orbis
Laus sunt maxima sæculi nocentis.
Æger, aridus, imbecillis, expes,
Expello, expeto, pronocoque,
Ne te decipe barbaro solæco.
Et spes abiicio, & pedes requiro.
Et expem refer, expedem referque.
Ah si non quico pugnam inire, vt ante
Salem huius vice non fuga est relicta?

Mediocritas.

Ne Gygæ mihi, ne proterua Midæ
Effer munera: ne superba magno
Mendax Græcia quæ iacit tumultu.
Ne mi cadibus inquinata diris
Lætis otia comparata fundis.
Arridens mihi vita, parca, læta
Se contenta, sibi modum reponens
Me in cœlum referat beatiorum.
Illud nil nimis est nimis probatum.

De Caluo.

Caluum nescio quem in meis libellis
Inueni rabie inuida inquietum.
Diris sordibus obrutum vetustis
Matrisque & patris, atque aui, atque auorum.
Ego nescio quis sit iste Caluus:
Nisi sit, qui asinos fricabat olim.

De Britone.

Nullus Brito bonus: memini dictum esse poetæ.
Hoc adde: non si sit quoque Brito Deus.

Nanque

Nanque malum tunc Brito Deum prius esse parabit:
Britonem faciat quam Deus ipse bonum.

De Drusaco & Sabello.

Drusaco merito laceratur fœmina. Monstrum
Non nisi Drusacum gignere monstra queunt.
Verum eadem immerito laceratur fœmina: si non
Aut par aut potior inde Sabelle venis.

De poeta bibaqua.

Potor aquæ, si scripta, mero sine, languida tangis,
Spongia tantundem grata reponet aquæ.

De Atti.

Obiecit mihi Gallicanus Attis,
Quod essem fugitantior laboris,
Pigri segnitie obrutus veterni.
Atque ibi illico salsus ille, bellus
Locuturus in aurium recessu
Halauit sceleratam eam Mephitim,
Quam eructat bibuli senis barathrum,
Hic ille, ille ego, segnis, & pigellus,
Actutum, ocior in pedes, sagitta.
Dij Attille tibi bene ac benigne
Dent quæcunque petiueris petenti,
Qui mi stercore diluis veternum.

Ad Apollinem.

Aurei plenum meditantis ictum
Arbiter sincere, paterque Pæan
Poetinis, quali premit aura durum
Daunia Fatum.
Seu feras certo metuende telo
Conficis: seu te positis sagittis

Suspicit

Suſpicit Delos reducem, tuoque
Pondere gaudet,
Da mea flexum lepidum Camœna,
Dum comes luci zephyrus cadenti
Icari ſaxo Cane ſtante campos
Mulcet hiantes.
Lenit alierno ſpatioſa colles
Feruidos greſſu requies: amatum
Taurus abrumpens opus, otioſas
Ruminat herbas.
Prodige effuſam taciturnus vmbram
Legit æquati genius diei.
Errat in campis vacuus ſoluto
Pectore coruus.
Dum mihi ſæui moderator arcus
Hoſtis inuiſæ Veneri quietis
Ingerens flammas vafer obſoletum
Suſcitat ignem.
Blandaque antiqui memorem furoris
Dictat accentum lyra: nec iocoſis
Abſtinet vocalis amico ab antro
Pulſibus Echo.
Vber arguto ſaliens fluento
Fiſtula arridet: trepidumque puro
Geſtiens riuo fluuius canoras
Temperat vndas.
Muſaque hic mecum leuis obloquentes
Expedit chordas: vitreumque vultum
Verba deſoſſis oculis doloſo
Lumine dantem.
Cantat: & claras hilarata flammas
Per leues ducit numeros, pareſque
Dulcis impellit tremulos vaganti
Pollice neruos.

Grandior

Grandior sano Latium tumultu
Pulverem cantet graviore plectro,
Dum ferit forti pede concitatos
Agmine campos.
Me nec invisо tumidum cruore
Signa deposcunt: neque castra molles
Euy curas, & amica nostris
Bella canentem.

De tribus lupis.

Tres Agenni sunt lupi acres: pestilens est ultimus.
Et vorax mirum in modum ille: sed secundus est pecus.
Primus est leo famelicus sititer sanguinis.
Ex eis videtur ille, qui secundus, optimus.
Sed cauebis, si sapis, ne edas: quia dexeram pecus.
Mortuum nam edet vigens te, vel vigentem mortuus.

Niobe. Certat cum Callimacho.

Ex viua Dij me marmor, de marmore vinam
Praxiteles: tanto plus valet illa manus.

Eadem.

Ne quaras Niobes quare est exanguis imago.
Quod Dij fecerunt, ars imitatur opus.

Ad Maidiuium & Bergium.

Maidui optime, multum amate Bergi,
Bina corcula nostra, bini ocelli,
Gratias pluuius ago benignis,
Qua vos detinuere: ne misellum
Vestrum desereretis hic sodalem,
Et Mida sequeremini culinam.
Quare corcula bina, bini ocelli,
Hic prandebitis, hic iocabimur, nec
Mida forte sequamini culinam.

De Broteo.

Vxorem non ducebas, te duxerat vxor:
Non illam, illius dum sequereris opes.
Qui sequitur, rapitur? qui ducit, ducitur! hoc est,
Monstrum hominis decuit non nisi monstra sequi.

De eodem.

Qui Venere irata rostro sit turpis obunco:
Is ne torum Veneris secum habuisse potest?
Qui Latia Venere inuita vult hiscere Romam:
Quicquam Romani huic vertere in ore potest?
Pallade qui Graia infensa Propylæa minatur:
Esse Perilæo huic nectare gutta potest?
Os turget: strepit in Latio: fringutit Athenis.
At pius est: imo pernegat esse Deum.

De morte auiculæ Bandelli.

Cur flet auem Bandellus homo? canit ille canora:
Et vati vates, & numeris numeros.
Nam si quem ex meritis cælestia numina curant,
Digna erat in terris vincere semper auis.
At si instant meritis cælestia numina: nulla
Digna illam in terris turba videre fuit.
Quod si nullam habuit talem sibi Iuppiter: ausis
Debuit inferior Iuppiter esse suis.
Quin similem ergo tui quia non habet ille poetam:
In cælum pariter ne rapiare, cane.

De Bandelli amoribus Thusca lingua decantatis.

Maxime Phœbigenum, cui Thusco æqualis Homero
Lydia Maonio nectare vena fluit:
Vnde tibi ætherios immensi numinis hausti
Largus opum pleno pectore spirat amor?

Tantus

Tantus eras vates, tanta est Lucretia. An ipsum
Hoc illi dederas? an dedit illa tibi?
Dum cælo imponis, transcendes sidera. Sic te
Dat Dea, tam rari carminis esse Deum.

In picturam Iacob dormientis ad scalam.

Vera vides immortalis monumenta triumphi,
Tot tibi Martigenas qui pepigere duces.
Hinc terram domitam premit: hinc expugnat Olympum,
Haud aliter decet hæc signa referre Deos.

Ad Diam charactere Catulliano.

Dia flammata requies Camœna,
Quam ferox sagittiferis lacertis
Ales huc illuc volitans in ignes
Arciger urget.
Ibo ego hinc tecum per inhospitales
Syrtium fauces, inimica nautis
Undis qua verticibus procella
Tunditur Euri.
Duc per immensum pelagi profundum,
Qua lavat Sol emeritas quadrigas
Quod latus salso Hesperius Palæmon
Sublimit æstu.
Duc per incerto loca cæca Sole,
Tartari, diriquæ Acherontis undam:
Aut ubi præceps Phlegethon anarum
Euomit ignem.
Tu mihi lentas operosa luces
Incitas, tu lenta facis, proterno
Obruens nostrum sine fine læsum
Frigida pectus.

Mutuo postquam dubius recessu
Spiritus tractum relegens supinum
In te abi dirs rapido furoris
Percitus æstro.
Nunc sequens priscæ fugitiua vitæ
Cor sua vestigia, te requirens
Haret, vt caram sobolem per alti
Auia Pindi
Ingemis raptum miseranda mater
Et nemus prædonem agere, aut ouile
Proditorem accusat, & immerentis
Perfida prata.
Ipsa vox mœsti speciem doloris
Intimam præfert: quotiesque natum
Inuocat: sylua reduci fateri
Voce latentem.
At virens pulsum lateris tenelli
Illius fulsit torus: vt vagantur
Pulcher illuxit locus, & reducta
Sepibus vmbra.
Illa si dumos virides lacertos
Audit motare; micat repente
Auribus fictum metuens metum, & vanam
Anxia sylua.

Ad Maidiuium.

Audi Maidiui, quid aliud agenti, male
Hominum iudicio sorte fortuna euenit.
Postquam fato Budeus est functus suo,
Venerunt ad me litera a Garo meo.
Multa perhumane amice omnia. tū præter id:
Vt principatum literatorum mihi
Nunc vindicarem, dum sedes, inquit, vacat.
Pro meo instituto paucis respondi, Gare

Viuente

Vluente Budæo, is, qui non primus fuit,
Nec primus, nec secundus illo est mortuo.

Mulieris idea rara.

Casta laquens, vacuata superstitione, pudica,
Magna ex parte domi sedula, rara foris:
Non conuiuia, non scenas, nec templa frequentans,
Nec fugiens: nil dans, & nihil accipiens.
Non percontatrix: non vicina incita luxu:
Neue memor dotis, neue memor generis.
Attenta imperiis: facile officiosa marito:
Semihilaris, patiens, sobria, munda, pia.
Non suspiratrix, non fletrix, denique tantum
Ipsa sibi placeat, si placitura viro est.
Sunt grauia atque operosa? Nega bona. durius atqui
Maioriſque opera, quæ volet esse mala.

Io. Petrus Vspertus mihi ægrotanti morbo, amore, & æstu anni.

Si positi celsis in collibus vrimur æstu,
Ventus vbi assiduo flamine tecta quatit:
Quo te coniiciam torreri, Scaliger, igne
Et Phœbi, & quo nunc Itala terra calet?
Ah ne te antiquis multatum viribus vras
Acer vterque ignis, acrior ille tamen.
Hinc ætatis onus, morbi hinc incommoda anti
Me torrent, curas exacuuntque meas
Quo melior quisque est, plures huc inuida fata
Intendunt laqueos, insidiasque parant:
Pelida vidit Thersites funera magni.
Hectoreo fratres iusta tulere rogo:
Proinde caue, & tua quo vita est præstantior omni,
Hoc vita maior sit tibi cura tua.

Responsio.

Si nequit Æolijs pacari flatibus æstus:
Ings altis auget collibus aura faces:
Hoc vobis dant fata, quibus licet æthere largo
Cælestes propius posse videre Deos.
Id miror magis: æterno mea flamma triumpho
Si me plus absens plus coquit igne suo.

Ad eundem Vspertum xenia ægrotans.

En Vsperte tibi præsentis xenia mortis.
At tu felici sidere viue diu.
Sic tibi blanda suos tua Martia donet ocellos,
Infigatq; tuis oscula sancta labris.
Hæc misera ingrato committes verba sepulchro:
Ni prius hic, prius hic mortuus esset amans.

Ad Georgium ~~Buchananum~~. Linacrum

Felix, Georgi, lactea vena pater,
Qua ditat immensum mare:
Quid barbarorum voce squallentem absona,
Merisq; nugis obsitum,
Inepturientem non ferendis artibus
Audire mumet postulas?
Plectrumne Phœbo temperante, Marsyas
Tentabit ictum pollicis?
Amabiles Thalia si faciat modos:
Garrire pica gestiet?
Te natum ad alta Pegasi cacumina:
Tepente susceptum sinu
Regina sacri magna Calliope soni
Liquore non noto imbuit.
Deditq; palmam ferre de tot gentibus,
Latina quot colit cohors.

Pursu

Paris beata voce teßellis nitor
Perſtringit aures candidas.
Flexuq; ducta vena dulcis aureo
Quam ſuſtulit, iterat ſitim.
O me ſuperbum mole ſublatum noua
Te literatorum Deo.
Deſideratum abeſſe ſe, vt ſcribis, doles,
Quod aliquid eſſe me putes.
Tu te ipſe contemplator: in quo cuncta ſunt:
Et vota lenes tua.

De Griſaco.

Carnifici a medico conſumptus tabe Griſacus,
Factus mortis ope eſt albidus, ante niger.
Exclamat vulgus: Se viuo pulchrior. Atqui
Exclamat ſapiens: Pulchrior, & melior.

De Galeno, Pontano, Eraſmo.

Qui nimis arrodit, nimis ipſum ſe anxius vrget,
Hunc neſcire manum tollere de tabula.
Aſt vbi tu cumulas Aſiatica tedia nugis,
Hoc neſcire manum eſt tollere de tabula.

Tumulus Sabot Catelli Bandelli.

Cana fides, modico fucras qua clauſa Catello,
Cumque fide raro numine iuncta Venus:
Gratiaq; & variis artes qui luſibus ambis
Nequitias faciens delicioſus Amor.
Quo nunc ibitis? aut quæ vos noua ſcena recepit?
Poſtquam actus pompa funeris ille facet?
Parue Sabot, res mira, ac Thuſci cura Maronis:
Et quouis merito cælite digne Deo:

Et tumulum, & lacrymas, quin & pia vota tulisti,
Et sineret, ferres carmina digna dolor.
Quantus eras, cum tam grandis nunc pectora vatis
Tam modico tecum marmore tectus habes?

Dedicatio Theocrenes fontis Viuesiani.

Vnidi soboles Iouis,
Vitrei decus aetheris,
Cuius in gremium pater
Lucis, Oceanus pater
Hausta viscera fudit.
Cui prius latebris fera
Rupis, indomiti iugi
Delitescere fas fuit,
Fas fluenta nouo nouae
Sacra prodere caelo.
Non equi leuis vngula
Bruta te elicuit foras.
(Nil nisi Deus hic agit)
Qui creauit, is & vocat
Scaliger Theocrenem.
Surge purus ad obuij
Pura lumina Solis, vt
Non olens caper, aut ouis
Imbuat scatebras tuas
Immerente cruore.
Non meri tibi fundere
Poculum licet: at tuus
Ipse totus eris sacer,
Cum nouas liquida bibes
Vatis aure Camoenas.

Iudicium.

Quod me rogarunt hesterna die viri

Docti

Docti & faceti Vsperie, id nunc scribam tibi.
Quid de Longolio sentis? inquiunt. egon?
Claudum sutorem, qui semper domi sedens
Facta reficit: sed vesti illi nihil subest.
Quid de Budæo? ferrum hic, & silices spuit
Quibus necantur aures audientium.
Erasmi arena quauis aura tollitur:
Maiore ventoque ingruente disperit.
At quid Doletus tractat? Respondi, lutum.
Nam nec calcem, nec arenam vult porcus sibi.

De catella.

Vnica mirificis pariundis apta catellis
Se maior Melite est ex Adamante meo.
Tam paruo studium, tam pene in corpore nullo?
Sic paruo, aut nullo clauditur orbe fides.

De suo morbo.

Ergo ego, qui nec fata hominum, nec facta Deorum
Curabam attenti pectore, torna anima:
Qui Diuum bona contempsi, qui sidera spreui:
Qui magni irrisi tela trisulca Iouis,
Plector: & indomito nequicquam obsessus ab igni,
Exitij patior pignora certa mei?
Et mihi sum, vt desim, & desum vt possim esse superstes?
Omnia num feci, nunc nihil vt fierem?
Spirat adhuc vis fulminea vasana iuuenta.
Vt vir sim; ambitio non sinat esse hominem?

De sua tabe.

Mollia cum in viridi tererem piger otia ripa,
Que stabili rapidas obruce carpit aquas:
Hei mihi tota sibi peregrina refulsit imago:
Infremuitque intus fractus ab ira animus.
Quando? vbi? quisnam autor? queis me artibus ipse reliqui?
Qui non sim, quare vita vocanda mea est?

Somnium non fictum, ad Matthæum Bandellum.

Anima cum libera foret ab officiis suis,
Quas vulgo functiones ciuiles vocant,
Propter dolorum impedimenta, quæ mihi
Quotidianum interdixere vsum mei,
Reducta in artem principem, ac veram, sui
Compos, domina, regina, meliores vires
Sibi arrogauit, seruæ exuta compede
Ac sibi sese insinuata, mortalis globi
Aggreditur principia assequi, ac verum Deum.
Et iuncta cum cælestibus cohortibus
Vetera recenset: dehinc contemplatur noua:
Et prospicit futura consulta, & cæta.
Iccirco nox est tertia, quæ futura ab hac
Distabat: cum sum visus certis ædibus
Superuenire tum inchoatis candido
E marmore. Ibi materia similis plurima
Iacebat. Igitur ego operi accingor nouo.
Imponitur lapis vnus, & item alter, tertio
Additur & quartus: adeoque ad amussim omnia.
Sed mirum dictu. cuncta visa crescere.
Placet. Laboris tædet, & tempus monet
Dom: expectari. ego ades, somnus me deserit.
Postridie eius diei quæ est secuta, nox
Eundem apparatum marmoreum ostendit mihi.
Accedo. Video templum, non domum. Magis
Placet. parem operam pono, quam prius. nihil
Minus crescere cæmenta mirandum in modum.
Cum me laboris insolentem, & marcidum
Somnus reliquit: nocte vt alia fecerat.
Ast quæ antecessit hunc, in quo scribo, diem,
Ostendit montem cælo eductum, & arduum:

Salebris

Salebris, scrupisque obductum, ac vepribus obsitum.
In summo lux immensa: sedes commoda:
Aqua saluentes: herbidi ripis tori.
Ibi ad radices multi ex multis gentibus
Armati, inermes, saturi consumpti inedia,
Senes, pueli: tum statæ ætatis viri
Obambulare, volitare, aditum quærere:
Optare per pericula, atque incommoda
Cacumen operæ quisq; nanciſci ſuæ.
Ego addere gradum. primum illi irridere me:
Deinde ſtomachari. Ego nihilominus tamen
Mihi ipſe dare animum, & illis verba: neq; me in eo
Deſerere articulo occaſionis tam bonæ.
Donec beati tandem compotem loci
Sedes recepit, ſeſſum, ac latum. aſt illico
Ceſſit diei ſomnus, & laboribus.
At tu Bandelle, qui cælum propè es meum:
Audis, audis. (proh Dij, quid tu vis tibi?)
Cui floret ſterilis glacies hiberno gelu:
Diuina afflaris aura, & illo ſpiritu,
Qui mihi te fecit iam poetarum Deum:
Aut ſomnium interpretare: aut ſi quid mali
Subeſt, amico quod graueris ſoluere,
Exora, vt a me hæc auerruncaſſit Deus.

Dedicatio theatreoli naturalis Viueſiani.

Lætus frequens ſaxo qua circunfuſa ſilenti
Sibilat argutis turba canora comis:
Nutanti adnutans denſo ſoror orbe ſorori
Vicina amplexus tentat inire ſuæ.
Hic rapidi, Syluane, Canis molliſſimus horas
Frangere, & his cryptis membra leuare potes:
Et gelido de fonte ſacros haurire liquores:
Grandiaque ancipiti carpere poma manu.

Cetera

Cætera, quæ faciles promittunt gaudia Nymphæ,
Vel cæcum hac densa nube latere queunt.

De Ligure.

Vipera Tartareum Ligurem calcata momordit:
Ipsa & obit: par mors utraque utrique fuit.

De Sobrino, & Petrono.

Sobrino nihil est a me, nisi lora, profectum.
Ast dono inuito millia multa dedit.
Petrono a meipso plus meipso est sæpe tributum:
Qui extremo in casu mutua pauca negat.
Rusticus illustri differt hoc, candidus atro.
Quid precer utrique? hoc: sit, quod uterque velit.

De Poetis.

Si hæc est conditio misera, Solimane, Poesis,
Post neglecta suos vt iaceat cineres:
Ah ego vos mutas optem siluisse, Camœnæ:
Morte hac vita illa si fit emenda mihi.
Pauper, & ingratis Clio blandita valeto.
Si quam alys vitam comparat, ipsa cæret.

De Amasio non ficta.

Conuomuit cyathos patinator amasius. Aura
Ter, quater infami concrepuere nates.
Somno uincti oculi: uino intestina soluta
Signarunt caligas fœtidiore nota.
Diffugere omnes. sic sic iuuat, ille, fugasse.
Ausugite: inque malam hinc ocius ite crucem.
Et rebibit, quantum uitreum compleuerat orbem.
Sic demonstrandi est circulus iste modus.
Di tibi dent, quæcunque cupis, vomitator Amasi.
Rem facies. Nullo sic perit hora modo.

De fuco.

Magna Gallia plurimis trophæis?

Ingens

Ingens Gallia maximis triumphis:
Felix Gallia voce multilingui.
Immensis opibus, sinu beato:
Diuina sapientia referta:
Insignis pietate singulari,
Vno perdita proditore fuco est.

De Caluo.

Calue bibis vappam, generosa Chalosia vendis.
Hoc bibere est aliis, vendere, Calue, tibi.

Ad Goueanum.

Te licet innumero anteat lectore Tolosa:
Rara etenim, & claris conspicienda viris:
Augustaque premat Caturcos mole senatus,
Cuius ab excelso numine iura vigent:
Inde tamen potiora tua ad miracula lingua,
Inq; loco veteris fratris habendus adis
Syluius extrema non vltima cura senectæ,
Quo indolto patrem viuere posse neges.
Pignore non opus hoc fuerat: sed pignus habes, seu
Cordis habes animam, seu cor habes animæ.

Epitaphium grammatici Mauri.

Barbarie miserum Latium qui conspuit atra:
Dedidicit pure quo duce Roma loqui:
Ridicula pueris cathedra, scuticaq; relicta,
Nunc docet informem barbara verba canem.

De Baræno [illegible].

Si quis peior eo esse potest, quod pessimum habetur,
Peior tanto bis, terq; Barænus erit.
Nec quicquam esse potest pejus peiore Baræno,
Non si se attentet vincere velle simul.
Ipse, vt se vincat vitiis? quin posse Barænum
Vincere sic nusquam vis potis vlla hominis.

Nulla

Nulla hominis vis, nulla pols, vis nulla Deorum.
Non si ter tanto numina plura forent.
Si quid ullum fecit, tum in eo natura quievit,
Si non naturam fecit & ipse suam.

Ad Venerem.

Alma parens Amorum,
Hesperus quos purpureâ conciliat marita:
Tu potes imminentem
E polo in sylvas gelidam ducere Noctilucam.
Nec minus inquieto
Pervium ponti fremitum sternere rite amanti.
Te duce coniugatas
Ebrius thyrso increpitat frondibus impedito
Lyncas amatus Euan.
Tum decus veris Zephyros floriparis ab antris
In gremium Cybeles
Euocas, post quam teneri cura momordit Atys.
Frigida restituto
Iam vacant anno nemora, & canities recessit.
Flumina laxiore
Profluunt cursu, & solitas iam didicere ripas.
O numeris iocosos
Mollibus consperge sales, & Latium decorem.
Tadia dum soluta
Voce declino, & strepitum solicitosq; vultus
Æolioque mecum
Docta vocales animat pollice Dia chordas.

Epicurus.

Lude, bibe, obgræcare, piger. Quid scire futurum?
Quid mens solicito fessa labore ruis?
Ut potes, & potes, & edas. mortalia senti.
Vivere nanque & non vivere, prorsus idem.

Hæc

Hæc vita ſumma eſt. Momentis veteris. At te
Mortuo habent aly omnia, tuq; nihil.

Dedicatio quercus Viueſianæ.

Cui cælum, cui terra parens, terraq; parentis
Parent fœcundo viſcera plena ſinu:
Hæc tibi pro veteri vitæ mortalis honore,
Et quod ſeruato fert ſibi ciue decus:
Qui das, qui ſeruas vitam, bone Iuppiter, idem,
Et vitæ, & mortis munera quercus obit.

De Marano.

Iudæus Supa eſt, ſed ſe negat eſſe Maranum.
Signa tibi dicam: cætera mando Deis.
Cuius pars Moſi data ſit, pars altera Chriſto.
Sed cuius Moſes Chriſtum habitare vetet:
Cor teneat Mahumet: ſimulent tria verbula Chriſtum.
Poſtquam ſigna dedi: cætera mando tibi.

De Secundo.

Culina, myrotheca, proſtibulum, taberna
Sunt res Secundi ſceptra, regna, regia.
Quid mi horrida, inquit, ille cum meditrina
Valenti ab oculis ventre, lumbis, cruribus?
Valeo hercle, nec opus eſt mihi his quicquam.
Quomodo vales, Marane, ſi nihil vales?

Hyporchema omnium poematium operoſiſſimum Baccho, Sileno, Pani, Gratiis, Cupidini, Cybelæ, Veneri, Heræ, Nemeſi.

Bene citus ego pede celere magis ago numeros:
Abeoque Venere duce ſuper alia loca volans.
Me humero Amor ibi gerit: obit inibi nitida Charis.

Age fretigena Dea, Deus age puer, vbi feror?
Prius agilis anima mea, modò pauitat: alias
Cata refugere voluit: adeo stupida metuit.
Sine mihi, quæ habeo vetera: noua nihil ego moror.
Dubia mala nimis auidus oculus opera bibit.
Video quid? an adit ea iuga satyrica fera vis?
Tenuia folia, thyasitega, facifera quatit.
Vetulus humiliter alibi sedet homulus asino.
Statua creperipeda ciet alia tripudia cohors.
Furor, odia mera, calida, tumida, rapida fuga.
Laticis hic opicus onere madidus. At at etiam
Grauia gladia gemina, abi, abi alio age tua flagra.
Colubrigerula Furia capita rotat, vbi vlulat.
Maria Zephyri frema sonus etiam & etiam acuit
Viduum operit abolet oculi tega tenebra polum.
Capra, lepus, equus, ouis, aquila, leo, lupus, aries.
Latibulicola pecora frutice latera sinuant.
Strepit ibi cana specula, viridia nemora fremunt.
Sacra nequeo sat abolita repetere loca pedum:
Facilis vbi memoria statuit initia animi,
Memoria tremula, fluida: beneficia pereunt,
Vacua rota velut. Eá paribus habita radiis
Spatia premit alia, & alia, finibus vbi agitur.
Ruit ita cor alacre, validaque nouaq; rabies.
Quis erit ad ea bonus, & ad ea quis erit habilis?
Ades hedera nemori uaga, pete, rape, quate, trahe.
Resiliat age crepitus, aderit ibi latro minax,
Specua sopor vbi liquidus animi hebetat obiens.
Quid ero? gelida mora negat hilarius ea dare.
Vtinam habeam aliquid, inopia quo abeat alio abhinc.
Labor inerit in oneribus: onera grauia igitur erunt.
Ita honor adigit ea facere, quibus anima sapit.
Fatuus hiat honor, onus vbi placida bona premit,
Celebris habitat apud olidi pecua stolidi as,

Facilior

Facilior vt opera dabitur ab homine nihili.
Trahere iubet animus amdui in apicibus iter,
Vocat aliud opus in agibilibus opere frui.
Eablatero, sibi ita loquitur, vt inhiat opibus.
Date, dabitur. habe, habeo. fero, fer. vt ago, ita tu agas.
Minima religio est opinora capita populi:
Vitrea Venus, & Amor here, Hera bona, Nemesis.
Pelagidome Nomie, Barybromie, semorigena,
Pater Euie, Cybela Phrygia domina, date locum.
Rapior. Animula miserula properiter abiit.

In Bacchum Galliambus.

Tenera patrem quietis genitore Ioue satum
Iubet alta mens Cybeles teretis pede canere:
Sacra iuncta quos ouantes simul abdita decorant.
Age Thyrsiger, Bicornis, Dionyse, Bigenite,
Eleleu, Euoe Bimater, Semelefemorigena,
Animi mei tumentis furiata loca subi.
Laticis Dea potentes, virides hyalcubæ,
Vaga Naias amniculetrix, soror & pelagidoma,
Rigidoque tecta quercus pigra cortice Hamadryas:
Simul Euas Hippa pictis redimita nebridibus,
Refer has preces alumno: parcet ara propitium.
Phrygios relinque campos Dea, Tmolus inuitio
Vbi vagienti opreria timula dederat.
Ioue patre digna proles, Baryclyperibromie,
Reparator alme fessi venerabilis animi,
Quid erit prius canenti, quid erit posterius?
An vt artibus dolosis soror aeria Iouis
Semele necem suasit, rata pignora menoruns,
Rata fulgurantis ignitoma pignora talami?
Fistibunda flamma plenum cinere dedit viterum:
Nihil illa læsit altro sacra membra Ioue sati.
Famulatur ignis ignis, coma fulminea tuæ:

Noua flamma iuncta flamma duplicata tibi furit:
Tibi ſſirat hiſce puris tonitruſona numeris.
An vt inde ſemicretum aſſuerit ſibi femori
Pater arbiter ſereni, pluuiaq; dator aqua:
Quoad integrum Deo ſera dies daret habitum.
Video hinc choros Enanium? video agmina propera?
Sacra tecta fronde plexis ſacra condita caneis?
Viget hinc tenellus infans: puerumq; video mox.
Barymeni, Baſſareu, & huc, Gegeneophone,
Age ſolue viperini ſera cingula catuli:
Et coorecinge flagrum: face verbera tumeant.
Date, dura terra, nubes: date vos nemora locum.
Mora nulla, nec quieti modus vllus. adorere,
Quate, pelle, cade, Penthei memor, & memor Acati,
Sola quo ſecante ponti latro dux Lydius erat.
Modo ſalſa adunciroſtro vada corpore varians.
Supere. Infere, omnia vnus, Lye, Lyſie, Nomie.
Nihil eſt tibi quod obſtat: nihil eſt tibi, quod obeſt:
Coluberve dirus aſtu, Lybicæve inhalæ,
Rigiduſve montis aſpri, nemorumve ferus apex
Fluuiuſve curuicurſor, Thetis aut reciprocipes,
Notus aut periculoſus, boreaſve maritimus,
Zephyruſve dona veris genitabilia ciens.
Tua lege ſenſit acri iuga decolor Oriens:
Tua prima Dithyrambi nota, clamor Io, io:
Tua prima ſunt triumphi noua ſtemmata titulis:
Acies tuis vt armis truculenta, gigas obiit:
Rabies reflexit in ſeipſa bipennifera cadens.
Animus, tot atque tantos domitare ſacrilegos:
Male pœnitere Midæidas artis & operæ:
Temerarios tumultus vbi ſancta celebritas
Simul hauſit; & ſimul tum ſuſi vltra facinora.
Peregrine, Semitalis, Myrionyme, Xenie,
Hyperemeroclophyne, Ploimeterobathyne,

Geminuſq;

Geminusq; & vnus idem: varius, similis item:
Nomius, Thyoneus, Nyctilieus, Oreodromus:
Tua lympha pura fontis: tua munera laticis
Salientis e rotundis sinubus grauis acini.
Tibi prima mella pingues dederunt liquida faui.
Neque soli aratru iactat sibi sulci fœca Ceres:
Neq; Vesta mater auctos sibi mantspera lares:
Neq; iura sancta summo Themis ardua solio.
Neq; sceptru Iuppiter vindicat aurea sine te.
Animantibus repletur tibi terra: tibi mare.
Comes est recens Iuuentas stata, nescia tenebræ,
Bona sempiterna vitæ vegetantia cumulans.
Duce te super sidera premi fertmur spatia poli:
Fruimurq; Cœlitum vi, fruimurq; dape Deum.
Sine te Deus fatigat temere pius Helicon:
Temere impedita languet pigra vena, cita prius.
Mihi Tauriformis Euan, mihi Merotrophe veni.
Modo lenta siste vestigia munere ferulæ:
Modo sustine, profanis feru pectora feriens.
Geminus bis ex eodem, semel ante satus eras.
Pater, obstetrix, & idem fuit ille, pia pareus.
Toties satus, biformis, modo fœmina, modo vir:
Temesa idem, Iacchus idem: dubius, neque dubius.
Igitur si Eleusin aris Cerealibus agitas:
Erycina sive Cypro Cythereu Venus aut:
Pelasmas Osiris undas colocasiopatulas:
Tibi temporum reponunt variante pede vices:
Saturas hiems quietes, aliaq; viridia
Modo serta flore picto, modo fructibus obita.
Comes uda cymbalisq;, crotalisq; sit Hecate
Hera, mutuata puri tua lumina radij,
Vlulata noctilucis per inania triuijs.
Facies triplex in una, triplici vnica facie.
Ades o Nysæe, ades Carpine, Botryppigene;

Fremic, Agriota, Leneie, Mauice, Hymenic,
Opalentitatis altor Genius triticiſera:
Tibi ſpica ventilatis aceroſa reliquijs
Opera tua, atq; vanni officio iuuiaa nitet.
Dator alme Bacche pacis, dator alme remedij:
Iuga ſiqua ſeruitutis mala blanditia parat.
Metuis ipſe tu Deorum, neq; lætitia minor:
Prout explicata cordis cita ſemina ſipas
Tua ſiqua vis ligarit: tua ſoluerit eaaem,
Reliquum, quod eſt in orbe hoc, nihil eſt ad ea labor,
Cryphromyſta, Dice, Lucrita, Sabazie, Chthonie,
Abige incubantis immania tædia ſenij,
Referens retro fugacem ambroſiæ latice diem.
Subitus ſed vnde mi corda furor trepida quatit?
Feror, auferor, fatigor: vacua in ſecuta rapit.
Comitatus iſte, quiſnam: quis ad hoc iter adigit?
Thyas hinc, & hinc Edonis trieteras vlulat:
Vbi tibias Mimallon bifores meribibula.
Vbi rapta mugienti ſua funera vitulo
Tremibomboranous inflat duo cornua capripes.
Rubicunda bucca turget: rubidus tumet oculus.
Nigra flexicrus corymbi comat orbibus hedera.
Manus inquieta thyrſum colubrigerula rotat.
Latitantium ferarum populans domicilia.
Fremit orba ſolitudo, nemora aaua reboant.
Sed vbi leuem relinquo Salium capriſemorem,
Calamicinem Lupercum, ſubidum choreiſequam,
Sibi Pana flantem acutis noua ſibila tubulis.
Sonat ille ſic nouenis ab arundinibus herum.
Thiaſota blande pando reſidens pecore ſenex,
Tityriſca vis vocat te, teretiſmata titubans,
Creperi crepante criſpans caua tympana digito.
Ita torquemuſta ſpument tibi prela, tibi vehes:
Ita vinolenta Manas tremulum regat equitem:

Neque

Neque cantari fideles sitis attenuet opes:
Sed onustior perennis fluat agmine scatebra:
Adhibe me alumni ad almi sacra mystica socium:
Mala cuius Ata frustra cupit esse familiæ,
Stygis Ata facta diræ famula obruta scelere.
Hagne, Liber, Orgiastes, Nooorme, Vitulifrons,
Holodesme, Brasmocrator, Pericionie vigor,
Aperi parata solis mihi crypta loca piis,
Procul artibus profani popularis humilibus.

De Calano.

Omnia quæ scripsit, furatum ait esse Calanus
Fabritium. de se nil dare posse putat.
Aio ego, quæ scripsit nil furatum esse Calanum:
Nec furari aliis, nec valet ipse sibi.

De Arlo Iudice.

Qui furem laqueo similem sibi liberat Arlus,
Is sibi seruauit, quem meruit, laqueum.

De Baryæno [illegible]

Hic domita ossa piis Baryæni sunt sita flammis.
Tetrum non potuit diluere vnda nefas.
Omnia dente canis rosit. solus Deus extra est.
Cur? quoniam nullum nouerat ille Deum.

De eodem.

Fit niger ex pheo Baryænus transfuga funis.
Nequam homo non potuit chordiger esse bonus.
Nunc factus niger haud valuit mutare colorem.
Sic igitur mansit teter, & ater homo.

De eodem.

E lanio inter grunnitusque boumque cruores
Natus, sit bonus hic; si bonus esse potest.
Si duo (vt Ausonius cecinit) iuuisse venena
Possunt: [illegible]

Quem puerum iuuenemque, senemque aluere popina:
Quem Gangrænarum fœtida prostibula:
Qui mundum, atque Deum lacerauit vocibus atris:
Si bonus est; bonus & Cerberus esse potest.

De Doleti poesi.

Quisquis Doletum laudat, vt poetam,
Laudat Doletum, non vt est poeta.
Non est idem poeta, quod Doletus.
Nihil, Doletum præter, est Doletus.
Quisquis Doletum laudat, vt poetam
Nec laudat is poeta, nec Doletum.

De Baræni maledicentia.

Colore tincta noctis
Liuidaque rabie
Legens ferus Barænus
Carmina, inquit: Agedum
An hæc meæ officina?
Me quid ergo male habent?

Idem argumentum.

Ignea cum legeret numeris mea carmina duris,
Et rabie infami tetra Barænus, ait:
Si non sunt mea: cur rabies insignis aperta est?
Sin mea: me rabies, quæ necat ista, mea est?

De Picato, & Ipnio. Parodia.

Pulchre conuenit hispidis molossis
Ipnio rabidoque, Pittioque.
Ambo in ordine ineruditi eodem,
Ambo carnifices periculosi.
Vter perniciosiorne? vterque.
Ille est pestis acerba veritatis,
Hic fomes, pater, autor, educator
Morborum omnium, & ægritudinum omnium.
Pulchre conuenit inuidis molossis.

De

De tutore.

Est cum pupilla deprensus virgine tutor:
Quod fuit, hoc auctio nomine tutor erit.

De Altisiodorensibus.

Vinum Altisiodorensi potare meracum
Uni pene licet. Cui tam procul abdidit vni
Avenis Bacchi venas Nepetunus aquarum.

Diuæ laninæ Plotiascæ tumulus.

Qui fecit, hoc vt marmor ore ficto
Ficta que voce ferret has fletus notas:
Si posset, ipse magnus ore vero
Fletus suos, tum mortui laudes dare:
Posset hæc, vt fecit illud. Atqui
Vel ille, vel quis orbis id satis queat?
Ars tantum abest, vt possit hoc parare,
Vt ora muta marmor ipsa facta sint.

Ausonij.

Armatam vidit Venerem Lacedemone Pallas. &c.

Responsio.

Imbelli imbellis placuisti, & inermis inermi.
Quid mirum, similis si fauet ille sibi?
Sunt onus, haud honor hæc. sumptis es nudior armis.
Nudum esse, & tua sunt arma, valere nihil.

De Amanio stupido.

Qui stuporem integritatem interpretabar Arcadis,
Pene factus Arcas ipse rudo rudia carmina.

De suo tædio.

Barbaris modo qui feris memet angere disco,
Hinc vbi nouæ siderum denolutio soluet,
Subuehar pius ad py sanctæ culmina cæli.
Quem locum patriæ Deus sceptra iure parauit.

Hinc procul rabie fori flammeisq; Megæris
Et me ei dabit hospitem, nec me ei dabit hostem.

De sua abstinentia.

Sic vinum celebro, veluti vim Martiã Homerus,
Talpa diem, Cicero carmina, Caluus aquam.

Doletus iactabat se habere Ciceronis animam.

Antoni comites, tuq; o Catilina Cethegi,
Et Cladi cineres, & malesana cohors:
Exilio ac cædi Ciceronis parcite, petus
Disperit; illam animam quando Doletus habet.

De eiusdem arrogantia.

Non potuit dulcet Ciceronis extitisse vino
Aliud acetum, quam quod exputt Doletus.

De eiusdem væsania.

Qui Ciceronis habet mentemq; animamq; Dolete:
Mentem habet, atq; animam non habet ille suam.

De Caluo.

Infelix calamus, manusq; pura,
Infelix, miserabilis papyrus:
Quæ monstri oblita perditi cruore
Ah culpa sine sic fuistis acta
Fatali misere necessitate,
Monstri interlita perditi cruore
Ah culpa sine funditus periistis.

De quodam.

Cum inuitus nequam discendis legibus horas
Perderet irrisis legibus hostis atrox:
Quod reliquum fuerat, leno, latro, carcere, vinclis,
Supplicio, dabit qualia vera forent.

De

De Baſiis Io. Secundi Hagienſis.

Molliter in blando ſpirant qua murmure: quæ tam
Dulcia nectareo baſia picta ſono:
Sidereæ Veneris puto defluxiſſe labellis.
Tam lepida ex alio non potuere loco.
Cætera melliflua langueant defecta veneno:
Nec decus eximiæ ſuſtinuere notæ
Ergone divina hæc Veneris, plebeia maritis?
Tam diverſa uno ſic coiere choro.

De muliere importuna.

Mulier eſt morbus naturalis eo modo,
Quo etiam ſenectus, qua carere non potes,
Haud morte præverlendo, quos damnas, dies.
Ergo neceſſe, ut vivas tu, mori ſenem:
Ut ſpecies vivat, perpeti domi crucem.

De fonte Io. Brinoniſ, cuius aqua lapideſcit.

Unde novo teretes concreti cortice rores,
Lubricaq; incurſus turbine gutta ſtupet?
An tecum naturæ ſuas communicat aras,
Nec ſeruire ſibi tota elementa iubet?
Militat ergo tibi varians momenta, fugaces
Iura ſciens tellus in ſua cogit aquas.
Tu potius rarisnumeris, concentibus altis
Murmura victa tuis, marmora facta ſilent?

De Lutetia.

uo fermenteſcens ſuperare Lutetia muros
Ipſa ſuos? nullo ſe capit aucta loco.
es in tractu (curtiſſima cætera nox eſt)
Feſſo metitur ſol piger axe diem.
te urges, ibi te invenies: vel ſiſte; vel opta
rbem alium. non quit hic ſatis eſſe tibi.

Hiemalis flos ad Natalem.

Cur tua non metuit glaciales flammula Castros,
Atque gelu inuito surgere iussa viget?
Induit aethereus genitali effusus Olympo
Occultam vitæ semina luce dies?
An potius qui te multa cum laude coronat
Musarum explicuit frondis honore color?
Sola vt in ignauæ florent tua pectora turbæ
Sic hieme in media floreat ista tibi.

Castigatio.

Sæpe videns fucata suæ Thaumantia rugas
Perfida sæpe videns pectora, sæpe manus,
Et faciem informem naturæ lege solutam,
Atque animo dignum pectus inane cauo,
Haud mirum si ingrata fuit: Nam perditus, iniquis,
Hoc merito mendax plectitur ille suo.

De Nostradamo.

Cur Nostradamus se esse ait prophetam?
Quia ducit ortum a Beniamin prophetis.
Quod si a Mahomet, qui fuit propheta,
Bis Nostradamus sic erit propheta.

De textis sericis Vitelliæ.

Linea compositis vbi nexibus æquora pingunt
Frondea diuina tot monumenta manu,
An tibi laurigera meditantur stirpe coronam?
Palladia anglaucis tinget oliua comis?
Tortilis an varios imitatur pampinus orbes?
An trepidum anfractum tortilis ambit helix?
An potius variis simul intertexta figuris
Linea percursus explicuere vias.
Æmula Niliacis alia arte futura papyris
Vt varios pariant candida verba modos.

Serica

Serica sic calamo, cedent sic aurea, fient
Imo tuis potius aurea cuncta notis.

De Margarita Vitellia.

Deliciæ Phœbi Libethrides, o tamen una,
Non nisi quæ sancti nomen amoris habes,
Non Veneri commissa Erato, sed pura, sed illa,
Quale decus decoris Pallas inermis habet,
Imple animo vacuis errantia verba figuris.
Vix totam poteris dicere tota Deam.
Quod si non poteris: sese tum suggeret ipsa.
Lumine plena suo sufficit una frui.
Teque colam rarum, diuina Vitellia, numen,
Quo nullum astrigero purius orbe micat.
Nec tamen his te, Diua, canam: te cuncta minora.
Sed dicam, de te dicere posse nihil.

In Bibinum.

Cum supra captumque tuum, mollemque laborem
Enumero dextra fortia facta mea:
Qua facere haud valeas, eu nec mihi facta putasti:
Nec credis data, quæ te dare posse negas.
Hæc animi veniunt praui de mente maligna.
Vritur anciputi mens stupefacta fide.
Quare istud nec ego ipse tuum non credere credo.
Credo etiam, te non credere posse tibi.

In Strumam.

Par eadem ratio, par causa reciproca rerum:
Vt qui vina bibit, sic quoque vina vomat.
Nunc leges, causasque nouas natura profudit.
Struma bibit vinum, carmina fœda vomit.
Quod si non factum est, vt carmina fœda vorarit,
Mirandum cur non carmina fœda cacat.

Ad Nullum.

Omnes Dij male si mihi negarunt,

Quic

Quæ donant bona pessimis benigne:
Et tu vnus bona tot mihi dedisti:
Vnus instar es omnium Deorum.

Ad amicum, qui sibi misit acetarium media æstate.

Aspice quam rapido furit implacabilis æstu
Phœbus, vt Herculei terga leonis habet:
Atque minas toruis fluuiis effecit inanes
Segnis & exangui conticet vnda vado.
Ipse tamen viridi reparabilis hortus amictu,
Ecce fauet mensis, magne poeta, tuis.
Vt mihi quanta tua splendet facundia lingua,
Tanta meis sulcis vena perennis eat.

De Salacone, qui sibi antrum fecerat.

Auersas Salaco quærens a luce latebras,
Ostendit tenebris qualia vota facit.
Atri, impuri animi est, oblatam prodere lucem:
Præsentem absenti perdere nocte diem.

Idem.

Qui captat latebras auersas sole, pudicus
Purusve, aut tandem vir bonus esse potest?
Qui fugit a cæli tecto, male dignus habetur,
Qui terram tegat, aut quem bene terra tegat.

De Apostata.

Ridiculum abiecit damnata ad claustra cucullum,
Dum non vult mundo mortuus esse Lycon.
× *Sed tenuit mores obscœnaque facta cucullis*
Sic nunc est mundo mortuus, atq; Deo.

Ad Boetianum Senatorem Burdeg.

Salue magne Boetiane, quod te
Iampridem per epistolam pudenter
Vt mi semimarem tuum polito

Pictum

Pictum carmine mitteres, rogaui:
Tum quod pollicitus mi item fuisses
Clarum sponte tua benignus antrum:
Haud factum doleo: oppidoque miror,
Qui sic exciderim tibi, tuorum
Mirator bene candidus laborum.
Dices: non meruisse me. sed isthuc
Si spectes; tua scripta digna cunctis
Orbis auribus, a quibus legantur.

De Bambalione.

Bambalio loquitur, regisque negotia curat:
Verum quod loquitur, prendere nemo potest.
Dicebant prisci (medium secat) iste sed harpax
Extremum & medium, principiumque secat.

Ad Petrum Natalem, qui sibi misit itinerarium librum Bellonij.

Cuius visenda multa miraris, neque
Tam sat, quam multum, docta naturæ manus
Si, quas in varia mundi disiecit loca,
In vnum coniecisset immensas opes:
Atque vt votis obiecit, sic oculis quoque
Subiecta contulisset: tum si quis sibi
Ad cognoscendas defuisset: marcidæ
gnauiæ eum accusaret opportunitas.
l quod etiamnum fit, cum quis quod præ se habet,
lescit: quodq; est magis pudendum: si ipse se
orat, quem præsentem & haurit, & videt.
tur quum dissiparit natura omnia
nge lateque, & multis dissecet modis:
multa dignus commendatione, qui
multo labore perfunctus modum
ra expectationi statuit, ac spei,
rtis commentariis, puro stilo,

Compendiosa

Compendiosa mole, sincera fide,
Velut fecit Bellonius: qui, dum suæ
Vitæ, suisque commodis tua commoda
Meaque anteponit, Genium defraudans suum,
Haud parcens sumptui, haud metuens periculi
Euerrit maria, effodit radices Syras,
Arabiæ monstra pinxit, & rerum nouas
Effigies nobis, veteres quæ fuerant, facit.
Dignus, cui magnam debeamus gratiam.
Vt ille dignus, tanta qui nobis dedit:
Ita dignus es Natalis: cui bona fide
Tantundem debeatur apponi: mihi
Qui percupienti, nec reperienti vspiam
Fecisti, vt nunc potirer. Quare quicquid est
Quod ex præsenti lectione redierit
Tum commoditatis, tum voluptatis, tibi
Acceptum refero: sed ita, vti palam profitear
Tuo beneficio, ac liberalitate me
Adiutum, atque auctum, nec minus memorem tui
In hoc theatro rerum naturæ fore.

Boetiani Iambus filius Androgyni Auratini.

Non mirum Androgyni productum e semine fœtum.
Vtraque commodius semina iuncta vigent.
Sed mirum e neutro (neutrum est hoc, quicquid vtrũq; est)
Tam fortem atque acrem prosiluisse virum.

Ad Pedricum Ocalez Aragonium.

Quidnam Euri pluuiosa feri momenta querentem,
Atque ab inequali putria prata Noto,
Inuitas sterilis me ad scrupea terga ruinæ,
Qua fugit exustos siccus Hiberus agros?
Huc, vbi pro nitido languet rugosus Iacchus,
Lurida liuenti pendet oliua coma.

Sol non æquus opes Cereris populatur inanes:
Spes fugat elusæ spem labefacta manus.
Spes homini quæ sola Deum promittit, & audet
Præsentem canere, his defuit vna locis.
Pro stipula tenuis vix ah tegit vmbra cicadam:
Et metit infamem villica tosta famem.
Tanti odium haud pluuiæ est, vt vitam odisse velimus.
Vitane carnifici est viuere velle cruci?
Deucalioneo soluatur sidere cælum:
Vnaque sit facies æquoris orbis iners:
Non veniam: precium est Caurorum iniuria. Sed tu,
Si potes in saxo viuere, viue tibi.

Inexhaustus amor.

Si ex decore istius, luce ac splendore veneni
Quod placidus toto nectare miscet amor,
Pendet amor meus: & blandum immortale venenum
Non valet in summa crescere mole vigens,
Cur mihi turget, & immensa me mole fatigans
Ignis inexhausto flumine crescit amor?
An quæ fine carent, nec possunt crescere in ipsis,
In nobis crescunt cognitione sui?

Scripsit hæc pro poetis Gallicanis.

Soboles superbi viscerum Pyrenæi
Vasconici Garumna regnator soli,
Toruos minaci fronte proruens fluctus
Huc, qua Britannis Nereus Coris gemit,
Vrge supinæ vtrunque carcerem ripæ,
Laxans furores impotentis æquoris:
Liquentum habenas cærulas quadrigarum
Ad flaua torque Santonum maris vada,
Radensque litus Aremorica plaga
Te te infer euoluius, acer, incitus,

Vbi micantis clarius in sinu cali
Franci remidet sudus ardor ætheris.
Tua vena larga est: largiore sed vena
Ibi videbis fulgurantis, ignea
Cohortis eminentium poetarum
Inusitata more numen ardium
Ferire nubes: vltimos penetrare
Cæli recessus: ducere inde ad nos Deos.
Vbi administra Pegasi ministratrix
Apollinis cohorte stipatur cohors,
Iodellius, & Ronsardus: & quis est ille
Ferens coronas alacer ambobus globus?
O mira sæcli: quæ supra fidem rerum
Fando auiam potentiam æquastis Dei.
Cassus vt excusationis excusset,
Quicunque Phœbi sorte contentus brevi
Sedit veterno pressus vsque ad hoc tempus,
Effœta dicens fata, naturæ vice.
Non est, quod aiunt, circularibus nodis
Sese subire tempus, & redire, quod
Abiuit olim, vt hora flexipes nobis
Rursus reducat, quicquid abstulit boni.
Nunquam fuit, quod extat inter immensum
Rerum volumen, casta quas laurus sua
Opacat vmbra. Nec futura sunt rursum,
Quæ nunc vibrato vertice excedunt polos.
Nec stare possunt. Ast vbi semel fiet,
Vt ignis hic extinctus euadat cinis,
Non amplius videbis alta sublimis
Æternitatis sacra sede perpeti
Fomenta famæ ventilare: nec vatum
Ventura turba vacua complebit loca:
Quæ nunc beatus occupare contendit,
Contendit, occupauit, ac tenet chorus.

Tam

Tam clarus ista luce, quam pius leni
Amoris aura, lata quæ fouet bonos.
Quos inter aucto sidere, acer, elatus
Se dignum eo fauore Paschalis facit.
Ergo implicatus litis improbæ vinclis
Iubente Phœbo, succurrentibus suis
Inaugurator um ordinem Senatorum
Agnouit, vt solebat, & iustum, & pium.
Saluete fontes, verticesque Parnassi:
Potiusque montis vuidi rores sacri,
Quos fudit Æther summus, & quibus fusis
Vatum tumebunt succulenta pectora.
Nempe absque vobis sicca turba, strigosa
Inane murmur, arida infamem sitit
Sonum ciebit rauca: nec dabit vocem
Vox ipsa: nec tacebit id silentium.
O mundi ocelle, o lucis arbiter Titan,
Repagulis iam dissitas prisci tuas
Relinque discoloribus vias Indis.
Hinc tibi oriendum est. venit hinc nobis Dies.

In clepsydram, quam mihi dono dedit illustris Ianus Fregosus Episcop. Aginn.

Quatuor omnigenis distinctum vultibus annum
Pulueris hic totidem vascula sexta notant.
Vt rursus ille suos iterum redituras in orbes,
Hæc repetunt vacui pristina iura loci.
Vt fugitiua secant bis senos tempora menses,
Hic statuit numero fixa columna pari.
Nonne vides albo ac nigro variata colore
Ferre die nollem, nocte referre diem?
Hæc sunt Fregosis antiqua insignia Diuis:
Non potuit Virtus plenius alta loqui:

Equare anfractus longe insuperabilis æui:
Virtute immensi sæcla tenere Dei.

Inuito sibi interruptum colloquium interuentu noctis.

O noctem angustam, cui non æquanda dies est,
Quæ clausit tenera luce serena diem?
Dum sermone sacro cunctantes frangimus horas
Menique inhians magni pendet ab ore viri.
Hesperе cum videas tam rari illustria Phœbi
Quæ nunquam occiduis lumina mersit aquis,
Ausus es astrigeri supremo ab limine mundi
Sole nitente meo tendere noctis iter!

Respondet Hesperus.

Hesperus ille ego qui quondam, nunc Lucifer idem
Prauertor ioris lumina rara tui.

Ad P. Natalem.

Si quando te voluntas, aut fatum tuum
Adegerit ad poeticæ famæ sitim,
Cauere imprimis in animum inducas duo:
Tibi ne placeas, tibi ne displiceas nimis.
Illud risum aliis, tibi parit hoc odium tui.
Qui delet nihil, admittit cuncta pro bonis.
Et qui se arrodit iniquus, infensus sibi
Relinquit ille sæpe, hic substituit mala.
Vterque nescit tollere de tabula manum.

Pasquinus.

Nunquam ego speraui tam pessima sæcla futura,
Vt bonus, & pauper esset inane pecus,
Mille licet veniat Musis comitatus Homerus:
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Mille etiam ueniat cælis comitatus Iesus:
Si nihil attuleris, ibit & ipse foras.

In

In Alanum.

Ex aliis recitas alienos, false, labores.
Dic aliquando aliquid quod sit, Alane, tuum.

Responsio.

Præstat onus præstans alieni ferre decoris:
Quam tenue & nullo pondere ferre suum.
Si Deus est operum facilis, qua condimus, autor:
Qui meliora canet, debuit ille Deo.
Si non est: opus illud erit mihi futile, nec me
Solicitet, si me quis meliora canet.

In Monachum.

Qui monachus fuit, & monachus post desit esse,
Hunc mala testatur vita fuisse malum.
Sed quia deposito patrat mala digna cucullo,
Testatur bis sic esse, fuisse malum.
Sive malum dicit fugisse, fuisse fatetur:
Sive bonum, plus hoc dicitur esse malus.
Qui monachus fuit, & monachus nunc desinit esse,
Est nisi desisset, nec fuit desinere esse malus.

In contemptores literarum.

Postquam nos rabido furiosa calumnia vultu
Obsidet, & magni nescia monstra Dei,
Candidaque antiqua nec libertatis imago,
Nec superest saltem nomine priscus honor:
Heu quondam Aonia mea numina magna sorores,
At nunc infami sordida turba nota,
Accipite has lacrymas vestra libamina morti,
Ire modo in tanto si qua dolore potest.
Mox ego vobiscum hinc abero: solumque iuuabit
Viuere, cum poterit vestra ruina mori.

Huius vitæ præsentes mores

Algere, & esurire, & esse vulgus:
Referre grates ora verberanti:

Silere compilantibus dryphacis:
Aut mutila duplicabitur querenti.
Seruire seruis, præterire nosmet.
Quos nosse vox piaculis iubebat:
Quos nosse ius potissimum docebat:
Hæc tota nostra disciplina vitæ est.

Ad Carbonarium.

Es Ramne cruda spina literarum.
Ignitus acris flamma literarum.
Extinctus ater carbo literarum.
Inepta non ferenda, non tacenda.
Litura susque deque literarum.

Hos ego versiculos feci: cur plectitur alter?
Pro nato seruus sic mala verba timet.
Pro nato serus sic quoq; terga gemunt.
Pro nato seruo verbera sæua sonant.
Pro nato seruum sic fuga dura premit.
Sic pariunt aliis verbera dura metum.
Sic pariunt aliis prodita castra necem.
Sic pariunt aliis crimina falsa fugam.
Sic pariunt aliis pectora vana dolos.
Sic pariunt aliis verba dolosa cruces.

In Cynidracontem.

Missa lupo canis est signata voce Lyciscæ:
Seque cani, atque etiam miscet hyæna lupo.
Tigris item, vulpesque cani, pardusque leænæ.
Perdicem patitur quæ parit ova domi.
Sic aliis alias species mutare figuris,
Priscaque se in facies induere ora nouas.
At neque naturæ, neque carminis ambitus vllus
Ingenij capiant semina mista tui.
Mula, onager, lupus, vrsus, aper, crocodilus, hyæna.
Solus equus non es, nilque leonis habes.

Crastus

Cruſta hominis rabioſa habeat laruata figura:
Nullum animal, nullum; nil niſi Erynnis eris.
Immo nec illa habeat: tu non illius imago es.
Aſt illa eſt potius oris imago tui.

Ad Corymbos.

Pallentis hederæ filij Corymbi
Umbra virentis candidis poetis
Apollinis de vertice, atque Bacchi:
Auratus ad laurum ſuam vocat vos.
Quin tertia adſit: nonenim ſatis ſunt
Duæ corona triplici poetæ.

In Bibinum.

Si quis Bibinum neſcit, hæc pingit eum tabella.
Mendax, malignus, impudens, proditor, ebrioſus,
Deum negans verbo impius, re, ſæpe probans negatum.

In eundem.

Si quis iurarit ſe nequam ſcire Bibinum,
Fruſtra iudicio fallitur ipſe ſuo.
Ipſemet hoc ipſum iurarit forte Bibinus.
Credere non ſalua relligione potes.
Impius, inceſtus, fumoſa Harpyia culina,
Sacrorum, & fidei proditor ipſe ſuæ.
Non gaſt in anguſta tituli tam debilis vmbra
Tam lata ſcelerum conditione frui.

In putidum.

Vides, vt alta fronte naſus ille maſculus
Sui impotens non ſe caput: ringens ſuperbia
Videtur eſſe firmior nouis periculis?
Non eſt: ſed atro ſepio, biennaque mollior,
Effœminatiorque fœminina fœmina
Se fallit, vt nos & queat deinde fallere.

In barbariem huius sæculi.

Si veteres magno vates in honore fuerunt,
Nec nunc sunt: nunc sunt sæcula fœda mea.
Sed si illis nullo nec tunc in honore fuerunt,
Nec nunc sunt: nunc sunt sæcula fœda duo.
Quacunque aspectas, pleno quod numine sentis,
Harmonia numeris nil nisi Musa fuit.
Exul ab harmonia, & sacris concentibus orbis
Rustica prolunies rus nisi ruris olet.

In Strumam.

In gremio ventis agitata natus arena,
Mirum si instabilis est pectore Struma levis?
Æstibus in gremio fervente natus arena,
Mirum si rabido pectore Struma caleat?
Vitibus in gremio constrata natus arena,
Mirum si Bacchi pectore Struma furit?

In Brontium.

Malleolos, cumque his minitatur Brontius ignes,
Et bona sub fisci iura parata dari.
Audeat abstrusum si quis nunc dicere verum,
Ergo etiam metuat verus ab igne Deus.
Non tanti fuit alterius defendere regnum.
Tu potes, & si vis, te tueare Deus.

In Pastillum.

Ebrius & mendax si debuit esse poeta:
Sic bene Pastillus ebrius esse potest.
Quod si mente furens debet bonus esse poeta:
Esse ita Pastillus archipoeta potest.

De Vitellia.

Si clarum clara est lucis Vitellia lumen,
Clarave lux clari luminis ulla viget:
Quid mirum ex oculis, e casto pectore flammas
Mittere, quæ possint urere corda virum?

Vrit,

Urit, at ex illis non sunt incendia flammis:
Lumine sed simul cuncta vigere facit.

In clepsydram, quam mihi dono dedit Margareta Vitellia.

Immensum exiguis referunt qua lapsibus ævum
Tempora, cur concha Cypride clausa latent?
Temporis an Domina est obsessi immensa venusti,
Qua domine facies, qua sacra lingua viget?
Tale meum splendet fulgens Vitellia sidus.
Tale ævum ingenio donat habere meo.

De Vitelliæ aduentu.

Armorum in medio, trepidique horrore tumultus
Cur hilarata sacris vultibus aura nitet?
Cur dira bacchante fameque luque tremenda
Vitales reparat terra salubris opes?
Omnia tuta refert rediens Vitellia secum,
Unica pax vitæ, vitaque sola meæ.

De se.

De tetrica sessus diro certamine pugna
Sedit ad Aonias Mars bibiturus aquas.
Et bibit, & cecinit. placuerunt carmina Musis.
Inde ferox pugnat Scaliger, inde canit.

Xenia ad Maumontium.

Maumonti decus elegantis ævi,
Cuius est soboles futurus annus:
Nihil cum mihi prater hasce nugas
Muneris foret ad manus, quod istis
Saturnalibus expedire possem:
Hac commento aliquo fuere sulso
Mihi incommoda sarcienda tanta.
Hippocrenidos hortus est amanus
Plenus floribus undecunque mirus,
Quot spirat genitalis aura, feruens

Quot æstas patitur, quot obsoleta
Admittunt hiemis grauis furores:
Quotquot tempora mustulenta fundunt.
Quot crispant madida gelu Decembres,
Nec flaccescere tristibus sub Austris,
Nec timent aquilonias pruinas.
Ex his perpetuam tibi coronam
Diuino capiti sacer poeta,
Nectes. Hinc tibi sumpta mira nostra
Me monstrante tibi nec inscienti
Iani limina prima strena pulsat
Nullis cereolisve, crustulisve,
Nec farctis, neque dulciariis, nec
Saturnalitiis minor sigillis.
Hoc tam tempore floribus sinistro
Qui flores pote, quotve vbi, requiris?
Massonijque, Vitelliæque ab ore.

Vetus flamma.

O oculi, per quos letalis iere sagitta
Fulgura, sidereis tela vibrata oculis:
O oculi, per quos abiit cor, vbique reliquit
Fulmina, captiuis tela tyranna locis.
Si vos non miseret (quod nec sit credere dignum)
Iam reliquum veteris mi nihil esse mei:
At vestras vertisse vices, pigeat, naturam,
Quando vnam præter cernitis esse nihil.
Atque suas damnasse vices vos tædeat illam,
Cum rapido e vobis flumina ab igne cadant.

De suo in Cardanum libro.

Quæsiere de amico amici, quid tandem rei
Hominibus doctis liber est vijus ille, quem
Cardano de Subtilitate misimus.
Respondit ille verbo vero, ac simplici:

Vt in aliis hominum iudicia, ita esse in meis
Varia, nec vnquam in quoquam conuenientia.
Id equidem item ego noram ante, quam illa scriberem.
Et tanquam anditurus admouit manus,
Nec prouocatus potius, quam vltro prouocans.
Quatuor hominum ideas, quibus illa haud scripta sunt.
Primum qui in verbo sunt, negant substantiam.
Dein qui dicunt non esse sapientem Deum.
Tum qui seipsos asino non pluris putant.
Quartum otiosum, atque voluptatis mancipium:
Si quis super hos, huic ille scriptus est liber.
Sin nullus est: at esto solus is mihi.

In Bibinum.

Heus bone, heus tibi ni canes Bibine
Longe iniuria maxima apparata est.
Quid mali meruere vincida?
Tamen conditione parricida,
Ni duro corio exuaris isto,
Insutus moriere pelli equinæ,
Ni contra tueare te esse asellum.

Ithyphallicum de Corano.

Ite carmina flammeis incitata nimbis
Impetu truculenta, quo bilis vrget, acri:
Quo probri pater & Deus prouocat Coranus:
Ne timete ferociam pestilentis oris:
Neve vulnera ferreis incitata sannis.
Illico rabies cadet, si quis arma monstret.
Nil fugacius est eo, qui cupit timeri.
Iam vides, vt eat metu pallidus virenti?
Iam iam genua labant. tremit ventilata cervix,
Carnifexque silens tacet siderata lingua.

De se.

Hic est Scaliger ille, quem solebant

Armata fugere, & timere turma.
At qua non; cadere atque abire vita.
Hic est Scaliger ille, quo timentes
Mortis vulnera corruentis atræ
Solent certius obtinere vitam.
Hic est invidiæ utriusque victor,
Qua possit lacerari, & illius, quæ
Seipsam lacerare possit ipsa.
Unus omnibus omnia, omnium unus.

De Panthea.

Panthea luce sua stupido sublegerat arcum,
Telaque, & vranimas altera tela faces.
Ergo volans Amor igniuomis insedit ocellis,
Fixit & argutis regna superciliis.
Olim, ait, vno, nunc gemino iaculabor ab arcu
Omnigena & gemina tela, faceſque face.
Ferre nequit, qua iactat atrox incendia. Quondam
Armis, nunc se, illo captus ab igne, caret.

Iambos sæuit Barænus, iambis petitus est.

Sementem infamis faceres cum stultus Iambi,
Atque dares lato semina praua solo:
Uberior trucis euenit tibi messis Iambi,
Nutat & in stipula pendula spica leui.
Et licet ille tuus fuerit carioſus Iambus,
Nunc glomus in nitido turgidus orbe micat.
Sic pestes domat horrendas Fortuna, cruenta
Cum seges occisi sanguine creuit heri.

Postquam iuuentus deses, mancipium otij,
Ut est pigritum laboris, atque operæ simul,
Omisit facere, laude digna quæ forent:
Item contempsit laudatores, nominis
Boni secura, ne videretur sibi
Deesse ad id, quod expetendum ducerent.

Quod

Quod si illos moneat quis, quæ in rem futura sunt,
Quæ quum eis facere possint ad sapientiam:
Vocare ea curiosa instituunt, suæ
Vt sunt authores, sic testes inertiæ.
Quibus nihil valere sit summum bonum.
Ergo aliud agentes sese prætereunt, neque
Ii propter vitam viuunt: cui soli tamen
Studere volunt videri enixe, atque vnice.
Sic magna pars peiores fimus in dies,
Quo ad vltionem fœtor excutiat Dei.

Risi meipse: interrogatus, quot mihi
Essent annis respondi: vicies quater
Ne habeam, impediri ad octo, tantum, aut circiter.
Post contemplatus, quod vulgo dici solet,
Semissem absumptum in somnos, & pene esse nil:
Dimidio tum vixisse me sensi minus.
Porro dum nuga me sequuntur, & sequor
Illas vicissim: quantum depensum est? abi hinc
Ad morbos mortis apparatus, omnibus
Morbis peiores lites conditas mero
Veneno, infames furtis & falsis dolis
Metus bellorum, & quolibet large metu
Horribiliora incommoda accepta, & data.
Quid mihi sit reliqui factum, ostende: & viceris,
Præsertim cum ij, quos dicam habere, perierint.
Nam retroaspiciens vnum ne inuenio quidem
Qui mihi imminentem mansurum esse spondeat.
Mansurum? ah nec venturum, quin non esse nunc
Cum non est, & cum fuerit, non magis fore.

Si id adeo fatis est placitum, tanquam bonum
Me aliis super alia me afflictari malis,
Vt iam misereri autorem ipsum possit mei,
Ara vna restat virtus & patientia.

Non

Non illa vecors, esse quæ negat malum.
Non illa demens, esse quæ clamat bonum,
Sibi personata atque hunc faciens fucum sibi,
Sed qua esse malum, & se quouis peiorem putat.

Nouo modo natura abortiuum genus
Hominum, conceptum sordidum primordiis
Infamibusque auspiciis in lucem editum
Ex asse malorum fecit hæredem sibi,
Fidei committens ea Fortunæ perfidæ.
Tum ne quid his obmurmuraret sic, quasi
Inofficiosum testamentum illud foret,
Umbella sapientiola asperfit sextulam.
Quod tantum abest, vt condiat cætera mala,
Vt hæc ministra sit ministrorum caput,
Quo te præsidium sentias premi malis.
Nam cæterum nouerca quod finxit pectus,
Fecit sui plenum, extra conquirens nihil,
Saturum, pronum, supinum iuxta se frui:
Quanquam aliis moriens, sibi viuens homo
Aliis viuus misere, misere moritur sibi.

Si deputentur hominum studia, quæ sibi
Conueniunt, quæ non: sine quæ vero carent.
In animum sibi facile quisque inducat suum,
Quid eligendum, quid relinquendum siet.
Multæ opera tres sunt: motus principia tria.
Necessitas natura est rebus omnibus:
Vtilitas aly est alia pro captu suo.
In tertio voluptas est loco sita,
Prima vt regina rerum est, ita regnat sibi.
Illex secunda, animorum prædo tertia est.
Hi vitæ currus, cui nisi sapientia
Auriga sit: tam falso fine & perdita
Pro iis se multa subiiciunt animæ ac sensibus,

Vt

Vt frustra quæras, quod tenere te putes.

Sunt opera ac laudis quidam fines aliena,
Gracculus Æsopi vt non sit tam garrulus, isti
Aiunt me dictum non tam esse, ac velle videri.
His ego dissimilem fateor me. nanque mali vt sunt
Esse volunt credi, faciunt quod credere possis,
Vani, inconstantes, ingrati, perfidi, amari.

In Ponticum.

Omnes te irrident, nunquam tu Pontice rides.
Scire velim, nunquid sic Agelastus eris.

In vxorium.

Cum verberante vapules, sileas vxore loquente:
Illa die, noctu te sitiente bibat:
Seruiliterque supplici faciat conuicia dira,
Illa tu mulier: illa tibi vir erit.

Tartara, pugnantes flammas, celique recessus
Credimus, immensi regna tremenda Dei.
Sed temerata fides vario iactatur ab æstu.
At fecit dantes: plus valet illa manus.

Burdegala hoc si flet, quondam quod libera vixit,
Nunc scutica infami verbere, serua tremit.
Hectica non sentit peius: pro iudice podex
Si est asini: medicus si scarabæus erit.

De Tholerio.

Si de peste pio retrahit te pectore furca,
Furca inter magnos est referenda Deos.
Sin te diras lues redimit de culmine furca,
Iam pro te merito pendeat ipsa lues.

De ingrato Struma.

Multa dedi, quoties petiit, quæcunque poposcit.
Sponte, libens etiam plura daturus eram.

Aruit

Aruit ingluuies, & inanior arsit habendo.
Strumaque iam porro vult sibi cuncta dari.
Cuncta uti dem Struma? quid si mea viscera poscat?
Hoc mihi tam ratio nulla iubere potest.
Cuncta nisi dederis, inquit periere priora.
Multa tamen mihi, quam cuncta perire volo.
Nam cui de multis, de magnis gratia nulla est,
Huic quoque de cunctis nulla futura fuit.

In eundem.

Quando puer fuerat, iuuenilia carmina fecit
Struma ferox: laudem non sine laude tulit.
Quando fuit iuuenis, puerilia carmina fecit:
Replicuit versas sors odiosa vices.
Quando senex fuerit, faciet quæ carmina? certum est
Carmina, quæ semper nulla fuere, fore.

In eundem.

Ingratus ille, quem videtis, est canis,
Non furis hostis: ater ipse fur est.
Canes canem vorate: qui meam, meum
Panem vorauit, & latrat farinam.

Pasquinus.

Per varios casus, per mille volumina rerum,
Et bruti interdum barbara Chersa soli,
Venimus, vt magnam possemus visere Romam.
Vidimus, at Romæ turpe cadauer erat.
Quid mouet ergo illam, si mortua dæmones intus
Iam possunt animæ sic simulare vices?
Mentiris: nam animarum Orci, larvæque voraces
Munera sic animæ fingere nulla queunt.

Extremo in senio, duraque in limine vitæ,
Quam mala turba grauem, quam dolor esse facit,

Turba

Turba malis heu longe Lybicis immanior aris,
Tetrior immitis fulminis igne dolor:
Quis putet Aoniis ludentes collibus auras
Ingenium ad numeros posse leuare meum?
Possunt: nec fors exilis cumulauit amaris
Mentis honorata, iudiciique fugam.
Diuinum ostendit quoties Vitellia pectus,
Ex liquido numeros fonte riganit amor.
Hinc canimus: nec opus Musis tam sancta canenti
Pectora, se Aonias sufficit vna Deas.

De ingrato Struma.

Rogas, quis is sit in meis libris canis
Quem vocani Nocticoruum, quem voco Ægothelen?
Is Struma quidam est, gracculusque Æsopicus,
Turgidus pauonis aura, gemmeisque pennis,
Superum, inferumque saturi odij meta vltima,
Qui meum panem vorauit, & latrat farinam.

In Nostradamum.

Credula quid speras? quid spectas pendula verbis
Gallia, Iudea quæ blatit arte furor?
Tot regum veterum spoliis, tot onusta recentum,
Hoc tua clara feres ludere sceptra scelus?
Nonne vides linguam impuri nebulonis inanem?
Hunccne tuam pateris ludificare fidem?
Vtrum futilius, pectusne nocentis Agyrtæ,
An tu, quæ toties falsa fouere potes?
Quod si es tam facilis, nolis vt velle dolere:
Saltem non etiam posse dolere, dole.

De orbitate studiorum ad Lutetiam. Est vaticinium Hispanicæ, post mortem Henrici III.

Si posem lacrymis conceptum æquare dolorem,
Conceptoque tuas æquare dolore ruinas,

Flebilibus-

Flebilibusque pias lacrymis aquare Camœnas:
Et flerem & canerem tantum, tantumque dolerem,
Quanta tua immerita est facies miseranda ruina.
O mater studiorum, almi veneranda decori
Regina, hac quondam, heu seruo nunc obsita luctu.
Sed neque mi satis ad lacrymas est flebilis vnda,
Nec sat suppeditare valent se corda dolori:
Nec super ad lacrymas tantas operosa Camœna.
Olim & magniloquis florentem Diua caterua,
Et raram augusta gestantem fronte coronam,
Vt memini, vt video auulso nunc corde iacentem,
Orbamque & viduam, & celesti lumine cassam
Informis trepidare infamia lumina mortis
Vt vidi, vt memini, vt me grauis excutit horror.
Illa etiam quondam, quæ se ostentare solebant
Præmia lauricome non sat laudata corone,
Præmia veridicis spirata afflatibus aura,
Omnia sunt terrori. intentant omnia mortem:
Obruta dum tetris mortales carceris vmbris
Luctificis se subtraxit spes fracta periclis.
Magne pater, qui consiliis, qui fulgure mentis
Promisti inuicto nos robore firmaturum,
Vsque subigniti metuenda piacula mundi,
Aspice nos, te sancte pater tua signa secutos.
Eripe letiferis, sumus heu tua membra, ruinis.
Nec patere antiquum diuini luminis hostem
Longius insultare, tuisque illudere regnis.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI THAVMANTIA AD DIVAM CONSTANTIAM RANGONIAM.

Decus immensi rarum Constantia mundi:
Quale potest fieri fœmina, quale Dea:
Aspice letali confectam vulnere mentem:
Numine sic potuit viuere iussa tuo.
In te abiit, totusque meus tibi militat ardor:
Dum tua ficta aperit nomina verus amor.

Ad Thaumantiam.

Rarum opus, atque antehac nulli res cognita Fato:
Quæque tui similis unica, parque tibi es.
Cœlestis facies, sub qua natura pependit:
Atque opere obstupuit Dædala vicla suo:
Mollia si dereos demitte ad carmina vultus.
Sit satis hos misero sæpe negasse mihi.
Illa quidem mœsto lugent mea vulnera cantu
Flebiliter, tanta vix satis apta Dea.
Te tamen eruditam patriæ, Thaumantia, cælo
Hæc eadem mundi docta per ora ferunt.
Exemplum ergo mei diuina mente sequuta,
Ipsa tui in speculo hoc ne capiare, caue.

Mutatis omnibus me non mutari.

Quæcunque æthereo circumplectuntur amictu,
Sunt sueta alternas omnia ferre vices,

Aſpice quod tenero variantur vere corolla:
Horrida quot gelidis bruma rigeſcit aquis.
Iudica Santonicis mutantur flamina Cauris.
Et ponente fero flant Aquilone Noti.
Nec minus ipſa etiam Gangetide pingitur aura,
Fuſcula quæ tacito procubat umbra polo.
At mihi letiferis poſt ſaucia corda ſagittis
Conſtanti domimus pectore turget Amor.
Quid mirum, ſi non mutas crudelia corda;
Mutentur quare dulcia corda mihi?

Te defuncta, me non ſuperfuturum.

Deſertas vbi deſpicies, Thaumantia, terras,
Candida ſidereo ſtella recepta ſinu:
Si miſero, quæ ſila ſecat Dea, parcet amanti:
Me vivum ſine te, quo velit illa, mori:
Contra ego ſuſpiciam auguſtum Thaumantia cælum:
Quo ſine te moriens viuere morte queam.

Si animus nunquam quieſcet, perij.

Si placidus ſomnus ſeſſos afflarit ocellos:
Feſſos, qui nequeant fulmina tanta pati:
Pectora damnata deponent tedia vitæ:
Linquet & ingratus languida corda labor.
Aſt animus vigili crebreſcet ſaucius igni:
Regnabit que nouo numine flamma vetus.
Excindor. Quæ conditio duriſſima rerum hæc:
Si datur in media nulla quiete quies?

Interitus ex tua hilaritate mihi vita eſt.

Cum placida es, liquidoque nitens Thaumantia vultu:
Tetrica pacato ſanit in ore Venus.
Turbida fulmineos vbi pectore colligis ignes:
Lenis ab ignigeno fulgurat ore lepos.

Quid

Quid faciam? primis qua meta ſit vltima votis?
Quaue anceps animum temperet hora meum?
Cui precer, O? mihi perpetuas in turbine mortes.
Nam te hilari vera eſt vita, perire mihi.

Thaumantiæ cantus.

Cantillans Dea cæleſtes dum prouocat auras:
Et roſeo ignotos explicat ore modos:
Dulcia flexanimæ miratus carmina linguæ,
Inconſulta animus ebibit aure necem.
Tum ſeipſum fallens paulatim elabitur: & iam
Iam moritur: nec ſcit, quid fuit inde mori.

Ab eadem diuerſus euentus.

Candida concreto terram nix obruit imbri:
Atque ſtupent pigro flumina ſtricta gelu:
Lumina demiſit celſa Thaumantia turri:
Liquitur hæc: ſolutis illa citantur aquis.
Aſt mihi, quem rapidis torrent hæc lumina flammis,
Torpent degeneri pectora ſerua metu.
Infelix, ſi diuerſo natura tumultu
Me quatiat: quodq; eſt, non ego id eſſe queo.

Tu ſola cura mea es.

Cum meditor dominiſque ardeſcunt pectora curis:
Factaque ſurripitur mens aliena ſibi:
Aſpiciens me illo dulcis Thaumantia riſu,
Quo terram, pelagus, ſidera, cuncta trahit:
Furor, ago, rapioque tuas, ait, improbe, curas:
Tunc ego: teue igitur tu tibi, diua, rapis?

Donatus annulus me vinctum habet: Thaumantia libera manet.

Felix, quod veteri ſpreta matrice metallum
Agnoſcis domina regna beata mea.
Infelix, quod cæleſti mox luce relicta
Noſtra tuis ſanis membra minora capis.

O potius felix, cum pristina iura prioris
Sortis habes. nam sum, quod mea diua fuit.
Quid si quod domina est, ego sum? non conquerar ergo,
Si tu me vincis, illa soluta manet?

Oculi Thaumantiæ.

Nocturnum mea suspiciens Thaumantia cælum
Auxit flammigeri maxima signa poli.
Quodque rubens in virgineis ardescit aristis:
Ignea quodque trucis corda leonis habet.
Si crescunt vestris cælestia sidera: quare
Luminibus pereunt lumina nostra tuis?

Dominæ sæuitia.

Ne mea sis, post quam per te concordibus astris
Quæ mea sunt, miseris disperiere viis.
Ne tua sis, post quam per te discordibus iris,
Quæ tua sunt, misere disperisse facis.
O tua sis potius. tua quæ lux imperat astris,
Iratos referet in meliora Deos.
Ne mea, ne tua sis: ego sim tuus. atque vt ames me,
Exultem: si odis, sit perisse bonum est.

Muneri mittit suspiria sua.

Hæc tibi carnifici suspiria condita flamma
Largus Acidalio de grege mittit Amor.
Excipiens placido facilis Thaumantia nutu.
Hæc serui gelido munera conde sinu.
Horresci? nec turba placet male perdita? senti,
Qualia crudelis pectora nostra facis.

Somnia.

Dormio: tunc veræ consentur commoda vitæ:
Cum facilem ostentant somnia sacra Deam.
Euigilo: tunc rident mihi somnia, quando
In nihilum celeres vana abiere pedes.

Somnio quin vigilans, atq; omnia dulcia fingo:
Irritaq; inuitis misceo monstra modis.
Plus error placuit: plus illo viuimus: ille
Vel domina inuita me facit esse suum.

In lusu latrunculorum.

Qua turmis præmissa cohors pro turribus altis
Explet inexpleti iussa cruenta ducis:
Efferaq; horrificis in cadibus ardet Amazon:
Arciger & sparsas carpit auarus opes:
Quis putet imbelles audere Cupidinis artes?
Ah decuit teneras abstinuisse manus.
Ille vbi fulminea sedem sibi legit in arce:
Ex illa domino fulgurat arce Dea.
Me miserum: qui disperij sine milite victus:
Quid mihi tot contra tela parata putem?

Male affici ab irata, peius a facili.

Cum procul auerso dura est Thaumantia vultu:
Liquitur infesta fusa medulla face.
Lactea captiuo si vinxit brachia collo:
Pectora Lethæo diriguere gelu.
Ilicet exitio est, tantum exoptare bonorum:
Et peius tanto tangere posse Deos.

Ratio cum appetentia.

Multa mihi in mentem veniunt per munia vitæ.
Protinus vt valeat cedere iussus Amor.
At mihi quæ in mentem veniunt, de mente recedunt.
Quid quod, si ipse velit, nolo ego, cedat Amor?
O monstrum inuisi, atq; horrendi immane furoris:
Si neq; velle queam: si neq; posse velim.

Ad Hirundinem.

Iam redit, & reducis repetens vestigia veris,
Qua lacerum genitrix Daulia luget Itym.

Querquera barbarico meditatur carmina planctu:
Atriaque artifici pendula sigit ope.
Impia si veteris desles malefacta furoris:
Ah fugias domina pectora cruda mea.
Nanq; immane odium potuit te armare tyranni.
At seruum, ac fidum hæc perdere lata potest?
Dulcia seu gelidæ quæris diuortia bruma:
Heu fuge: nam gelida hic nil nisi sæuit hiems.

Omnia fiam, vt prope illam sim.

Dum vehitur segmentato Thaumantia curru:
Ah fierem trepidis orbita facta rotis.
Seu leuis Astureo glomerauit mollius orbes:
Cur non sim Phrygia stragula picta manu?
Deficio. ah fierem cælestia verba loquentis:
Verba, quibus pellax cuncta venenat Amor.
Omnia sim potius: sed non esse ipsa potis sim.
Saxea nam Cæsar pectora ferre nequit.

De niue importuna.

Cum fueram nostros visurus crastinus ignes:
Demisit cano Iuppiter orbe niues.
Abstineo? an cæli irati committo periclis,
Quæ constat flammis ignea vita mihi?
Ibo: geluq; meis tabescet ab ignibus, aut me
Extinguet. Victor, aut ego liber ero.

Ad Caurum.

Core ferox: nam te gelidis metuende procellis
Exercet madida Cantabris ora fuga:
Excute nimbiferos pluuioso flamine currus:
Præcipitesque minax fer violentus aquas:
Lenta quibus linquat placitos Thaumantia colles,
Huc referens nitida fronte serena diem.
O leges placidas, o miri commoda cæli:
Si mihi, tot stringens nubila, sudus eris.

Redeun-

Redeuntem ture soli comparat.

Vnde serenatum Vulturni in turbine calum?
Tam cito nimbosi cur stupuere Noti?
Cur sibi dissimilis, melior se splenduit annus?
Insolita rerum quæ rediere vices?
Te ne ergo ex agris ad nos, Dea, destinat imber:
Diuinumque refers lucida rure pedem?
Sol minor hinc pluuias, ac nubes distulit olim:
Maiorem pluuia hæc nunc fugat vna meum.

Miser annus, si vt mihi, ita eius ver hiems fiat.

Quid tibi cum syluis, & primi floribus anni?
Ver media ex oculis turget in vrbe tuis.
Ver aliis, mihi tristis hiems: miser ah miser annus:
Si cogare pari conditione frui.

Ad Thaumantiam.

Si spectes, qui tam celso potiatur honore:
Nulla eris alterius: tota futura tua es.
Sancta Venus fac, ipsa sui capiatur amore:
Sentiat & quanti sit, necis esse ream.

Comparat manus suas cum dominæ manibus.

Hæc manus, & manus hæc: rigida hæc, hæc mollior vnbra,
Qua leuis æstiuos temperat aura Notos.
Hæc manus, haud manus hæc. placida hæc, crudelior illa,
Lenisera, omni sæuior vna cruce.
Haud manus, at mors hæc, non tam manus: impia quando
Serua e captiuo pectore corda tulit.
Si specto, interij: si tango, aut tangor ab illa:
Nec mors, nec pœna tam mea nomen habet.

Thaumantia exoptauit in se morbum, quo laborabam, transferri.

Cum miser indomito languerem tabidus igni:
Decolor afflatas diluit aura genas.
Pristinus e vegeto fugit nitor aureus ore:
Seuit horrendis mortis imago minis.
Ergo precum quam nulla cohors, non obsita fletu
Lumina, non rerum composuere vices,
Flectens si deereos in me Thaumantis ocellos,
Se optauit potius talia monstra pati.
Ne eueniat tantum scelus, ah rex Iuppiter, ah Dy.
Quae simile huic soleis vis reparabit opus?
Tum melius, me vnum (parua est iactura) perire,
Quam simul in te, me teq; perire, deos.

Apparatus precum.

Pollicitus mi ego rara precum pigmenta daturum,
(Cruda quibus voto se daret illa meo:
Disposui fidens numeros, suadaq; medullam,
Fultaq; supplicibus mollia verba modis,
At post quam accessi domini ad fastigia vultus:
Excidit ancipiti deruta lingua metu.
Tum pallor tamen, & trepidis haerentia signis
Ediderant animi supplicis ora notas.
Has capies pro captiuis, Thaumantia, verbis,
Quae se ad diuinos prosterniuere pedes.
Aut si verba iubes: cum tu subduxeris illa,
Et teneas; melius ipsa referre potes.

Ad violas hiemales.

O bis felices violae; quas serior annus
Extulit; & dominae quas tetigere manus.
Ah miserae: effugisse hiemem satis esse putatis:
Quas nouus immenso Sirius igne premit?

Affectus

Affectus aduersum tempora nubila.

Cum pluit, obducto mœret Thaumantia vultu.
Regnaq; nimbiferi ditat opaca Iouis.
Ecce pluo lacrymis: totum hunc jam versus in imbrem:
Et mortem spectas, seua, serena meam?

Nullius temporis mutatione mutor.

Crastina cum referet solitos Aurora labores:
Ipsa dies mihi erit nil nisi tota labor.
Vesper adest: solvetque gravi inga dura labore:
At quaesera gravem finiat hora diem?
Nil ego sum: mihi si prolixa mollior hora
Nec noctem nox, nec lux ferat ulla diem.

Dominæ saltatio.

Dum mea diua ciet numerosos mascula saltus:
Et quatit audaci picta vsarota pede:
Edidit argutos liquido quot corpore motus:
Tot duce sensi animum corde micare modis.
Si certis igitur seruum moderaris habenis:
Cur voluit; cum tu vis populisse, sequi.

Thaumantiæ corollæ.

Quæ mihi composuit verno de flore corollam,
Perpetui veris ipsa corolla fuit.
Viderat in propriis carpentem latus Adonis:
Nec vetuit, Venerem dum putat esse suam.

Thaumantia sole fulgidior.

Hibernis longe mea lux infensa tenebris;
Queis premitur sero tempore fusca dies;
Tristis erat. mihi quærenti, quid mœsta inberet?
Exulis huc, inquit, lumina solis age.
Ah istos igitur tegito, Thaumantia, vultus;
Quos timet, aut lucis credidit esse satis.

Iratæ ex calumnia supplicat.

Si merui, peream: miserum perisse iuuabit.
Quin, si tu venium des, dare nolo mihi.
Mortem oro: tædet cæli conuexa tueri.
Hoc pretium? hæc fidei pignora certa meæ?
Et repsisse potest diuina in pectora dira
Suspicio? at nequit in mea dira lues.
Si ratas aquare tuas, Thaumantia, magnum est,
Virtutes: illas exuperare, quid est?

Eodem argumento.

Ah ne aurem pete: sic diris madet illa venenis.
Diuino satis est oscula ferre pedi.
Sine pote est lacrymis, sine est pote sanguine, falsam
Eluere inuisam suspicione fidem.
In lacrymam aut sacro vertatur flumine sanguis:
Aut totus venis exeat ille meis.
Si fieri mea vita nequit tibi testis amoris:
Quod reliquum est: fidei victima sancta cadam.

Ad oculos suos.

Si nequit amentem mihi vita auferre dolorem:
Auferre? ah nimis est: fallere, si sat erat.
Quod superest: Dij Deæq, omnes: ast finiat amens
Et vitam, & vitæ tristia facta dolor.
O oculi, iam non oculi: sed ianua duris
Fletibus effecti ianua lata meis:
Iam mihi non oculi, iam non mihi lumina, verum
Optata toties vis tenebrosa necis:
Si per vos morior: vobis cur vita superstes?
An cum meta perit, semita tuta fuit?

Subuculæ cum maculis, striis, anfractibus.

Diuinos tenui ductos sub tegmine textus:
Quæ vos composuit pingere docta manus?

Quod

Quod ſolidum eſt, tegit incomperti arcana receſſus:
Detegit e plagulis ſe manifeſta fides.
Diuinos vere miro ſub tegmine textus:
Si, quæ vos facit, eſt talis & ipſa manus.

Ad Lycen ſeruam.

Dentibus ex eboris fuluum collegerat aurum;
Quod rara ad laqueos necteret arte Lyce.
O quid agis: ſi captiuum me ſplendor adegit
Solus: quid facient retia facta mihi?

Quæ mihi dixerit Thaumantia.

Quod volo, cur nequeo? crudeli abſiſtere flamma:
Non faciam, tanta hæc vt mihi damna parem.
Quod queo, cur nolo? crudelem creſcere flammam.
Non faciam, tibi vt hæc tædia tanta parem.
Illud onus, quod ſponte fero, hoc inuita recuſo:
Sed quo plus leuor, hoc fit mihi maius onus.

Ex lucidis labiis atra verba.

Si flamma eſt oculus, iaculentur lumina flammam:
Si nix eſt manus hæc, nix ego tactus agam.
Æmula ſi roſeis ſplendeſcunt labra pyropis:
Cur mihi de verbis nox ruit atra tuis?

Morbi & amoris incommoda.

Inter mille neces, & durus facta tyrannus
Triſtitia, mi ſurda quæ parat aure dolor:
Idalios ne etiam regnare Cupidinis arcus?
Cui nardus mulcet brachia, myrrha caput.
Auſus es, hunc clamorem inter, hunc q; inter odorem,
Mollibus aſſueto nequitioſe choris,
Huc hilareis tenera matris prætendere flammas:
Mortuaq; extincti perdere corda viri?
Acutum: creſcat, potuit ſi creſcere mors hæc.
Aut ſi non: ſaltem ſit ſatis vna mihi.

Omnia

Omnia fio & nihil sum.

Si fugio, quis me sequitur? si cedo, quis urget?
Si sileo, quis cædit? si patior, quis agit?
Quin morior: neq; sic scio, qui me interficit. ergo
Omnia sit ne aliquis, fiat vt ille nihil?

Si gelu incendit, flamma reparabit.

Quod mihi vernantes Thaumantia læta corollas,
Tot fera lasciuus fulgura misit Amor.
Fulgida luteolis ignescit (altula flammis,
Quæq; ab luce rubens Flammea nomen habet.
Pallidula viola, quis vos Deus ignibus vsit?
Quisve dedit gelidis ignea fata rosis?
Huc ad me. vos si illa suis flammauit ocellis
Frigida, sus, flammis posse redire meis.

Qui eius esse possim.

Tota es pulchra tibi, tota effera, tota cruenta,
Tota mei pestis vltima, tota cinis.
Tota tua es truculenta tuis pro moribus istis:
Ergo ego diuersis, qui tuus esse queam?

Ab ea & totus, & semper.

Nulla mihi potius felix illuxerit hora,
Quam non sis felix o mea Diua mihi.
Immo aliud: mihi quæ felix illuxerit hora:
Si non sis felix o mea Diua mihi?
Sis felix mihi: sic felix illuxerit hora
Quin fueris omnis temporis hora mihi.

Ad Fortunam.

Quæ rerum series violentis nexibus arces,
Hocq; adeo imperij nomine dicta Dea es:
A duro si non pigeat me forte dolore
Felici insontem, sancta, leuare manu:
Nulla tibi extali pinguis cadet hostia cultro:
Num mors, num nidor vos facit esse Deos?

Sed

Sed faciet claram super omnia numina Cæsar,
Atque Deam: qui te credidit esse nihil.

Mors vitam dat amanti.

Audebo? an dubiam terrebunt vulnera mentem?
Atq; mihi, me vt amem molliter, hostis ero?
Consilia omnia conclamata, & victa periistis:
Vobiscum & perij, non pereundo, simul.
Quod desiderium petyt, spes ægra negauit:
Et quos vita dolet, mors parat atra dies?

Silentium a magnitudine.

Magnum, & mirandum, ac rarum te opus esse Deorum,
Nos monet incessus, frons, latus, ora, manus.
Lingua mea est mortale sonans, mortalia corda:
Illa pati decus hoc, illa referre nequit.

Tessera inter me & Thaumantiam, Stella.

Stella tui desiderium si ferre queam: si
Vlla mihi sine te nox bona, Stella, venit:
Ne mihi nox, mihi ne stella nox luceat vlla:
Nox stella sine sit, sit sine luce dies.
Quid loquor infelix? cum me mea, Stella, relinquis:
Fit stella sine nox, fit sine luce dies.

Cælo quoque imperat.

Ingratam facili cælo mutauimus oram.
Cur ig tur non sunt pectora versa tibi?
Quam temere optaui mitem auscultare precanti:
Quæ non & cæli legibus vna subest?

Aequata bona malis.

Quæcunque æthertis etiam æquiparanda triumphis:
Siqua ibi, siqua alibi sunt potiora bona:
Quæcunq; infernis etiam anteferenda ruinis:
Siue ibi, siue alibi sunt graniora mali:
Cuncta tuli: mihi sola dedit Thaumantia. cuncta
Hæc dare quis potuit? Quis? nisi sola Dea.

Vale

Velo cum careret, opposuit manum.

Vēlum aberat: quare vt tegeret Thaumantia vultus:
Opposuit nitida candida vela manus.
Quas non ergo neces? quæ non sum monstra precatus?
O auido pieret aridus igne cinis.
Frustra illa opposuit: frustra sum monstra precatus.
Perpetuo vigeat lumine lenis obex.
Et nitor immensus, manus & translucida: quare
Nec potuit tegere hæc, nec valet ille tegi.

Horæ tædia ex absentia.

Te mihi curta diem totum quæ sustulit hora;
Hora fuit toto longior illa die.
Curta die toto fuit vt mihi longior hora:
Sic hora breuior mi mea vita fuit.
Longa abit hora, dies manet: hic fit longior illa:
Nam mihi vita redit te redeunte mihi.

Commodis pereo: quid fiet mœrore?

Audebam: fractis gelidus pauor obstitit ausis:
Dicebam: oppressit dicta parata metus.
At pia quo miseros consolaretur amores,
Porrexit facilem commoda diua manum.
Et tetigit, & flamma fui. Quid fiet ab ira;
Si de clementi stant mala tanta Dea?

Ad oculos suos.

Si vestrum est, varia visum componere luce:
Sum cæcus vestra cur ego factus ope?
An decuit modico miserum me lumine tangi,
Nec magnus propius velle videre Deus?

In constantiam meam ab eius fastu.

Si nolo; quisnam faciet me velle negantem?
Si volo; quisnam me cogere, nolle, volet?
Si nolens volo, nolo volens; tu Iuppiter audi.
Non satis alterius criminis esse reum?

Ah ah quæ misero me in se transformat amore:
Illa sui similem sic facit esse leuem.

Lusus fictus.

Dum roseo peterem promissa suauia ab ore,
Obtulit inuita fronte superba genam.
Obtulit: & pepulit: demissoq; inuida vultu
Indidit in gremium sidera nostra suum,
Si dare velle tuum est, Thaumantia blanda negaxe:
Cur non das igitur, cum mihi, Diua, negas?

Libatus calix.

Nectareum sapidis laticis libarat honorem,
Illis, quæ vincunt pura labella rosas.
Tum misero dedit inde mihi. Dij, Iuppiter, omnes,
Pectora qui liquida sicca leuatis ope:
Quid faciam? verti potuit si nectar in ignes;
Crescereq; e gelido dira liquore sitis?
Huc date præcipites currus Phaetontis anheli:
Quantaque sulfureis cum furit Ætna iugis:
Damnataq; polo flammas Phlegethontis auaris:
Eque Iouis manibus fulmina: cuncta bibam.

Abeа fio & omnia & nihil.

Si mihi lauricomis es decus immortale furoris:
Quisq; ex te numeros ambit, habetq; suos:
Quare vbi nostra oculis ardescunt lumina vestris,
Muta precem primo limine lingua silet?
Soluitur in tenues liquefactus spiritus auras:
Atq; abs te factus omnia, fio nihil?

Lingua, quæ silendo noluit vincere, laudando vincat.

Non sum animi dubius, quam me crudelibus asseris
Extulerit lauus per mea fata dies.
Sed quæ temporibus, quæ magnis imperat horis,
Debuit insanas corrigere illa vices:

Dissimulat:

Dissimulat: sæuasq; timens Rhamnusia flammas,
Pergit adoratas velle fouere faces.
Quid reliqui faciant fata inter perdita Diui?
Quæ mihi subsidio numina vana vocem?
Si cessere Dei, quid erit mortalibus ausis?
Aut quid sperem opibus sistere posse meis?
Lingua faue: leuius grauis hæc fortuna feretur.
Quæq; semel poteras vincere, vince diu.

Armillæ mihi e meis curis connexis contextæ a Thaumantia.

Quas mihi carnifices gaudens serit improba curas:
O me felicem, si nisi cura fuit;
Verum perpetuas quas fabricat impia mortes,
Sese acuens fatis in mea fata suis,
Artifici ignotos his addens ordine nodos,
Iniecit manibus fortia vincla meis.
Quid sperem mortalis, opem cui ferre recusat
Et Venus, & Veneris bellua tetra puer?
Vel parete Dei; mihi vel monstrate precanti,
Hanc qua possitis arte domare feram.

Lusus non fictus.

Me inclusit cum lacteola Thaumantia Phyrne:
Et nitidæ expresso lumine frontis, ait:
Ludite felices Amathusia turba columbi:
Atq; vna attonitos misceat aura duos.
Brachia non ederæ, non vincant oscula conchæ:
Cumq; tua inuideas, dulcis Adoni, Dea.
Ah nescis mea diua? an si scis, improba ludis?
Non sum hic intus ego, es si mea vita foris.

Omnia ei studere.

Nonne hæc lingua truces iussit crudescere turmas?
Quæ tenero vultus lumine muta stupet.

Nonne

Nonne hanc extimuit Veneri fera dextera dextram,
Quæ modicis digiti pulsibus icta tremit?
Nonne hæc fulmineos riserunt corda tumultus,
Quæ tenui verbi turbine victa cadunt?
Hæc tua cum fuerant, fuerant tibi: nunc miser absunt,
Segq; student dominæ velle parare suæ.

Vespertinus color igneus cum aura frigida.

Et serus color est, & seri temporis aura.
Ista tibi, misero conuenit ille mihi.
Hinc ignem, inde gelu aspicias: simul omnia. verum hoc
Differt; quod me abs te tam procul esse iubes.

Versus, quibus mihi respondit Thaumantia.

Mente pia, ac sanctis precibus venerare pudorem,
Sic stabit mihi, sic seruiet ille tibi.
Ipse suum spirat constanti pectore cælum.
Ni meus extiterit, nec tuus esse potest.

Oculorum nimia vis.

Flammigeros huc verte oculos, Thaumantia, flammis
Flentia quo sicces lumina nostra tuis,
Parce diu tamen, o radios intendere. nanque
Non iam non oculi, sed cinis ater erunt.

Etiam amorum esse dominam.

Reginam orabam Venerem, Veneriq; pharetras:
Ut mihi Thaumantem sub sua iura darent.
Annuit: at facilem lusit spes irrita nutum:
Atq; Amor oblitus velle redire, fugit.
Anne igitur liber domitis regnabo tyrannis?
Quid si hæc illam, illum, te, tua, cuncta domat?

Lusus fictus.

Surripui trepidus cauto duo basia furto:
Et totidem audaci vis mihi aperta tulit.

Et duo ſponte dedit, furtim & duo ſuſtulit audax:
Et duo vi rapuit: & duo ſponte dedi.
At miſero irata eſt: at cælum territat armis:
Gratia cui tamen eſt æqua relata pari.
Pœnitet? & tumidis oneras pia fata querelis?
En tua reddo tibi, tu mea redde mihi.

Me vnum mei erroris cauſſam.

Ignea quæ picto fulgetis ſidera calo:
Et nox ſidereis ignibus vda comes:
Sæpe meos vobis narraui perditus igneis:
Sæpe tibi fletus ſemina dura mei.
Debebant ſimiles ardentia lumina flammas:
Debuit hæc lacrymas vda fouere meas.
Cur aliena moror; me deſero? Sidera nolent
Captiuum: memet cur miſer eſſe volo?

Magnitudine Thaumantiæ me eſſe inopem.

Si quæſita mihi in media lux nocte fuiſſet:
Lux foret in media nocte reperta mihi.
Nunc lucis quæro in medio mihi ſole decorem:
Et vis eſt animo noctis oborta meo.
Infelix: ſi alios ſtudio defectus inani
Ludit: meq; inopem copia ſola facit.

Thaumantiæ venatio.

Ecce nemus vigili venator voce laceſſit:
Atq; ferox domina pondere ſudat equus.
Hinc tibi turba fugax, hinc magni fulminis ales:
Ah miſera, quo vos quo fuga vertet aues?
En ego, cui placidi pars commendata laboris
Maxima, cui parent retia, penna, canes:
Quis credat? ſibi quis fuerit crudelior? a me
Aufugio: & pereo ſplendida præda Dea.

De

De eius velo.

Siue quatit liquidas rapidis assatibus auras,
Atq; niger gelidis prurit annus aquas:
Siue aperit nitidum terris sol aureus orbem,
Et roseum rutilo subuehit axe diem:
Sidereos misero mihi cur tegis, improba, vultus
Improba? qui poteras regna negare Iouis?
Æole magnanimis tolle hæc vela impia Cæsris:
Vre, pater, flammis serica texta tuis.
Siue nequis; habeas animi suspiria nostri:
Aut vras rapido pectoris igne mei.

Monile corallinum.

Lucida sanguineis bacata catena coralliis
Scintillat, serui tincta cruore tui.
Regnabis, sic vincta meo es quæ sanguine? qui te
Sanguine sic eodem vincio, seruus ero?

De curis meis.

Si pia furata es nostras, Thaumantia, curas:
Nam quid iam fuerim nescio, quidve siem:
An mihi, diua, tuas cessisti prodiga curas:
Vt mihi quid fueris, quid cupis esse, scuam?
Ah satius nescire. mala hæc sunt præmia. nostra
Hoc vita decus est, viuere velle tibi.

Dubito an eam lenem viderim.

Fulmine Saturni natum quæ fecit inanem:
Illius vt flammas dispulit igne suo:
Cuius luminibus summittunt sidera lucem:
Cui tremefactus Amor totus inermis erat:
Demisit placidum trepida hæc ad carmina vultum.
Nescio si verum est: vix ego credo mihi.
Aut vidi, aut vidisse puto. nam lumine tanto
Nec queo, nec spero posse videre Deos.

Idem vtrique fatum.

O grauis, o grauia amentis malesana furoris,
Quæ sunt ausa aures verba ferire meas.
Cum tu, inquit, (nam fata volent) me amiseris: illa,
Quæ sim, quæ fuerim, deteget hora tibi.
Quo fugies? qua terra pedes ignota fugaces
Excipiet, quæ eadem non sit aperta mihi?
Errasti. Si te amittam, me amisero. Qualem
Vtrique, aut neutri deferet hora diem.

Pelago similem, sed crudeliorem.

Est sauum mare, & indomitis superæstuat iris:
Datque hominum misera corpora multa neci.
Adsit & idem placido perfert commercia vultu:
Atque vaga patitur tergora dura trabis.
At tibi cur deierat tantum Cytherea decoris:
Vt soires etiam spernere posse Deos?
Spernere quin nihil est: amissos perdere? sanus
Hoc solum pelagi restat, iniqua, tibi.

Quare nequeat cessare.

Decreram numeros, & sacri nominis auram
Emeritam in gremio ponere, diua, tuo.
Iam nunc terra parens, iam molles aquoris vndæ,
Quæque crepant pennis auia prepetibus,
Cognatique tibi lucentes atheris ignes
Thaumantis faciem, pectora, verba sonant.
At semper tibi succedens nouus instituit ardor:
Formam infimtam sic sine fine cano.

Ad eandem.

Viue diu felix numeris, Thaumantia, nostris:
Contra, vitam oculis tu mihi redde tuis.
Si tibi ego, mihi tu vitam pensabimus: ah cur
Cum viuo tibi, non viuis & ipsa mihi?

Lusus fictus.

Audebo? an patiar tremefacta mente repulsam?
Absistam? an repetam corde micante fugam?
Attrectabo: vel infami si fulmine caelum:
Vel si tartareis ignibus astra ruant.
Victimus. At qualis tamen haec victoria? victus
Stabam antehac: victor nunc sine Marte cado.

Vndecunque domina.

Cum tua terrifico stipata proteruia vultu
Disicit insidiis pectora nostra suis,
Muta prius, tum vocales soluuntur in auras,
Et fiunt iris ora diserta tuis.
Cum placida es, facilique nites, Thaumantia, nutu:
Haec eadem ignescunt lusibus ora nouis.
Mutarium domina es: si dura, sive benigna,
Sive pavor celebrat, sive amor acta tua.

De lauru aurea.

Tortilis inflexo simulata haec laurus in auro
Stetit at magnae numina magna Deae.
Veram ignis poterat crepitanti perdere flamma:
Purior huic veniet semper ab igne decor.
Sic mea, quae potuit consumi tempore fama,
Maior ab illius lumine semper erit.

Non euenta, sed ipsam saeuire.

Si refero, quae me perimunt, quo torqueor igni:
Pauca, ait, haec pateris, si numerare potes.
Si taceo, & tacito moriens incendor ab ore:
Inquit, parvus amor pauca referre docet.
Cur? quoties pereo? neque sunt haec causa doloris.
Sed mala quae non sunt, tu facis esse mala.

Carere & oculis, & mente, quam per hæc perire.

Quid patiar misere damnata incendia mentis?
Si nequeo tantum lumina ferre tua?
Illa tamen miseranda (nefas) misere expetit vri:
Inque oculos oculi semper abire mei.
Ite hinc turba ferox, fugitiua, ac nescia pacis.
Si sine te fuero, tunc ego totus ero.

Irata perire, secundiore interfici.

Quæram, quod non inueniam, sed quærere vellem,
Et reperire pia dulcia verba Deæ.
Inueniam, quod non quaram, nec quærere vellem,
Ah miser iratæ tristia verba Deæ.
Non quæram, non inueniam, non quærere vellem,
Non reperire volens illa, vel illa mihi.
Tristia me interimunt: occidunt dulcia. cur non
Vel mora præsidio, vel fuga tuta venit?

Grauius est mihi non augere amorem, quam ferre.

Quod quco, cur nolo? crudelis absistere flamma.
Non faciam, tanta hæc vt mihi dona parem.
Quod volo, cur nequeo? crudelem crescere flammam.
Non faciam, tibi vt hæc tædia tanta parem.
Illud onus, quod sponte fero, hoc quod sponte recuso.
Sed quo plus leuor, hoc fit mihi maius onus.

Eius violentiam fulmine præstantiorem.

Si nequit hinc dominam crudelem turbidus imber
Excutere: & frustra vota precesque tuli:
Aspice me, quicunque ferox tua fulmina torques:
Et valeant flammis flammea regna tuis.
An potis in gelido non est tua pectore flamma?
An me tuum præ illo fulmine fulmen aqua est?

Quare

Quare in mœrore læta canam.

Durat amor, creuitq; simul creuere querelæ.
Cur desunt igitur tristia verba mihi?
Dulces sæuitia, molli discordia lapsu,
De domina insinuant nil nisi dulce loqui.

Ad animum suum, vti se vlciscatur.

Vade, anime, vltricis moderator forsitan horæ:
Quæ domine obiiciet pectora cruda tibi.
Illa subi fortemque suis lentam ignibus ure:
Et discet: faciat qualia corda mihi.

Sibiipsi aduersari.

Si vinco, me libertas interficit audax.
Quæ fugio, heu miserum, nolo carere malis.
Victus, materies fœdi sum dira triumphi:
Seruitiumque fera mortis imago premit.
Hoc pretium insani miserum, atque immane furoris:
Vt malacum fugiat, nolit habere bona.

Palinodia post iram, pro sexu fœminco.

Quæ vecors animus, dementi tortus ab ira
Expressit stolido pectore verba furor,
Aspirans domina nitidis victoria pennis,
Et iussus placido corrigit ore pudor.
Tu ne es principium generis? tu ne altera rerum
Semina, quam æquali sors tulit æqua viro?
Per te etiam felici orbi lux vera refulsit:
Humanoque recens extitit ore Deus.
Ancipitique stupens animo Natura pependit:
Candidaque ignota lex nouacreuit ope.
Lex legis fractura modos, duroque rigores,
Amissi referens ardua regna poli.
Te sine non potis est fœti consistere mundi
Machina, sed leti turbine capta ruat.

In te disposuit lenis concordia mentis,
Qui tribuit cadis semina cruda viris.
Ille ex se elicuit cælestia munera: forma
Miris composuit membra beata modis.
Quid moror? immensum posset cum posse: invasit,
Postquam te fecit, condere velle nihil.

Thaumantia Venere pulchrior.

Si mihi nequitias faciat Venus aurea, quantas
Si quantas Veneri trans mare sudat Amor:
Sordescant stupido cælestia lumina, nec mi
Thaumantis placitas deleat alma faces.
Hoc est cur, raperet mihi me vt Cytherea negantem:
Non se, sed dominam prætulit illa meam.

Ad Cupidinem.

Perfide, quicunque es gemini moderator Amoris,
Ignea quique facit vulnera, quique fugat:
Prima mihi induxti lenta fastidia vitæ:
Tunc, cum dedidici vivere velle meus.
Non venium peto, non requiem, non candida pacis
Munera, non duro colla soluta iugo.
Huic ostende tui quam magna potentia regni est:
Si, ve mei nolis, at miserere tui.

Mors vtrinque.

Disperiisti amens, nisi te misere, inquit, amarem:
Cur periisti igitur, cum misere, inquit, amo?
Quid dicam, aut, taceam? mors est, te, diua, carere:
Mors est, te, cum tu sis mea vita, frui.

Silentium pro omni ratione.

Irrequieta grauis raperent cum flumina lingua,
Quæq; homines faciunt, quæq; dedere Dei,
Deficiunt medio cur subsistentia cursu?
Et secat audaces spes odiosa vias?

Ex

Ex infinito cumulo quis desore credat
Pauca? mari e magno cedere gutta nequit?
Sic melius, ne turpe mihi sit pauca loquenti:
Dicere sed potius cuncta, silere meum est.

Inter contrariam perniciem.

Quid faciam? dico, an sileo? si dico, peribo.
Sunt etenim ardentes omnia verba faces.
Si taceo, intersus clauso miser igne cremabor.
Quæ mors hæc, quæ sit bina parata mihi?

Thaumantia, & responsio.

Si nostri diuinus amor te, vt concinis, vrit:
Et diuina decet sine carere bona:
Quid petis? ah nunquam ius sit tibi corporis huius:
Nam tibi præterea quid dare posse putem?
Si tu sum factus, sic in te abs teipsa recurris:
Sic hoc damnum est: tu tibi, diua, dabis.

Omnia spernens, omnia est.

Inuictos Hyale nixu mirata lacertos:
Illa, ait; o felix quam tetigisse volent.
Delia sublimem me in equo stupefacta sedentem,
Nescio concepit qualia vota sibi.
Candida Niconoe numeris permulsa decoris,
Exoptauit ab his nomina ferre sua.
At te quæ nam facta virum mouere superbum:
Omnia præ te vna quæ facis esse nihil?
Defecere hominumque artes, artesque Deorum.
Ergo cum te orbis est minor, orbis eris.

Quo plus fugit, plus fugat.

Auia lasciui sunt hæc vmbracula Fauni,
His habitat densis hirta Napea rubis.
Syluarum decus his crispatur Hamadryas auris.
Accinit huic querulæ cæsia Naïs aquæ.

Ergo etiam vitreum vocat ad commercia cælum:
Dum videt Zephyri captus amore locus.
Ipse volens veneror vernantia numina Nymphas:
Syluestresque animi certus adoro Deos.
Tu modo, diua, tibi has nuper quas struximus aras,
Atque incensa auge numine thura tuo.
Despicis? ah me ah cur absentem interficis absens?
Atque fugas magè me, quo magè dura fugis?

Nulla domari flamma.

Aspice, Sol, rutila retegis qui luce colores:
Et venehis reduci flammeus orbe diem.
Aspice, qui rapidas iacularis Sirius auras:
Squallentesque auidis ignibus vris agros.
Non pudet? en vestras ego solus adurere flammas
Audeo: nec satis est illa, vel illa mihi.
Plus pudeat: Thaumus cunctos quod riserit ignes:
Atque meum gelido pectore cruda necat.

Splendor, & Stemmata.

Si sola es, quam lux rerum mirabilis ambit:
Nec patitur similes gloria tanta Deas:
Si rerum ad lucem cunctus tibi substitit orbis:
Atque stupent opere tota elementa suo:
Qui sperem, ah temere, tantis absistere flammis?
Quidve amens animi sub mea fata tumor?
O cælum. tibi cur licuit non esse minorem?
Aut cur maiorem non licet esse mihi?

Ad Garumnam.

Torua Pyrenei soboles operosa furoris:
Siqua soluta citas nix tumefecit aquas:
Sic tua perpetuo componas flumina cursu:
Sic magni superes vota superba Padi:
Parce, o, terrifico præceps crudescere fluctu:
Quamque vehis dominam sentiat vnda Deam.

Audisti,

Audisti, pater; & lento pius æquore lambis,
Qua manet æthereos ripa beata pedes.
Quid dicam? nitidosne times stupefactus ocellos?
An quatit ignoto lingua diserta metu?
An nosti patrio cœlestia numina cælo
Debita, nunc iuri subdita nulla tuo?

Amanti misero vitæ pretium, perire obliuione.

Postquam diuina afflauit me spiritus aura,
Quæ Basentinos ludit operta lugis:
Quæ male me cepit cunctarum obliuio rerum,
Ah cur non etiam me capit illa mei?
Nunc memini me fulmineis succumbere flammis:
Atque negem precium hoc esse, perire, mihi?

Amoris mei, odij tui præmia.

Ne mitis, ne sæua preces Thaumantia nostras
Despice: vel vestros despice, diua, Deos.
Consueuere Dei deponere molliter iras;
Si demissa vident supplicis ora rei.
Quod si pro culpa nimium damnabis amorem:
Exodio qua sit debita noxa tibi?

Comparat se perdicibus, & lepusculis.

Perdita fulmineæ conspecto turbine pennæ
Callida se tenui puluere texit auis.
Vtque canum lepus insidias exterritus hausit:
Ancipites acuit tum fuga anhela pedes.
Infelix: cur sponte sequor mea fata? volensque
Me fugio: & facio vt sim tua præda mei?

Hostem Cupidinis, quam amicum.

Audi tu Venus, & Veneris tu filius audi:
Seu domina es, domina seu puer es, dominus:
Si facitis plus sæpe mali, si semper amicis:
Et nati, & matris tutius hostis ero.

Annuli

Annuli Thaumantiæ.

Ardescit socio rutilans adamante pyropus:
Sic animo articulus conuenit iste tuo.
Aeres fulminei faculis iaculantur ocelli:
Frigida stant duro corda retusa gelu.

Quia in me illa, ego contra me.

Quòd minus est in te, plus in me cernitur esse:
Quod plus in te, in me cernitur esse minus.
Si minus hoc fuerat, fuerat fat: verius hoc sit:
Quod totum in me, in te cernitur esse nihil.
Quis potuit famos sufferre fidelius ignes?
Quæ potuit ferro durior esse suo?
Quanquam in me tota es, tanta est discordia: vtinam
Fadi dissidy sis quoque causa mihi.

Non raptum a Thaumantia, sed vltro sese obtulisse.

Si quicquam ex animo fieri pote, quod placeat: quin
Vel plus quam placeat, auferat atque animum:
Auferat inuitum placide, ducatque volentem:
Atque sinu Veneris collocet in medio:
Hoc abs te factum est, o maxima diua Deorum:
Me inuitum vt nostris sensibus eriperes.
Non videor tamen esse mihi, cui iniuria facta est:
Cum te visa olim desierim esse meus.
Quin a me ad te aby sapiens, meque ipse reliqui:
Ne tuus hic in me, sed meus in te habitem.

Thaumantiæ pietate interire.

Mortem ferre videns oculis Thaumantia duris:
Hoc credo, nostras tum miserata neces;
Auertit: parsitque auidis exurere flammis.
Lætifero ergo subit mors sociata gelu.
Quæ fugiam mala, si pietas mitissima diri
Afferat interitus fata cruenta mihi?

Oportuit

Oporteat ritualem odisse, an amare.

Illusum, ac spe defectum me cruda reliquit:
Atque alius potitur (& fero?) luce mea?
Dic regina Venus! liceat ne odisse fruentem:
An quem Thaumas amat, me quoque amare iubes?

Iras comparat.

Iratum sibi me fleuit Thaumantia. qualem
Ergo putes animum, Iuppiter, esse meum?
Fundat inexhaustos tua dextera fulminis ignes:
Inque caput cælum corruat omne tuum:
Hoc minus est, omnique minus formidine culpa:
Et culpa, & pœna. quid minus? imo nihil.
Nam si irata (nefas) mihi sit Thaumantia: mors hæc
Sit leuior, mihi quæ sic aliunde venit.
Sin potius furere hunc (Dij Dy meliora) furorem:
Quæ nam mors, quæ a me sic venit atra mihi?

Proditum se a Thaumantia.

Aurea spes, verum læto spes aurea quondam,
Tartareis misero nunc numeranda malis:
Respice me, quoscunque petis fugitiua recessus:
Si piget ad me iterum falsa referre pedem.
Respice: & insano oppressum miserere furore
Amentem, sine vi, corde sine, atque anima.
Extulerat me ingrata tuo Thaumantia dolo:
Vt casu infelix nunc grauiore ruam.
Accipite infamem immortalia sæcula famam:
Vixque ipsis posthac credite cuncta Deis.
Quis potius cecidisse prius, quam stare videret?
Perdereque ah superi, quæ bona non habui?
Perdideram meipsum, vt fruerer cælestibus auris.
Nunc amisi illas, me nec habere queo.

Thaumantia

Thaumantiæ vis fato potior.

Si qua vis vis si qua viget sub numine magno:
Numine, quod Fati numina cuncta regit:
Exprimere (haud lacrymam, haud posco pia pectora) tantum
Verbum unum: aut (o si) murmura panca peto.
Dij magni, magni Indigetes, genus omne Deorum:
Iam nunc credam aliquod vos genus esse Deum.
Sed si cuncta domat solo Thaumantia nutu:
Quis vos, non illam, dixerit esse Deum?

Ad eandem.

Si possum sine te, Thaumantia, viuere: possum,
(O vtinam) sine te sic quoque, diua, mori.
At sine te possum nulla si morte domari:
Quomodo nam sine te viuere, vita mihi est?
Et crudelis abis? nec sunt mea damna doloris?
At saltem sit, non posse dolere, dolor.

Resipiscit.

Has etiam laceras vdis singultibus auras
Composito fingi carmine iussit Amor.
Nec pudet inualidis fessos anfractibus annos,
Me miserum, duræ sub iuga ferre Deæ.
Pectora qui potuit vecordibus vrere flammis,
Quæ ferus insana Mars furiabat ope:
Credidit ipse parum sibi, ni potiore triumpho
Fortia constantis vreret ossa viri.
Si veniæ locus: humanumque pium que furoris
Vesani pretium sit, meminisse mei.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ARÆ FRACASTOREÆ.

Ad Famam.

Diua fræuatrix animi ruentis,
Auius aui redimita pennis:
Quæ bonos cæli patry beatis
Ignibus aquas:
Sæculorum almum decus imminentum,
Temporum victrix, domitrix locorum,
Morte deletum reparans, tibi ipsi
Famu superstes,
Cui nouos tentas aperire cantus,
Cui nouos audes numeros? quibusnam
Nixibus? si non nouus excitetur
Alter Apollo?
Nam satis non sit vetus ille Phœbus:
Vel satis si sit: comitem volentem
Hinc agens Fracastoreum dolenti
Abstulit orbi.
Diue supremi cana templa cæli,
Diue denexæ sola dura terræ,
Cuncta natura ratione certa
Pignora librans,
Si nouem castos animos sororum
Tecum habes: prisca viduatus aura
Spiritus quinam tenues sequetur
Voce Camœnas?

Ergo

Ergo tu nobis eris: ergo nostrum
Pectus implebis, tibi te canendo
Vnicum, prima, vltima post Maronem
Meta canentum.

Ad Charitas.

Quis mihi versiculos
Sponte natos, arte nulla
Pexos, suaues, non laboratos dabit?
Qualia Pannoniis
Lata campis pullulascunt
Auri flagella creta sarmento suo.
Qualis Acidalio
Rore tincta, rore cæli,
Mucrone rupto, turgida emicat rosa.
Vos lepidæ Charites,
Transmarina tu Venustas
A[illegible]ata Phœbo concitate numina:
Ferte pedem faciles:
Ferte gemmeas corollas:
Afferte cantum flebili mollem sono.
Ecce Fracastoreus,
Vester imperator ille,
Ille ille vester imperator vnicus.
Lætitiam patriæ,
Vltimum diem suorum
Clausit, futuris sæculis poeticen.

Ad cælestem mentem, quæ regit nos.

Fœcunda cæli rore vena fœcundi,
Cui cedit almi suauis vnda Parnasi.
Nanque illa terræ bruta de sinu surgens,
Mendace vatum mente fabulosorum
Ditat furores, neniasque scribentum:
Tu sancta proles ætherisque, cælique,

Ducens

Ducens supremas e Dei sinu flammas,
Parem parenti te induis, vehens tecum
Cunctarum onusta seminarium rerum,
Qua concitantur mentibus beatorum.
Nunquam fathiscis. Viuidum iubar longe
Contentius fit, quo magis laboraſti:
Te te explica ergo, Virgo sancta, sublimis:
Vt vatis alti pura funus exornes:
Vt vatis alti manibus parentemus.
Nanque ille talis, tantus & fuit vates.
Vt voce dici non nisi Dei possit.

Ad Parcam.

Quae reduces per orbes
Diua deuoluis trepide tenuia fila vitae,
Conscia Parca fati,
Horridi fati, precibus non habilis, ministra,
Te caput in nocentum
Posse bacchari scieram, morte iubente, nostrum.
Ast genus in Deorum
Posse, quis tecum pepigit? quo tibi iure factum est?
Ecce iacet supremum
Nunc decus terrae, & patrij pignora certa cali.
Sidera quis reuoluet?
Quisve naturam propriis principiis recludet?
Heu lacrymosa rerum
Secula: heu vanae caries, cura metusque vitae.
Ne liceat deinceps
Amplius nasci: quoniam viuere posse, mors est.

Ad Auroram.

Mututa mater, vnidis quae rorulenta guttis
Ocellus auro fulgidus nascentis es diei:
Olim videbas alterum terris micare Solem:
Nunc duplicem miraberis polo nitere Phoebum.

Illustre numen Castoris postquam occupauit illum:
Qui nunc tenebras posteris, lucem suis reliquit.

Ad populos arbores.

Electrifera Phaetontiades
Olim mollia membra puella.
(Nam vos pius esse coegit amor
Cortice auro.)
Quando ad tumuli lacrymosi notas
Magnique parentalia vatis
Liquidos vetat effundere fletus
Inuida radix,
Rigide teneros quæ cohibet pedes:
Audite pias, o pia numina,
Tristi rudibus numeris obsitas
Voce querelas.
Vestrasque rogo mittite lacrymas,
Quas auricomis tumidas radiis
Circum viridantia serta rogi
Sarca reponat.
An Sarca sacris scatebris incitus,
An notus & immanibus inferis,
Et carus superis Benacus
Numine raro
Solis vobis incognitus est?
Ille est Latij magni Aganippe,
Nerei pater, & soboles idem.
Vbere vena
Is vestra libens brachia ditans
Atque ad lacrymas, atque ad debitos
Tumulo fletus, larga alimenta
Suggeret vndis.
Tunc Herculeis picta laboribus,
Tremulo pede nutantia folia

Helices

Helices æmula, vatum nitida
Tempora cingent.

Threnus.

Si desiderium, & lacryma solamen esse possunt:
Solamen possum tuis dare, tum accipere.
Si desiderium, & lacrymas solamen auget vltro:
Cum desiderio augere queo lacrymas.
Ast hæc si damnum frustra reparare cuncta certant:
Ah quid lancinat hoc, illud, & hoc animum?

Ad Fracastoriam animam.

Verona flet: Natura luget: ordines
Omnes Deorum, qui citos orbes rotant
Immane quantum lacrymantur, & gemunt:
Mœstam sororum neniam chorus cantat.
Pro voce Phœbus mœsta fert silentia.
Suspirat omnis orbis, vt mota vltima
Vitæ occupanit Castoris magni dies.
Et abstinere me iubet luctu pudor?
Quod nostra parui Musa momenti nequit
Æquare tanti tam feras damni vices.
Cuius serenis o receptæ sedibus
Anima, quietis alma compos aureæ,
Quid si corolla lucidis textæ rosis,
Violaque mite veris halantes decus.
Puris canistris serta complexu rudi
Mines corymbi tortiles placant tuos.
Mea despicata hinc exigentur carmina?

Allocutio.

Virginum decus sororum:
Natura quantum facereque, & pati potest.
Quale nec fuisse quondam
Latura nec post esse credo sæcula.
Illud parum tuis trophæis

(Quis hoc, quis amens posse speret, aut putet?).
Sed tamen non improbandum
Amitte magnum numen hunc lyra sonum,
Pignus inflammati amoris,
Quo sauciata stare mens nescit loco.
Seq; stringit, urget, aufert:
Percussa thyrso qualis aut ium nemus
Euias furens fatigat.
Simul furit, simul stupet, simul fugit.
Senticeta nulla cursum,
Prærupta nulla, nulla tardant flumina.
Blanda donec vis soporis
Fessos resoluit, & simul vinxit pedes.

Epicedium.

Qui Fracastorei Phœbum diuina canentem
Audieras; quid enim quæris in hoc tumulo?
Terram terra premit, tellus tellure granatur,
Perq; suas repetunt sese elementa vices.
Ille olim sancto capiebat pectore cœlum.
Nunc capitur cœlis: inde petendus erit.

Ad Benacum.

Corniger pelagifreme,
Mincy genitor sacri,
Qui liquentibus agmina
Explicas vagus lymphis.
Tu feris, pater, Alpibus
Deuolutus ab intimis,
Mitiore frequens vado
Dorsa barbara mutas.
Mille tum scatebris tuis
Virent virides comis
Nardes tua flumina
Lanuienta recentant.

Tu

Tu sacras Heliconij
Collis aequiparas aquas.
Quin eas magis anteis
Fronte plenior aureo.
Par quis est, erit, aut fuit
Gutturis liquidi sono?
Est tamen soboles tua
Pura vena Catulli.
Num mihi penitus sedet
Mente religio pia
Numen unicum, & vltimum
Nominare Maronem.
Cede turgida Gracia.
Non habes quibus excites
Mortuam tibi gloriam.
Comparatio vana est.
Ergo nunc pater optime,
Cum Fracastoreus suum
Nectar in liquidas aquas
Celitus tulit haustum,
Quae prius cupidis viris
Immineba adorea
Sustulit dubiam bonas
Cum bono alite palmam.
Heu vbi, heu vbi nunc es? heu
Quo sequar Genium meum?
Non datur? lacryma hic lacus,
Hacque flumina sunto.

Ad auiculas, aquas, ventos.

Dicite siluicola cohors,
Quae remigijs vaga prapetibus
Peragratis varia loca.
Dicite io hyali latices
Turba fluentisoni gregis.

Ergo etiam vitreum vocat ad commercia cælum:
Dum ridet Zephyri captus amore locus.
Ipse volens veneror vernantia numina Nymphas:
Syluestresque animi certus adoro Deos.
Tu modo, dum, tibi has nuper quas struximus aras,
Atque incensa auge numine thura tuo.
Despicis? ah me ah cur absentem interficis absens?
Atque fugàs magè me, quo magè dura fugis?

Nulla domari flamma.

Aspice, Sol, rutilis retegis qui luce colores:
Et reuehis reduci flammeus orbe diem.
Aspice, qui rapidas iacularis Sirius auras:
Squallentesque auidus ignibus vris agros.
Non pudet? en vestras ego solus adurere flammas
Audeo: nec satis est illa, vel illa mihi.
Plus pudeat: Thaumus cunctos quod riserit ignes:
Atque meum gelido pectore cruda necat.

Splendor, & Stemmata.

Si sola es, quam lux rerum mirabilis ambit:
Nec patitur similes gloria tanta Deas:
Si rerum ad lucem cunctus tibi substitit orbis:
Atque stupent opere tota elementa suo:
Qui sperem, ah temere, tantis absistere flammis?
Quidve amens animi sub mea fata ruo?
O cælum. tibi cur licuit non esse minorem?
Aut cur maiorem non licet esse mihi?

Ad Garumnam.

Torua Pyrenæi soboles operosa furoris:
Siqua soluta citas nix tumefecit aquas:
Sic tua perpetuo componas flumina cursu:
Sic magni superes vota superba Padi:
Parce, o, terrifico præceps crudescere fluctu:
Quamque vehis dominam sentiat vnda Deam.

Audisti,

Audisti, pater; & hosto pius æquore Lambis,
Qua manet æthereos ripa beata pedes.
Quid dicam? nitidosne times stupefactus ocellos?
An quatis ignoto lingua diserta metu?
An nostri patrio cœlestia numina cœlo
Debita, nunc iuri subdita nulla tuo?

Amanti misero vitæ pretium, perire obliuione.

Postquam diuina afflauit me spiritus aura,
Quæ Basentinis ludit operta iugis:
Quæ male me cepit cunctarum oblitio rerum,
Ah cur non etiam me capit illa mei?
Nunc memini me fulmineis succumbere flammis:
Atque negem pretium hoc esse, perire, mihi?

Amoris mei, odij tui præmia.

Ne mitis, ne sæua preces Thaumantia nostras
Despice: vel vestros despice, diua, Deos.
Consueuere Dei deponere molliter iras;
Si demissa vident supplicis ora rei.
Quod si pro culpa nimium damnabis amorem:
Ex odio qua sit debita noxa tibi?

Comparat se perdicibus, & lepusculis.

Perdita fulmineæ conspecto turbine pœnæ
Callida se tenui puluere texit auis.
Vtque canum lepus insidias exterritus hausit:
Ancipites actus tum fuga anhela pedes.
Infelix: cur sponte sequor mea fata? volensque
Me fugio: & facio vt sim tua præda mei?

Hostem Cupidinis, quam amicum.

Audis tu Venus, & Veneris tu filius audis:
Seu dominæ es, dominæ seu puer es, dominus:
Si facitis plus sæpe mali, si semper amicis:
Et nati, & matris tutius hostis ero.

Annûs

Annuli Thaumantiæ.

Ardescit socio rutilans adamante pyropus:
Sic animo articulus conuenit iste tuo.
Acres fulminei faculas iaculantur ocelli:
Frigida stant duro corda retusa gelu.

Quia in me illa, ego contra me.

Quod minus est in te, plus in me cernitur esse:
Quod plus in te, in me cernitur esse minus.
Si minus hoc fuerat, fuerat sat: verius hoc sit:
Quod totum in me, in te cernitur esse nihil.
Quis potuit sæuos sufferre fidelius ignes?
Quæ potuit seruo durior esse suo?
Quanquam in me tota es, tanta est discordia: vt in me
Fædi dissidij sis quoque caussa mihi.

Non raptum a Thaumantia, sed vltro sese obtulisse.

Si quicquam ex animo fieri pote, quod placeat: quin
Vel plus quam placeat, auferat atque animum:
Auferat inuitum placide, ducatque volentem:
Atque sinu Veneris collocet in medio:
Hoc abs te factum est, o maxima diua Dearum:
Me inuitum vt nostris sensibus eriperes.
Non videor tamen esse mihi, cui iniuria facta est:
Cum te visa olim desierim esse meus.
Quin a me ad te abij sapiens, meque ipse reliqui:
Ne tuus hic in me, sed meus in te habitem.

Thaumantiæ pietate interire.

Mortem ferre videns oculis Thaumantia duris:
Hoc credo, nostras tum miserata neces;
Auertit: parsitque auidis exurere flammis.
Letifero ergo subit mors sociata gelu.
Quæ fugiam mala, si pietas mitissima diri
Afferat interitus fata cruenta mihi?

Oporteat

Oporteat riualem odisse, an amare.

Illusum, ac spe defectum me cruda reliquit:
Atque alius potitur (& fero?) luce mea?
Dic regina Venus: liceat ne odisse fruentem:
An quem Thaumas amat, me quoque amare iubes?

Iras comparat.

Iratum sibi me fleuit Thaumantia. qualem
Ergo putes animum, Iuppiter, esse meum?
Fundat inexhaustos tua dextera fulminis ignes:
Inque caput calum corruat omne tuum:
Hoc minus est, omnique minus formidine culpa:
Et culpa, & pœna. quid minus? imo nihil.
Nam si irata (nefas) mihi sit Thaumantia: mors hæc
Sit leuior, mihi quæ sic aliunde venit.
Sin potui furere hunc (Dij Dij meliora) furorem:
Quæ nam mors, quæ a me sic venit atra mihi?

Proditum se a Thaumantia.

Aurea spes, verum læto spes aurea quondam,
Tartareis misero nunc numeranda malis:
Respice me, quoscunque petis fugitiua recessus:
Si piget ad me iterum falsa referre pedem.
Respice: & insano oppressum miserere furore
Amentem, sine vi, corde sine, atque anima.
Extulerat me ingrata tuo Thaumantia dulcis:
Vt casu infelix nunc grauiore ruam.
Accipite infamem immortalia sæcula famam:
Vixque ipsis posthac credite cuncta Deis.
Quis potui occidisse prius, quam stare viderer?
Perdereque ah sperи, quæ bona non habui?
Perdideram meipsum, vt fruerer cœlestibus auris.
Nunc amissi illas, me nec habere queo.

Thaumantia

Thaumantiæ vis fato potior.

Si qua vis vis si qua viget sub numine magno:
Numine, quod Fati numina cuncta regit:
Exprimere (haud lacrymam, haud posco pia pectora) tantum
Verbum unum: aut (o si) murmura pauca peto.
Dij magni, magni Indigetes, genus omne Deorum:
Iam nunc credam aliquod vos genus esse Deum.
Sed si cuncta domat solo Thaumantia nutu:
Quis vos, non illam, dixerit esse Deum?

Ad eandem.

Si possum sine te, Thaumantia, viuere: possum
(O vtinam) sine te sic quoque, diua, mori.
At sine te possum nulla si morte domari:
Quomodo nam sine te viuere, vita mihi est?
Et crudelis abis? nec sunt mea damna doloris?
At saltem sit, non posse dolere, dolor.

Resipiscit.

Has etiam laceras vdis singultibus auras
Composito fingi carmine iussit Amor.
Nec puduit inualidis fessos anfractibus annos,
Me miserum, duræ sub iuga ferre Deæ.
Pectora qui potuit vecordibus vrere flammis,
Quæ ferus insana Mars furiabat ope:
Credidit ipse parum sibi, ni potiore triumpho
Fortia constantis vreret ossa viri.
Si venia locus: humanumque pium que furoris
Vesani pretium sit, meminisse mei.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ARÆ FRACASTOREÆ.

Ad Famam.

DIua frænatrix animi ruentis,
Auiis aui redimita pennis:
Quæ bonos cæli patrij beatis
Ignibus æquas:
Sæculorum almum decus imminentum,
Temporum victrix, domitrix locorum,
Morte deletum reparans, tibi ipsi
Fama superstes,
Cui nouos tentas aperire cantus,
Cui nouos audes numeros? quibusnam
Nixibus? si non nouus excitetur
Alter Apollo?
Nam satis non sit vetus ille Phœbus:
Vel satis si sit: comitem volentem
Hinc agens Fracastoreum dolenti
Abstulit orbi.
Diue supremi caua templa cæli,
Diue deuexæ sola dura terræ,
Cuncta natura ratione certa
Pignora librans,
Si nouem castos animos sororum
Tecum habes: prisca viduatus aura
Spiritus quanam tenues sequetur
Voce Camænas?

Ergo

Ergo tu nobis eris: ergo nostrum
Pectus implebis, tibi te canendo
Vnicum, prima, vltima post Maronem
Meta canentum.

Ad Charitas.

Quis mihi versiculos
Sponte natos, arte nulla
Pexos, suaues, non laboratos dabit?
Qualia Pannoniis
Læta campis pullulascunt
Auri flagella creta sarmento suo.
Qualis Acidalio
Rore tincta, rore cæli,
Mucrone rupto, turgida emicat rosa.
Vos lepidæ Charites,
Transmarina tu Venustas
Assata Phœbo concitate numina:
Ferte pedem faciles:
Ferte gemmeas corollas:
Afferte cantum flebili mollem sono.
Ecce Fracastoreus,
Vester imperator ille,
Ille ille vester imperator vnicus.
Lætitiam patriæ,
Vltimum diem suorum
Clausit, futuris sæculis poeticen.

Ad cælestem mentem, quæ regit nos.

Fœcunda cæli rore vena fœcundi,
Cui cedit almi suauis vnda Parnasi.
Nanque illa terræ bruta de sinu surgens,
Mendace vatum mente fabulosorum
Ditat furores, neniasque scribentum:
Tu sancta proles ætherisque, cælique,

Ducens

Ducens supremas e Dei sinu flammas,
Parem parenti te induis, vehens tecum
Cunctarum onusta seminarium rerum,
Quæ concitantur mentibus beatorum.
Nunquam sathiscis. Viuidum iubar longe
Contentius sit, quo magis laborasti:
Te te explica ergo, Virgo sancta, sublimis:
Vt vatis alti pura funus exornes:
Vt vatis alti manibus parentemus.
Nanque ille talis, tantus & fuit vates.
Vt voce duci non nisi Dei possit.

Ad Parcam.

Quæ reduces per orbes
Diua deuoluis trepidæ tenuia fila vitæ,
Conscia Parca fati,
Horridi fati, precibus non habilis, ministra,
Te caput in nocentum
Posse bacchari scieram, morte iubente, nostrum.
Ast genus in Deorum
Posse, quis tecum pepigit? quo tibi iure factum est?
Ecce iacet supremum
Nunc decus terræ, & patrij pignora certa cæli.
Sidera quis reuoluet?
Quisve naturam propriis principiis recludet?
Heu lacrymosa rerum
Sæcula: heu vana caries, cura metusque vitæ.
Ne liceat deinceps
Amplius nasci: quoniam viuere posse, mors est.

Ad Auroram.

Matuta mater, vnidis quæ roralenta guttis
Ocellus auro fulgidus nascentis es diei:
Olim videbas alterum terris micare Solem:
Nunc duplicem miraberis polo nitere Phœbum,

Illustre numen Castoris postquam occupauit illum?
Qui nunc tenebras posteris, luctum suis reliquit.

Ad populos arbores.

Electi fere Phaetontiades
Olim mollia membra puellæ.
(Num vos pius esse coegit amor
Cortice duro.)
Quando ad tumuli lacrymosi notas
Magnique parentalia vatis
Liquidos vetat effundere fletus
Inuida radix,
Rigide teneros quæ cohibet pedes:
Audite pias, o pia numina,
Tristi rudibus numeris obsitas
Voce querelas.
Vestrasque rogo mittite lacrymas,
Quas auricomis tumidas radiis
Circum viridantia serta rogi
Sarca reponat.
An Sarca sacris scatebris incitus,
An notus & immanibus inferis,
Et carus superis Benacus
Numine raro
Solis vobis incognitus est?
Ille est Latij magni Aganippe,
Nerei pater, & soboles idem.
Vbere vena
Is vestra libens brachia ditans
Atque ad lacrymas, atque ad debitos
Tumulo fletus, larga alimenta
Sug gerat vndis.
Tunc Herculeis picta laboribus,
Tremulo pede nutantia folia

Helices

Helices æmula, vatum nitida
Tempora cingent.

Threnus.

Si desiderium, & lacryma solamen esse possunt:
Solamen possum tum dare, tum accipere.
Si desiderium, & lacrymas solamen auget vltro:
Cum desiderio augere queo lacrymas.
Ast hæc si damnum frustra reparare cuncta certant:
Ah quid lancinat hoc, illud, & hoc animum?

Ad Fracastoriam animam.

Verona flet: Natura luget: ordines
Omnes Deorum, qui citos orbes rotant
Immane quantum lacrymantur, & gemunt:
Mœstam sororum neniam chorus cantat.
Provoce Phœbus mœsta fert silentia.
Suspirat omnis orbis, vt mista vltima
Vitæ occupanit Castoris magni dies.
Et abstinere me iubet luctu pudor?
Quod nostra parui Musa momenti nequit
Æquare tanti tam feras damni vices.
Cuius serenis o recepta sedibus
Anima, quietis alma compos aurea,
Quid si corolla lucidis texta rosis,
Violaque mite veris halantes decus.
Puris canistris serta complexu rudi
Manes corymbi tortiles placant tuos.
Mea despicata hinc exigentur carmina?

Allocutio.

Virginum decus sororum:
Natura quantum facereque, & pati potest.
Quale nec fuisse quondam
Latura nec post esse credo sæcula.
Illud parum tuis trophæis

(Quis hoc, quis amens posse speret, aut putet?)
Sed tamen non improbandum
Admitte magnum numen hunc lyra sonum,
Pignus inflammati amoris,
Quo sauciata stare mens nescit loco.
Seq; stringit, vrget, aufert:
Percussa thyrso qualis auium nemus
Euias furens fatigat.
Simul furit, simul stupet, simul fugit.
Senticeta nulla cursum,
Prærupta nulla, nulla tardant flumina.
Blanda donec vis soporis
Fessos resoluit, & simul vinxit pedes.

Epicedium.

Qui Fracastorei Phœbum diuina canentem
Audieras; quid enim quæris in hoc tumulo?
Terram terra premit, tellus tellure grauatur,
Perq; suas repetunt sese elementa vices,
Ille olim sancto capiebat pectore cælum.
Nunc capitur cælis: inde petendus erit.

Ad Benacum.

Corniger pelagifreme,
Mincij genitor sacri,
Qui liquentibus agmina
Explicas vaga lymphis.
Tu feris, pater, Alpibus
Deuolutus ab intimis,
Mitiore frequens vado
Dorsa barbara mutas.
Mille tum scatebris tuis
Viridis virides comis
Naides tua flumina
Perulenta recentant.

Tu ſacras Heliconij
Collis æquiparas aquas.
Quin eas magis anteis
Fronte plenior aureo.
Par quis eſt, erit, aut fuit
Gutturis liquidi ſono?
Eſt tamen ſoboles tua
Pura vena Catulli.
Nam mihi penitus ſedet
Mente religio pia
Numen unicum, & vltimum
Nominare Maronem.
Cede turgida Græcia.
Non habes quibus excites
Mortuam tibi gloriam.
Comparatio vana eſt.
Ergo nunc pater optime,
Cum Fracaſtoreus ſuum
Nectar in liquidas aquas
Celitus tulit hauſtum,
Quæ prius cupidis viris
Imminebat adorea
Suſtulit dubiam bonas
Cum bono alite palmam.
Heu vbi, heu vbi nunc es? heu
Quo ſequar Genium meum?
Non datur? lacryma hic lacus,
Hæque flumina ſunto.

Ad auiculas, aquas, ventos.

Dicite ſilvicola cohors,
Quæ remigiis vaga prapetibus
Peragratis varia loca.
Dicite io hyali latices
Turba fluentiſoni gregis.

Age vbique hospita, ciuis vbiq;.
Saltem miserescite vos
Lubrica liquidi soboles ætheris,
Caua qui colitis specua.
Qui suspensi fluctibus, illos
Suspenditis: atq; fretis
Tunsi tunditis illa vicissim.
Nostri ingenij genium
Vbi? qua quæram? misero quis iter
Monstrare volet, vel sciet?
Natura parens inclyta rerum
Si ille abs te abiit, nec ibi es,
Nunc feliciter ille vbi regnat:
Te dimidio minor es:
Nec nos solos funera tangunt.

Lessus.

Ecquis tristibus excitus querelis
Audet esse pius, piisq; votis
Arido dare lacrymas sepulchro?
Ecquis præteriti memor decoris,
Nunc spectans lacrymabilem ruinam
Amens percitus impiis querelis
Diro carmine prouocare cælos?
O vtrum miseri eligemus? vtrum?
Neutrum. nam neq; candido poetæ
Sunt conuicia concienda cælo:
Nec est fletibus ille dignus vllis
Qui factus modo particeps olympi est.
Mille hic ocius excitentur aræ,
Verbenis nitidæ, innubaq; lauru.
Vnum numen in omnibus canendum.

Ad animam Fracastorij hyporchema.

Vigilia, lacryma, lacrymæ
Bibula miseria canere iubet aliquid.

Superæ

Supera domicilia terens,
Nitidula, rutilior anima radio.
Sacra noua, noua Dea cape hæc.
Homo dicat ea tibi minimus hominum.
Sed vtique bene tibi volens,
Tibique data bona lepida lepide amans.
Paria quibus alia alibi
Neque video, neque ego habeo, neque scio.
Canere tua valet Erato hoc,
Et ea facula animi aquiligena, cui
Vegeti agilia loca poli
Modo facile patula gremium aperiunt.

Amœbeum.

SC. *Dic Parnasse decus Dei,*
Qui dulci numeros flamine temperat,
Cum sis sat tibi, & arduus,
Cur maiore quatis vertice sidera?
PAR. *Dum Fracastoreus sua*
Vitæ compos erat, me quoque compotem
Fecit. multus, & impotens
Nunc deris animus fluctuat æstibus.
SC. *Quin ergo potius putem*
Illo, Dine, tuæ funere gloriæ
Funus compositum: neque
Ausurum viduos tollere vertices.
PAR. *Dum terras coluit meus:*
Terras me propius collibuit pati.
At nunc cum petiit polum:
Vel torrens repetam, vel placidus sequar.

EICON.

Vt vis coruſca fulminis tela triſulca vibrat:
Concuſſa terra pauet: calumque conſciſſum gemit.

Tum bobus adiunctis iugi demit arator onus:
Enumeratque gregem pastor pauore pallidus.
Septentrio vt rerum potens nubila rapta fugat.
Per loca fuda redux sol lucidum ostentat caput.
At vos tenebris obsiti, nimbificis tenebris
(Sol pater ecce perist) quando videbimus diem?

Ad Solem.

Mobis sidereæ decus
Fulgide orbis ocelle
Micantis almæ
Arbiter auræ.
Vitæ lucigenæ dator,
Flammeo vage curru,
Cui cunctus vni
Militat æther:
Nam flammis animas tuis
Corporum genus, alta
Caligine atrum
Noctis opacæ:
Deleri tua lumina,
Et cum lumine numen
Cur mortis ictu
Passus iniquo es?
Quis Fracastoreum tibi
Reddet? vnde resurget
Spes, tanta rursus
Posse pararis?
Audi, quæ tibi nunc canit
Sanctum cor amore,
Et dictat ipse
Mœstus Apollo.
Illum si e lacrymis meis
Magni in templa Tonantis
Non sustulisti

Turbinis

Turbinis igni:
His mors exuuiis ouans,
Te nitentior, ambit
Maiore luſtrans
Lumine terras.

Ad animum Fracaſtorij.

Diuine anime atherei temperator orbis,
Hac inter vbi ſecula degeres beatus
Nunc certa videns lumina viſionis almæ:
Num præterita te capit aura ſacra lucis?
Ecquid te beat aurea fama, cui iam
Par nulla fuit, nec reor hinc parem futuram.
Vnum excipio ſedulus vnicum Maronem.
Cui thuricremas mens mea proſoluta ad aras
Se luſtrat, & a triuiis expiata ſurgit.
Ten' noſtra iuuant otia, ludibria, venti,
Quos earpit, & auget vario gloria ludo.
Inſcitia quos nebulis circumuolat atris.
Anima excipulis omnibus expedita, ſanctis
Nunc plena epulis: hæc, tua quæ fuere quondam,
Et nunc mea ſunt, te nihili pendere certum eſt.
Tantus tamen eſt ardor, & incitatus æſtus,
Quem deſiderium fouet, & cæcus amoris
Flammat radius, te vt tamen hic eſſe velimus.
Si ſit licitum huc animum redire ſanctum.
Verona patens lepidus clari orbis ocellus
Sic te luget, & animum deſpondit ademptum,
Vno vidua vt, vidua eſt omnibus relicta.

Pæan.

Quis noua, quis o vetera carmina, quis expediet?
Quæ leniant mihi doloris æſtum.
Non ſiticen, aut biſoris autor habilis moduli
Gingris acatis acer vrat aures.

Phœbe pater, & patris amœna comes alma cohors
Vos vos vocat, vos ambit hoc sepulcrum.
Paan age, Paan ades, ecce tibi quam tumulus
Blanditur, auctus aureis corollis.
Huc edera trunci naga, tu viola pallidula,
Tu lutea splendore picta calthe
Alma rosa, quæ veneris alma monumenta geris
Notisque testans Naidum querelas
Mitis hyacinthe patulis niger hians calathis,
Sic fletibus atro conuenis dolori.
Colligite floripara, quæ decora prata gerunt.
Verbena castas implicet quæ lauros.
Et date: datis penitus addite, quæ vota precum
Sint grata magni manibus poetæ.

Ad Fracastorium.

Cum damnum attonitus nostrum fleo:
Nequitque fletus esse par dolori,
Tum spargo trepidos pro lacrymis numeros:
Cum specto attonitus numeros tuos,
Pudore fracta Musa conticescit,
Et spargo tepidas pro numeris lacrymas.
Cum mens, & pudor, & meritum tuum
Pugnent: es ergo fletibus canendus,
Et spargam mistos cum lacrymis numeros.

Monodia.

Plenus unde nouus mihi, plenus ingruit ardor?
Unde sufficit ipse se, quem periisse putabam?
Nam nec Aonidum chorus, nam nec æthereis alti
Spiritus misere fouet perditum: simul atque
Phœbus, & comites Deæ chara numina Phœbi
Cum Fracastoreo suo se extulere sub astra.
Tum satis, satis & super cantitasse videbar,
Cantitasseque, flesseque & consecrasse canendo

Inclytum

Inclytum caput. Ipsa iam se negare dolebat
Tota materiæ penus. Nam quis adderet illis
Aureis titulis: quibus flore pingitur aureo
Omnium Deus artium: meta sola canentum:
Me citum tamen huc, & huc raptat acer amor, quem
Non potest labor vllus, aut quit quies quatere vlla.
Me scio nihil arduum, me nihil dare clarum,
Has nisi lacrymas pias, hos pios nisi fletus.
Quæ solent pueri quoque, vt dona perdita plorant.

Ad vitam hanc.

Heu falsa quies, irrequieta, bulla inanis
Miserorum lacrymosa face ludibria torrens
Se qui tibi dedit, tibi seseque reponit
Zephyros capturientem plagulis exinuatis.
Hunc arguet hora, vltima momenta recludens,
Modo Fracastoreum quæ retulerunt in olympum.
Credam tibi ego? non faciam. nec fidere fas est.
Pereunt si sacra rerum, repetunt si sua Diui.

Melos.

Non si ruentis fulminis impetu
Stridens minaci murmure fumida
Demissa toruo flamma cælo
Aerias pepulisset arces,
Aut qua superbis flexibus incita
Valles sub imas Vindelici iugi
Amœna serpens ob salicta
Vis Athesis furiosa lambit:
Tam mœsta planctu turbida ciuitas
Lugeret atris obruta fletibus:
Suspiriosa nec querelis
Cælicolas oneraret vdis.
Vt fracta vatis funere maximi
Secura tanti facta periculi

Posthac

Posthac: parem vlsura nullam
Heu patry decoris ruinam.
Dum rara floris dona poetici
Pictum furorem dotibus omnibus
Virtutibusque singularem
Fata Fracastoreum reposcunt.
Ille incitati conscius aetheris
Micantis ortu lucis ab intimo
Ad occidentis vsque metas
Vectus inemeritis quadrigis
Nouis reflexit sidera cursibus
Noua reposta lege receßibus,
Acceßibusque, anfractibusque
Addidit imperium, atque ademit.
Natura totos pandidit huic sinus,
Seque ex remotis explicuit locis,
Vt huic pararet abditarum
Principia, atque elementa rerum.
Hic impetratis inducus fera
Cum morte pacem legibus arduis
Fecit: vel intulit reuinctam
In nitidos spoliis triumphos.
Hic solus inter Ausonios Lares
Non vsitata, nec tenui tuba
Spirauit altum, sed venustum
Miscuit alterutrumque vtroque.
Verona mater, quid tua vulnera
Demens retracto? qui lacrymas tuas
Consoler? Heu solamen vnde,
Quod mihi non habeo, reponam?

Consecratio.

Ante aras redolentibus
Sertis implicitas, quem potius canam
Quam mirabilibus consiliis qui cecinit Deum?

Atque

Atque Dei progeniem concelebrauit almam?
Hic deductus ab vltimis
Naturae numeris ad superos globos,
Omnes curriculis disposuit, quanque suis, vias:
Non quasi qui disceret haec, sed quasi qui doceret.
O miris hominum modis
Egresse ingenium. o omnibus artibus
Maior. pro lacrymis, pro teneris fletibus accipe
Quas tibi sacris ederis rite sacramus aras.

In eius picturam.

Aspice, quam sacri splendescunt sidera vultus,
Morsque manus docta lumine vicia silet.
Hic etiam caneret: sed non diuina canenti
Affluere e muto verba colore valent.
Quin vmbra vmbra tua haec. te vero ars nulla, sed alto
Carmine te, nisi tu, fingere nemo potest.

Item in eius picturam.

Postquam letiferis immittis legibus aui,
(cuncta quibus rapida mors rapit atra fuga,
Celestes magni vultus cestere Maronis:
Nullaq; tam faciles fistit imago Deos:
Quod supereſt, Fracastoreo supplebit manes
Sola inter cunctos fida tabella vices.

Epitaphium.

Hic situs est Fracastoreus Hieronymus: vrna
Quem capit, hic cepit pectore cuncta suo.
Sidera digessit: reuocauit funera: rerum
Naturae imperij conscius, atq; Dei.
Aut Helicomiadum fontem sibi sustulit omnem.
Aut tumulus vertex hic Heliconis erit.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI NYMPHÆ INDIGENAE AD NICOLAVM SALERNVM BERNARDI EQ. F.

POst tetricum vario defessum funere Martem,
Partaque consiliis otia lenta meis,
Te quoque ab exhaustis non vno robore bellis
Magne Salerne iuuat pace videre frui.
Hic igitur molli mecum requiesce sub vmbra:
Et quatere iratum cætera mitte Iouem.
Dum Dea magnanimum præfert Rangonia pectus:
Perpetua & Musas vnica mente fouet.
Inter tot proceres, inter tot numina reges,
Immensa Musas vnica mente creat.
Illius ad calamos, & potas rore cicutas,
Rore suos Phœbus quo rigat almus agros,
Candida mellitas Nympharum turba Camœnas
Cantat, & Aonios prouocat ore modos.
Illa meis spolians squallentia pectora curis
Purgata optatos flectit ab aure sonos.
Si quam tu tribuis, si quam mihi nominis auram
Aut mecum, aut post me fata datura manent,
Vnius in gremio, ac vultu concepta sereno,
Vnius ætherio spirat ab ore Dea.

DRYA-

DRYADES.

Diua Violantilla Bonromæa ab Ethruria, pro cuius persona canit Ias, & Auge pro diua Camilla Scalampa.

IAS. *Semicaper tenerum si ludit arundine carmen,*
Obiectu nemorum lento secretus ab æstu:
Cur tacita sedeant Musæ vocalibus antris?
Ille caprum tantæ capiet si præmia laudis:
Ipsæ agnum accipient. Illi si cesserit agnus:
His caper ad sacras horebit cornibus aras.

AVGE. *Pieris attonitas calamo si mulceat auras*
Ias vbi est? vbi dulce canis concentibus antrum?
Illi si tepido spument mulctralia lacte:
Caseus excipiet meritos tibi mollis honores.
Caseus illi si cedat: tibi mulctra paratur.

IAS. *Arcades amnicolis pastores pascite syluis.*
Pascite: & Aonium teneri deducite carmen.
Non soli pascetis: amant & nostra Camœnæ.

AVGE. *Arcades Ausonios pastores claudite saltus.*
Claudite: fœmineæ sua sunt quoq; præmia laudi.
Non frustra claudetis: auent & nostra referri.

IAS. *Ad veteres Bandellus auos, patriosque Penates*
Traiicit, insani veritus nihil æquora ponti.
Alma parens pelagi spumantibus edita cani
Fluctibus: hic misera nam quid sperem amantes?
Ille vel infestis cælum cum soluitur Hœdis:
Vel cum de nexo surgit Notus æthere. vel cum
Vda præcipiti superant Atlantides imbri:
Vtetur placidi genio maris: vt mihi sæuas
Perpetuo tempestates malus ille reliquit.
Mollia pacato spirabunt flamina plausu:
Vixque ausint fragilem temere tentare carinam.
Lambere cura illis, atq; ocula figere puppi.

O sic-

O fierem mare: verum obstat mihi torridus ardor.
Ipse senex posito ventorum murmure Nereus
Excipiens facilis viridis Nereidas aura
Incutiet tacitas tenero sub pectore flammas.
Heu infecta meos perturbant numina sensus.
An non sic quæsitus Hylas? ubi raptus in undis
Nequicquam comitem Alciden, dominumq; fefellit.
Ille ter insuetas pulsauit nomine syluas:
Hic mentita illi ter reddita vocis imago est,
Ter miser huc animum falsa spe lusit inanem.
Inde suas pecudes pelagi de gurgite Proteus
Ostentabit: & allicies te ad munera pastor:
Vt generum vndisonis Phorcynidos implicet vlnis.
At te torua nimis ne vrant male monstra tyranni.
Mille ouium tepidis coit in conuallibus Arni.
Mille Arni ad ripas totidem cum matribus agne.
Ecce tibi obsedere hirtos procul abdita montes
Retia: qua raro nemus interlucet hiatu.
Aure, qua lenibus nostras spes ducitis alis,
Hac precor integro referatis carmina tractu.
Ias ad Hesperij pelagi vada lenta sequuta,
Ias te, Bandelle, feris in fluctibus esset:
Sed piceam metuit flagrans incendia puppi:

AVGE. *Dulcius ergo apibus: blando cum murmure captæ*
Florilegæ vernis in saltibus omnia limant:
Aut tener argutis Zephyris cum sibilat annus:
Aut maturus ager Cererem cum fluctuat: aut cum
Saxa petens rigua pinguis strepit Ollius herba.

IAS. *At tibi quæ paribus dictabat Dia cicutis,*
Dia tibi, tu syluicolis ab arundine Faunis:
O, memora: nomenque tibi tua sæcla propagent.

AVGE. *Bina tibi, Bandelle, eodem sub termite mala,*
Quæ suri præcerpta, acido pubentia succo,
Horrida non grando, non improbus obtudit imber,

Iam

Iam roseas splendore tuas imitantia malas
Inter acus tenue, atque in stramine condita molli,
Maturum procul huc ducent a sole colorem.
Spernis an hæc, diuine puer? Extra aurea mundi
Limina, qua se nox numerosa sidere condit,
Abdita erant raro felicia stipite mala.
Mala etiam veteres pascebant rustica ciues:
Regiaque his olim concessit victa puella:
Ah diuina nimis: tua si mihi pectora vincant.
Et facient, nisi portenti me fallit imago.
Sunt siquidem coniuncta pio sub matris amore:
Non temere coniuncta: sibi quoque gaudia discunt.
Non solis sibi sunt: sua nos quoque munera signant.

IAS. *Qualis amatrices ederas amplectitur vlmus:*
Vlmus amans vt vestitur pallentibus vuis:
Sic tua Pierio conspirat fistula cantu.

AVGE. *Blandus vt arenti sessis messoribus æstu,*
Tonsa Paretonius vbi ventilat area fruges,
It Zephyrus, pluuiaque agrum solatur hiantem:
Sic mihi fonte tuo crescunt Aganippidos vnda.

IAS. *Quid tibi ego hoc ingens vates pro munere donem?*
Ne committe via sera te noctis in vmbra.
Hic pecori cytisos, hic mollia gramina tauris.
Nec graue, quod tegetes nullo sunt culmine. quid tu?
Nec viola tegetes, nec lilia culmina curant.
Grexque tuus tuto vigilis requiescet Hylacte.

Oreas.

Sub Lyces persona Camilla Scaligera diui Bonifatij patris natalia canit, & Titi fratris mei interitum in clade Rauennati deflet.

THERILLA.

Hanc prædam, fessosque canes sub tecta referto:
Adde gradum Talarisca: greges ita grandior vmbra

Et pastu vocat; & tectis blanditur apricis.
Ostentans tremulis roseum iubar Hesperus vndis
Balatum excierat stabulis. tum fumida thura
Extructis congesta focis, circum vndique ductæ
Mordebant ederæq; vagæ, lauriq; virentes.
Ipsa autem foliis apij lugubris amari
Hæc memores inter lacrymas diuina profudit
Verba Lyce sacrasque manu simul obtinet aras.
Frater, vbi es ne? vbi tranquilli me vomeris vsus
Aspiciat patrij vitreas prope gurgitis vndas
Arguto rapidos æstus lenire susurro?
Frater, vbi es ne? ego te gelidis in vallibus illum,
Illum ego te in lustris, inter spelæa ferarum,
Quaq; vocant duri primo sub sole labores
Effingo: faciemq; tuam super omnia duco.
Candidus ipse autem cælestibus auius antris
Duceris, imbriferasque domos super, & super alta
Limina. Quique truces salienti grandine nimbi,
Quique gregem sequitur lupus ipse, gregemque sequutus
Fascinus a vestris longe malus exulatoris.
Aureus ecce autem superis insignior agris
Armentum tota cedens tibi Lucifer aula
Solatur gelido truncas mœrore querelas.
Distentis pueri depellite matribus agnos:
Depulsis curate suos in prandia fasces:
Nec pransos fidis errantes cogite claustris.
Dira prius pecori curans contagia pastor,
Nunc Deus, ex alto miserans acerbit olympo.
Hæc fratri diuina Lyce. diuina parenti
Quas quibus ætherias hilarasti cantibus auras?
Hespere, quando oriens alias illustrior ibis,
Lætus vbi excieris magni natalia patris?
Patris, cui tantum debent mea carmina, quantum
Pinguia sidereis turgentia gramina guttis.

Lucescet:

Lucescet: lucemque suo vehet aurea curru:
Qua duce vecta prius pater Hirpinus altera lux est.
Nunc etiam leuior fessos tegit umbra iuuencos:
Dulcisq; agricolis spirat sacer otia pagus.
Nec lupa iam vitulae perturbat somna: nec iam
Facta parens lacerum lugebit bucula natum.
Ipsa etiam querulae posuerunt murmura valles.
Tum freta degenerant fructus oblita priores:
Blandaq; ad Halcyonas vertit sua pignora Nereus.
Sudat apis bona mella: bonus bos curat aratra.
Hirpinus alpigenis aris fauet: Hirpinus aris
Cum fauet: & bona mella apis: & bos linquit aratra,
Ecce nouus tibi ridet ager: te sepibus imis
Purpureae salices, rigidae te montibus orni,
Et segetes, auraq; leues, atq; antra loquuntur.
Omne tibi longo dicet genus ordine laudes,
Inter aquas, si nauta vagus: si messor, in aestu.
Nymphae Hamadryades, alia, ad natalia patris,
Numina odorato capient sibi munera libo:
Non tamen vlla meo vis vestra carebit honore.
Vere feram flores, croceos in messe maniplos:
Et pingues vobis sudabit vinitor vuas.
Thestyli, fer mihi thura foras, fer mascula thura,
Verbenasque sacras, immortaleisque amaranthos:
Exulet vt profugus lustratis fascinus oris.
Atque supercilium lauum salit. optima proles,
Flos gregis auricoma foetura propaginis agnae,
Ne fontes turbate. sitim nec Phoebus in aestu
Colliget, occultive sales: nec Sirius ardor.
Ne stabulum spectate metu. nec flabra, nec imbres
Diuina sub luce dabunt bona tempora claustris.
Aspicis, vt dexter candenti nube coruscat?
Sopitosque sacer quando cinis excitat ignes:
Pingnia colluceut nitidis altaria flammis.

NEREIS.

Pro diua Lucretia Gonzaga Pyrrhi filia canit Talariſca.

OCNVS. *Huc age ſuccineos per eburnea colla decores*
Lumine capta tuo ludens cui ventilat aura:
Huc age, qua ſimili frondeſcunt crine cupreſſi.
Sic tua perpetuo renouetur flore iuuentus.

TALAR. *Sic mihi flore nouo ſplendeſcat mollior ætas:*
Sic vaga ſuccineis alluſerit aura capillis:
Hinc fugiam. quo me Ocne vocas? mihi diſplicet omen.
Diſplicet omen. habent feralia ſigna cupreſſi.

OCN. *Aſpice quod crebris operit labruſca racemis.*
Atq; procax Elices decor immortalibus vmbris,
Vtraq; vt obduxit paribus complexibus antrum.
O vtinam locus ille meos ſic iungat amores.

TAL. *Quis ſcit, an ille trucis catulis deformibus vrſa*
Deſtinet extremas nobis morientibus horas?
Quid properas? feris vetat labruſca racemis:
Virgineumq; Elices ſteriles imitantur honorem.

OCN. *Intonſi montes: celſas quibus annuit arces*
Iuppiter: & propius conſurgere fecit Olympum:
Cur veſtros mecum ſpernat Talariſca receſſus?
Qua patrium aſtrigero conſurgit ad æthera vultu.

TAL. *Hei mihi quam teneras ladit fera ſemita plantas.*
Atq; iugum ſuperare, graue eſt: teneriſque puellis,
Ac ſeſſis operoſum, alto deſcendere cliuo.
At quos hic referunt Satyros habitare petulcos?

OCN. *O maris indomiti, o inexuperabilis æquor:*
O regnum infeſtæ Veneris, toruumq; minantis,
Si qua tori virgo faciles contempſerit ignes:
Luſibus o noſtris molles date litoris algas.

TAL. *Heu metui maris vndiſonos inſueta tumultus:*
At non & Venerem, indomitæ comes vna Diana.

Virgi-

Virgineique pedes lenta laſſantur arena.
Infeſtumq; ferunt ſæuis raptoribus æquor:
OCN. *Ergo ad perpetui molliſſima murmura riui*
Huc ades o Dea: ſic noſtros extinxeris æſtus.
Sic mea conſimili manantia lumina fletu
Videris, & noſtri forſan miſerebere caſus.
TAI. *Mater vbi tegetes ad Solis lumina ſiccat?*
Linaq; preſſa canis Beroe domat horrida lymphis?
Ah ah ne toruos mater calcaueris hydros:
Quos equidem audiui toto inſidiarier æſtu.
OCN. *Dux gregis infeſto meditans ſera prælia fronte,*
Aut mihi Cyprigenas gratus monſtraueris artes,
Blanda quibus faciles habeas ad vota capellas:
Aut valido oranti mihi diſſice tempora cornu.
TAI. *Corue loquax, caſtiq; tori ſeruator honeſte,*
Cui nihil ad Veneris fœdiſſima gaudia notum eſt:
Inſtrue, quo caſtos Oenus ſectetur amores:
Et viridis nitidum vitæ ſeruabis honorem.
OCN. *Ergo etiam vitæ noſtra geris anxia curam?*
Ah ſatis: ah nimium, ſi ſpes, vel ſola, ſuperſit,
Condiat immanes mihi quæ ſub pectore flammas.
Sæpe etiam in melius ſeſe fortuna retorſit.

NAIS.

Pro Diua Hippolyta Taurella canit AEgla.

Ite meæ procul illa ſecus prærupta capellæ,
Dum gelidum rapidos diſſert hinc mane calores,
Ad virides cytiſos, & potum rore ſalebtum.
Poſt vbi ſub ſtabulum ſero de ſole reducet
Heſperus: & grauido ſuperabitis vbere limen:
Angitia manibus ſaturos molliſſima ſomnos
Populus, & poſitis conſternet culmus ariſtis.
Interea Muſæ moriens quæ dixerit Andis

Benaci decus, Eridani flos, Mincius Andis,
Cum longum miseræ curis tabesceret atris:
Dicite. amat repeti sylvas miseranda Camœna.
Subde rotas nigro præceps Maturæ diei:
Quæ cantum quærulis teretes sub rore cicadis:
Nunc nobis lacrymas geris: extremaque querelas.
Dum veteres sylvas felicia numina, dumque
Prisca peregrinis exercita quæstibus antra,
Teque meæ semper tantum mihi conscia vocis,
Dicta qua rudibus respondes pulsibus Echo,
Alloquor. hoc certum est: nutam non fundere vitam.
Hibernis Hersille puer mihi durior umbris:
Acrior iratis catulis, immitior Austris,
Usque etiam ne animâ miseram hanc? quando omnia sordet
Munera? Quid violæ? quid suave rubentia mala?
Venit lecta ferens puris electra sub antris
Cura Deum, gaudens vivacibus Ollius alnis,
Benacusque pater teretes præcinctus oliva,
Amnicolas salices, glaucisque umbracula bacis,
Luventesque addens corylos, selectaque fraga.
Hæc, ait, Hersillus quorum capiatur amore.
O rosa, & o nostros luctus imitate Hyacinthe,
Fortunate puer: fati tu victor acerbi
Exerces notulis post tristia funera luctum.
Teque legit placida miseratus voce viator,
Atque agiles Nymphæ, atque vdæ conscia noctis
Sidera, quæ cælum numeroso lumine complent.
Me vero quisnam statuit modus? aspice tantum:
Nunc etiam tumidis vacat altum fluctibus æquor;
Aeriæque silent Alpes, sylvæque coruscæ.
At non in nostro silet acris pectore cura.
Latior exacto mitescit frigore bruma:
Autumnusque acidum Baccho duce temperat annum.
Nec curas matura Ceres, nec bruma remittit.

Quam

Quam satius grauidos dilecta armenta per agros
Pascere? qua patrias salices latissima stringunt
Flumina: & uberibus Sarce salit uuida guttis?
At tibi ne nitidis sordescant nomina ruris:
Et Satyri syluas habitant, & Naides antra,
Et Venus, & saltus iaculis Diana fatigans,
Et qui te forma pulcher referebat Adonis.
Aspice, quinetiam torno qui murmure sauit,
Dives arundinei torquens Padus incita frontis
Cornua, per sulcos uarias diuertit ab urbe.
Hic bene compositis circum sua retia uarris
Aut acres iaculo sectabere ferui dus apros:
Aut certa pauidos agitabis arundine ceruos.
Est mihi Lampigenes animoso pectore proles,
Lampigene audacem gemina quam uiuida nisu
Terrorem tulit, & uastis dispendia syluis.
Despicis haec? & adhuc crudeli pectore perstas?
O Pan Pan: seu te gelidi pineta Lycaei,
Seu iuga Penei demulcent, seu iuga Pindi
Deprensum: quid enim frustra tua perdit arundo
Aut humilem capream, aut furum genus acre luporum?
Nil illa meruere: leuis lupus. ista capellas
Pestis agit: pecus Hersillus, pecorisque magistram.
An ne hi, quos olim Clytoe narrabat amores?
Nulla illam in triuiis uigilantem luna fefellit.
Iam tum etiam teneras aquabam uertice aristas,
Horrescens haedi lusus, frontemque procacem.
Vt furis: ut frustra furis: ut mens te agra retorsit
Andis? & haec tua cura boum? tua cura peculi?
Ah nescis: patrios tibi linquens bucula lucos
Absentis desiderio consecta iuuenci
Auia, nequicquam syluis nunc errat opacis,
Infames heu propter aquas, ubi riuulus haerct
Degener, & turpat pictres inflexibus uluas.

O pereant pecudes: nihil eſt Herſillus in illis.
Herſillus tantum curans mea vulnera, quantum
Aut æſtum Padus, aut venientes litora fluctus.
Ah torvis potius ſtent ferrea pectora tauris.
Nempe iacet Paluſtris: habent violaria fontes.
Fontes ſerta: rigens iacet imo carduus agro.
Nec ſemper de ſe ſperet te forma ſuperbum.
Occidit agricolis Iſtan, & naſcitur idem:
Et reparant vetuli Phœbæ diſpendia vultus:
Populus æſtuo bicolor ſpoliatur honore:
Dein viduum reducs veſtitur fronde cacumen,
At noſtrum breue ver quæ poſthac bruma reducet?
Nobilior violis, hiberno mollior Euro,
Lenior arenti fluuio, me Sirmius vltro
Solicitus petit, atq; tuas flens obiicit iras.
Sed prius Odryſius glaciales vinitor vuas
Adgelidum Boream prælis calcabit acernis:
Mitis erit ſobolis prædoni Caſpia tigris,
Prædoni tigris, miſeræ Andi Herſillus amanti:
Quam quiſquam incedat noſtro prælatus amori.
Hanc lunam, atq; iſthæc cedentia ſigna, tuumq;
Numen, & heu ſeram teſtor, longeq; minore,
Dum gratum tibi ſic, accitam vulnere mortem.
Et iam Tithoni fallacibus excita curis,
Pallida, ne, bona diua, meos horreſce furores,
Non ipſe horreſcit leti puer autor acerbi.
Lucem aliis portat nobis Aurora tenebras.

POLITIS.

Sub Macares perſona Diuam Corneliam Turrianam ciuem & ſeipſum canit.

Nymphæ, Sarcuades Nymphæ: quibus æthere largo
Roſida melliſluis ſuccreſcunt paſcua guttis:
Haſce pie miſeri Alconis ſeruate querelas.

Irriſit

Irrisit tumido Macare mea basia vultu,
Sordidaq; increpuit: nec spem fugit ista reliquit.
Pastor amas? ego pastoris labia horrida tangam?
Tangam ego? non faciam. quid enim cum sordibus urbi?
Abstineas atramq; manum, setosaq; menta.
Me miseram: vt metuo, manus hac ne me inquinet atra.
Ne torno es[illegible] fugiat mihi sanguis ab ore.
Atq; roget m[illegible]r, & iracundus Orontes.
Tum m[illegible]e me hic habeat: mater me expellat ab vrbe.
Et cogat truculentæ habitare cubilibus vrsæ?
Vt pauida hoc iter ignoro, quod ducit in agros:
Vt pauco tacitæ suspecta silentia lunæ:
Vt dura timeo non sueta, quiescere terra,
Parce feris oculis nostros offendere ocellos.
Heu quam terribili feriunt tua lumina pulsu.
Rusticus es. teneras temerasti vocibus aures.
Vix mihi præ horrisono possunt audire tumultu.
Ibo ego ad Alcithoen, magicis quæ cantibus atram
Eluat agresti contractam e corpore labem.
Sic ait, atq; abiens gremium ter conspuit imum.
Ter spuit, & tacito secum ter murmurat ore.
Nec modo, vt aspicerem, vertit caput. hoc placet ergo,
Diua Paphum, diua Idalium, Golgonq;, Amathuntaque,
Et Cnidon, & sedes Erycinidas, atq; Cythera
Quæ colis: ac miseris rapidas feris improba curas?
Illa igitur tibi ne vt placitos obiecerit agros?
O vtinam & vestru illuserit arduaregnis,
Ausa meas tecum pariter disperdere flammas.
Ergo alius videor nunc iam mihi. nunquid & illa
Vera canunt? Veteres homines mutasse figuras.
Nam memini: a stabulis vestigia lenta sequenti
Circia transuerso secuit pede tramitis orbem:
Et verso celeres stupefecit puluere plantas.
Pastores ouium, teneraque propaginis agnum,

Nonne ego sum magni Theramedæ filius Alcon?
Quem vos formosum, quem Dy dixere beatum:
Dy patry Indigetes, nostrorum numina avorum.
At me egomet dura felici sorte palæstra,
Inque fero cæstu, inque ancipiti decursu
Compositam retuli victrici fronde coronam.
Ipsa me quercus, ipse cum frondibus umb[illegible]
Aut hilarem calamo, aut somno falle[illegible]rem
Demulsere caput placide: trepidisque choreis
Fregerunt rapidum tardis sub solibus æstum.
Ipsa eadem quercus, ipsa sine frondibus hora
Laxarunt tepidis brumalis frigore luces.
Ah ah hoc Dryades crudeliter ulciscentur:
Ut sibi prælato sic insidientur amori.
Quid volui miser? ergo illis in mœnibus urbes,
Quas placidis iactant componere legibus orbem:
Sanicium, talesque vt alant in pectore mores?
Me illa ferum vt vocet? o tam ferrea. quin tamen agri
Vltro etiam violam, vltro alios fert saltus odores.
En cui assiduis sterilescant fœtibus anni.
Ferte pecus pueri, pingues de matribus hordos
Ferte vrbi. nonne illa pares sic reddit honores?
At tibi, quæ inuisos mortalibus incutis ignes,
O patry referens immitia semina ponti,
Pasia vrbem pastorales contemnere tadas,
Quas tu cælesti thalamo præferre solebas,
Par pretium cuenias: sternat te vt pastor amantem.

NAPAEA.

Sub cuius persona Diuã Berenicam Lodroniam matrem flet Diuus Benedictus Scaliger pater.

Æstiuam præceps annus sublegerat horam:
Vitrea cum tepidis coquitur vindemia saxis.
Æger agens pecudes prope signa recentia pastor

Ælinus,

Ælinus, ingrato canit hac suprema sepulcro.
Este boni manes, humilem qui celsius aram
Cernitis. an vobis quoque, longo perdita luctu
Ingera, sordida sunt? certe hinc mihi candidus annus?
Lata Ceres, latus vestigia torsit laccluc,
Sicubi erat philomela, aut sicubi dulcis acanthis,
Aut ager interea mœstum silet: aut piger atris
Heu funesta modis incestat culmina bubo.
Proleni Zephyro, miti pro rore, nec agros
Abstinuit vexare gelu: duroque labores
Heu male speratis fallax elusit auenis.
Atque vbi iam flores consenerat Ocnus hiantes,
Rujous, & hirsuti posuerunt taedia vepres.
Ah etiam insuetum nemus, & deserta queruntur
Litora. nec fœtus ausa meminisse, nec auras
Halcyones mœsta lenta spatiantur arena.
Septima solicitat saltus Aurora quietos,
Aspirans æstum agricolis, blandosque labores,
Ex quo amens animi, vacua proiectus in alga
Nequicquam numero ferienteis litora fluctus.
Scilicet huc lacrymas huc nostri pectoris æstum
Deducunt curæ & similis maris vrget imago.
Me circum attonitis armentum passibus errans,
Armentique ferox pater, & tutela futurus
Non aperit frontis vestigia prima minacis,
Non matrem in teneras stupidus reminiscitur herba.
At nec molle latus neglecto sultus ibisco
Ipse tui desiderio, fœmilia propter
Alta iacens, salsis perturbat lumina guttis.
Tum misera, & nato amisso mœstissima mater
It nemora, & tetricos squalloribus obsita dumos
Quæsitum. ah quoties falsa est in murmure sylua:
Et finxit sibi, & errorem laudauit: & vbis
Ad se innitantes despexit roribus herbas.

Fortunata

Fortunata, quid increpitas loca deuia? quid fles?
Aut illum tugurij illectum mollibus vmbris,
Aut matris memorem, aut captum formidine syluæ,
Inter vbi labuntur aquæ, flumenque sonorum,
Certa ferent fessum vestigia. ne bona rimum
Negligo: forsan & in stabulis te quærit apricis.
Mater, felici mater decepta dolore,
Te nunc turbat amor. te nunc vocalibus antris
Reddidus ad gemitum fallit sonus. haud minus illum
Turbat amor: fallitque cauo sonus editus antro.
At me quis casus sequitur? quæ prata reducent
Te profugum, Berenica, mihi caput? vnde dolorem
Aut sistam, aut quantum satis est in pectora sumam?
Et dura rupes, & rupibus obruta duris
Secula, quæ longum superando vincitis annum:
Nunquam ego nam post hac sussixum corde dolorem
Leniero? nunquam ne aspectu perfruar? eheu
Heu vbi, quæ Assyrium quondam spirastis oliuum
Oscula, pallidulis ah nunc obsessa labellis:
Ingenuusque nitor pallentis afflatus ab vmbra.
Vos coryli testes, & vos mitissima lauri
Numina: vos iuncti perplexo vimine valli:
Quæ messes, aut quis tepidis spumauerit alueis
Autumnus: quæ purpureis fiscella canistris.
Quo cantu syluas demulserit: aut quibus alto
Cursu præcipites numeris frenauerit amnes,
Quas lamas, quos irriguos consueuerit hortos:
Quæ laureta, quibus cœnacula septa cupressis.
Ah nimis infames feralia signa cupressi,
Me quoque, me signate. nec vlmi vitibus absunt,
Nec truncis edera, nec amatis flumina ripis.
Nec sine me dilecta greges, Berenica, reliquit.
Heu quoties pauidæ pecudes, stupidaque capellæ
Putribus in stagnis ranæ, limoque palustri

Insomnes

Insomnes duxere pigra formidine noctes.
Rore etiam pasta morbos traxere sub altis
Sordibus: & rigidis scabies grauis haesit in armis.
Tristes relliquiae, quando nil dulce super mi:
Vobis graminei spirent aconita recessus:
Sacraque destituant ieiunae pabula vaccae:
Letalesque bibant pestes, viridesque colubros.
Flaua nec absistant gelidis examina taxis:
Si merui miser, atque oneris durissima vita est.
Communem natum curabas perdita mater:
Perdita mater: an & meruit puer aureus ille?
Et meruit puer ille: & eras tu perdita mater.
Et nunc ille cauo nequicquam abiectus in antro
Vulnus alit lacrymis, atque incendia mentis.
Atque greges, atque aruaferox, lucemque perosus
Arida cœnoso soluit ieiunia riuo.
Aspice, te meditatur. habet, quas destinet aras.
Et te digna Pales: & tu Pale digna, nec illi
Non tecum gregis, aut sulci reddentur honores.
Candida perpetuis pariter celebrabere ludis:
Diuitibus grauidi pariter sub lucibus anni
Pura coronatas circum cadet hostia fruges.
Saltabunt tibi: turba tibi noua carmina decet.
Te segetes, Berenica, greges, Berenica, salutant.
Sis stabulis bona: sis grauibus iucunda racemis.
Tu modo, diua, tuis aspira lenior aris:
Aeternumque meo salue, ac vale inclyta luctu.

HAMADRYAS.

Pro Diua Constantia Rangonia, quae deflet absentiam diui Caesaris Fregosi mariti.

Illa ego caerulea genitoris consita ripa.
Aurea Nympha tamen terris, Nympha aurea caelo,
Felix Hesperiis, felix Aganippidos auris,

O, vbi

O, vbi lenta mei quæram vestigia Teuthi?
Anne etiam aerias rigidis cernicibus Alpes,
Et iuga (tam labricis nunquam vicinata pruinis
Stant senero superanda pedi? quis finis eundi?
Forsan & ignota penetrauit puppe Britannos,
At quibus Oceanum fama est sanire periclis?
Dic Benace pater, tumidum qui surgis in æquor:
An super ille queat infamibus esse procellis.
At tu, qui varios Nereo duce volueris orbes
Diue refer genitor: nostros vbi videris ignes:
Siue prope est pelagus, seu flumnis accola ripæ.
Eheu quam similis nostro est tua lympha marito:
Si ille aut cæruleus foret, aut si tu aureus esses.
Non rediturа fugit: sic non rediturus abiuit.
Quisnam ergo huc rediens implebit nuntius aures?
Fortunata soror, nostros quæ Nais amores
Inuenisse potes subterlabentibus vndis.
Quod si frondosis latet in conuallibus ille,
Atque mari, atq; amni procul anius: hei mihi quantum?
Qua quæram? quas sola vias insistere pergam?
Infelix metuo, nequa illum barbara Circe
Abstulerit: tantique operis tot perdita textus
Nequicquam patriæ, atque mei monumenta parauim.
Diua, Deam nitido tacitam quæ lumine noctem
Vincis, & innumeris excelsa anfractibus ambis:
Dic quibus in latebris abscondit adultera Teuthum,
Impia: quæ nostras ausa est sibi quærere tedas:
Impia, carminibus quæ illum immutarit Hiberis.
Sic tibi nocturni redeunti ex orbe laboris
Latmius Endymion inflectat lætus ocellos.
Annuit: & tremula visa est crebrescere luce.
Sic erit? At vos o liquidæ, viridesque sorores:
Ni vester misere dominus reddatur amanti:
Supremo satis hæc vobis sint murmura planctu.

ADAM.

ADAMANTII CATELLI TVMVLVS.

IDEÆ
FIDEI, CONSTANTIAE,
FEROCIÆ, VENVSTATIS,
LENITATIS ADAMANTIO
LEPIDISS. CATELLO
IVLIVS CAESAR
SCALIGER
P.

QVis putet effœta reptantem ad limina vita
Atrato amissum carmine flere canem?
Fleuimus & tenera Aonia de rupe sorores
Auxerunt fletus flumina fontis aquis.
Quin natura, dolens frustra omnibus artibus olim
Tanta opifex iterum posse redire sibi,
Luget: & attonito lugens mœrore, stupescit,
Tantum Atropo immiti nunc licuisse nefas.

Adamantille tenellule,
Fessi delitiæ senis,
Vultus percipiens heri,
Vocis præuersens notas,
Verno sidere blandior,
Quod lenes Zephyros vehit,
Me mi pene fidelior,
Olim heu. Nunc vbi tot bona
Delenit rapiens dies,

Inue-

Inuexit subitus dies
Mœrores nigricantibus
Curis, quas lepidis modis
Ablegare sueueras.

Puro candidior catelle cycno,
Seuiente proteruior puella,
Quæ optat, quod timet: & timet, quod optat:
Quo caret, cupit, impotens habere:
Aſt illo, quod habet, cupit carere:
Idem ardentior impigro leone,
Quem refers animo, vt toris subarum:
Cita fulguris acrior ſagitta.
Idem blandior omnibus cachinnis,
Quos laſciua procax quatit Neæra:
Quo te proripis? aut cui parabis
Blandum aſſultibus impetum retortis?
Cui tot ludicra, morſiunculaſque?
Cui tam gratus es omnium futurus?
Quis dabit tibi ſuauiationes?
Quis in auriculas leues ſuſurros?
Inuidit ne Hecate meos amores?
Et te candidulo tenelluloque
Pulchritudinis æmulatione
Queſiuit ſuperare regna Ditis?

Age cane tener anime catulum,
Vbi mera Venus erat, vbi vitrea Fides.
Age ſacra lyra ſocia numeri
Repete, quod alibi facis, agilis opifex.
Nigra tamen ea vehe, quæ abigeres
Propitia precibus ab hilaribus Elegis.
Ita modo tibi, mihi, mihi & aliis
Lepida anime Atropos aget auida lacrymas.

Poſtum

Possum fundere fletum,
Et producere funus:
Ius præstare sepulcri,
Et vesanus haberi:
Possum spernere luctum.
Et contemnere funus,
Atque ingratus haberi.
Hæc, vesana vera:
Illud, flos pietatis.
Sit vulgus procul a me:
Et plusquam sapientes.
Tantum est. Inter utrunque.

O qui finis floscules catellorum,
Quoscunque terra condit, aut alit vivos:
Sive Arcas in venatibus feris princeps:
Seu se Diana cum iugis suis iactat.
Seu Melita primas concupierit laudes:
Te nanque genti comparare Neptuni,
Est impudica mentis, & foro captæ,
Insanientis, duriter cerebrosæ.
Astræa mitis, & Gigas procellosæ,
Quanquam recepti siderum in choros, flagrant
Maleficiis infamibus canes vestri.
At tu Catelle, vere rex catellorum
Idemque vitam flos colentium rerum,
Lux delicata, corculumque Naturæ,
Cui tam superbis versibus parentamus:
Postquam dolentem sic herum reliquisti:
Quote migrasse dixerim? quibus diris
Onerabo fata fascibus querelarum?
Illis ne dicam luctuosus tnuitis,
In mente grata, in aureo meo versu
Perennitatis regna te reperturum?

Tu ne es ille feroculus
Stipator lateris mei:
Seu campos peterem, siue domi manerem?
Tu ne es vnida formula,
Tuni lex sola, merus modus
Naturæ meditantis rabiem leonis?
Quæ te robore fortior,
Maior corpore quæ fera
Tantillum regredi compulerit sequentem?
Tu sæuas hiemis minas,
Spretis delitijs tori,
Mecum tam patiens, quam rigidus tulisti:
Seu nos eliceret dies
Extra limina: noctibus
Seu libros sererem, aut exouterem profundis.
Pernox frigore sub fero,
Quo sum debilis, assidens
Lucubrantem animo, & pectore pertinax.
Quare quod prius hauserim
Te custode, fauente te,
Hic dependo libens, ac potius repono.

Si mihi tecum reliquos in annos,
Quos ferum Fatum miseros parauit:
(Nam bonos sanctæ pietatis expers
Lancinat atrox)
O decus rerum lepidum mearum,
Protinus tandem licuisset olim
Esse securo, neque cogitanti
Vulneris huius:
Tu grauis gratum senij leuamen,
Lene, curarum dominus ferarum,
Vnus, & solus comes extitisses
Parue Adamanti.

Nunc quid incuſem hic? homines, Deoſne?
Quem monebo tam calidis querelis?
Quave te quaram, inueniamve nulla
Merce redemptum?
Heu quaſi extares, quoties vocaui?
Error heu quantum placuit? miſella
Sicut amiſſam vitulam, aut inuencum
Bucula quærit.
Illa ſi dumos virides lacertos
Audiit motare: micat repente
Auribus, fictum metuens metum, & vanam
Anxia ſiluam.

Animula tremula, miſera loca ſubige fuga.
Quid aliud aueo? lacryma pia vocat.
Periit, & abiit animus: vt is obeat ibi,
Latet vbi lapide gelidulus Adamas.

Mihi dicte pater alme, mihi dicende quietis.
Tacito qui pede furtiua bona noctis
Reduci ſubſtitutus grata dici.
Age linquens animarum Triuia regna ſilentum,
Vitrea deſidis aſpergine Lethes
Animum peruigilem tange receſſum.
Decimus Phœbus equis me celer afflauit anhelis:
Totidem candida noctes ſoror atras
Lacrymanti reparato tulit orbe.
Adamantillus amorum comes almus lepidorum
Abiens, nec redimendus pretio vllo
Renouauit fera diri mala luctus.
Igitur ſi veterum dicta virorum ſapientum
Orionis ſine probro canem ad aſtra
Retulerunt: ibi fulgebit & ille.
At o altis none flammis date ciuis, heri ab ore

Numerosum meditantis cape luctum,
Nitida afflans querulum barbiton aura.

Martis habens Narbo monumenta, terror hostium,
Frons sida Galli limitis, regni decus:
Sic tibi Doris aquas a face puras liberet:
Et munda lenis Nereus lambat vada:
Marmora mitte mihi, quibus sepulcrum construam.
Nanque hinc Carystius, Africa, & Luna est procul.
Si rogites, tumuli cui comparetur splendor hic:
Adamantio catellulo, & cordi meo.

Dic age, dic catelle:
Ecquid es mastus, miserum cum dominum relinquis?
Est tibi sensus vllus?
An simul molles anima hinc in Zephyros recessus?
Vnde igitur serena
Tanta vis mentis liquide in corpore delicato?
Articulis soluta
Vox resonantans vegeta defuit vna lingua.
Heu quot (inane fatum)
Turgidi fastus hominum nomina sacrit abunt?
Si bene credo: nullis
Artibus tecum meritos, quos nego, comparari.

Qualis labori fœmina perpeti
Cum cessit, artus vt foueat suos.
Nam virium exhausit tenorem
Nox pigra continuata luci:
Pensi futuri (sic decuit) memor,
Quod aut heriles insinuant minæ,
Aut liberorum multitudo:
Supposuit Cineri fauillam.
Diu latebant exiguæ foci
Prædes, fidili tegmine condita,

Non

Mox impotentes excitata
Flamma ruet crepitante vento.
Crementa miris tunc capiens modis
Victrix tyranno transilit impetu:
Et sæpe totas immerentes
Improba depopulatur urbes.
Sic me parumper sub Geniopoli
Veris, serenum sideris halitu
Abduxit a mœrore captum:
Compositisq; animum quieti.
Mox ad vireta & lumina fleximus:
Et pignoris nos admonuit locus:
Crux ex dolore fit, quod almas
Delitias alius paravit.

Matuta parens aurea lucida diei:
Quæ saltibus arentibus, aridisque lamis
Humoris agens munera rosidi reponis,
Terrore feras excute de suis cauernis
Atq; agricolis operas ser laboriosas.
Nostram pia mentem exue cogitatione,
Ne ignauia creent otia flammeos dolores.
Qui se comites fletibus induant medullis.
Nam pene sepultum obruit hic dolor miellum.
Cum e mente necem non queo delere catelli.
Iam læta seges contegit alta terga matris.
Cessit vitreus iam color a tepore veris
Fraudans roseo lumine flosculos nitentes.
Ecce manum poscit seges. Ecquid heu moror me?
Quominus esse virum me vel semel recorder?

Grauis agra, maligna dies
Fera carnificis filia fati:
Memorem quid amara mones,

Socio amisso, vulneris atri?
Coalescentia refricans?
'Durocq; iubes tumuli imperio
Mœrore lauare notas?
Nec erit pudor, aut modus, aut requies?
Quin plus sat hoc esse putans
Me fleo potius, quod fleo catulum?

Postquam me nequeo præcipiti temperare luctu:
Et quo magis retro pedem, me miserum, refero.
Hoc tanto magis ille indomitus pertinax perurit.
Effunde habenas: lacrymas Musa vocata voca.

Heu quoties subit imperij decus obsitum ruinis:
Seruire meq; conspicor:
Quis dubitet tum suprema mihi terminum diei
Optare? nolle viuere?
Iuppiter, Elicij qui nomine nuncupatus olim
Non rite tentantes ruis.
Huc tua tela, 'Deum, atq; hominum sator, abde seruitutem
In pectus aliquod barbarum.
Hæc mecum numero plangens rogo. verum vbi catellus
Amissus in mentem redit:
Flectitur huc animi mollis fuga. Tam potest ineptus
In fortibus viris dolor.

Si passerem poeta luxit optimus:
Eluxit idem passerem.
Si Stella fleuit altiem 'Dioneum:
Cessauit a fletu volens.
Nec forsan inchoauit, aut ille, aut hic. est
Feciße amicæ sat, sat est.
At tu misselle serio, ac vero dolens
Depone personam canis.

Corporis

Corporis pusilluli umbra, magna per vestigia,
Hic ubi maligna furuæ regna stant Proserpinæ,
Intererrans, non timebis horridæ specus canem?
Qui trifauci regna voce fulminis quatit modo?
An Charontis vim minacem pertimesces murcidi?
Quando non habes minuti dona nauli, quæ feras:
Aureusque ramus ille desit, unde transeas.
Ergo tam ferox, & audax, quandiu dum uiueres,
Offer illi nostra monstro tadioso carmina:
Aere quouis, & nitelis aureis plus fulgida.
A quibus pacatus ille trans Stygem te subuehat.

Mens sacri Genij potens:
Tu poli superas iuga:
Tu sinus Stygios subis:
Et per omnia transuolans
Ludis intemerata.
Siquid ardet in æthere:
Torpet aut quid in infimis
Candido imperio Iouis
Ditis imperio nigri
Conscius, eruta pandis.
Nulla te via lubrici
Temporis cita præterit.
Nec rigens mora detinet
Certa dux, pia regula,
Sancta lux rationis.
Quos tibi laqueos dies,
Quæ ue retia texuit?
Quas (malum) teretes plagas
Ausa tendere perpulit
Ue volens rapereris?
Sancta diua, potens tui,
Et tui modus o Dea:

Pone tam lacrymis modum:
Pauca carmina sint satis:
Si satis bene culta.
Oro mitte Catelluli
Laudibus cruciare te.
Nec senescere in hoc velis
Tandiu: & mulebribus
Fletibus temerari.

Catelle, sacra qui colis vagus loca,
Vireta amœna, lata, lecta pignora,
Quibus remunerator inclytos viros,
Bona æquitate sic fauente Iuppiter:
Adi Catulli, ads Maronis hospites.
Eos salute plurima obruas, meo,
Tuoque nomine. Inde, si quis, unde, quis
Sies, rogare te velit: refer statim.
Catellus, inque, Cæsaris. Sat hactenus,
Maligna fama nanque quod supra est, tegit.

Libet rogare, quisquis audire expetit.
Natura Neptuni gregem
An fabricarit: aridi montis iugis
Esse vt iuberet incolam.
An penna præpes aliti Iouis data;
Vti sub undis lubricum
Captaret anguem, aut lingulam, aut congrum, aut aprum.
Non dixeris nugas meras?
Quid me quietum, aut Martis, & socium, & ducem,
Musisque sacratum caput,
Abduxit actum in barbari cæli loca?
Vbi nulla pietas excubat:
Sed furta, Bacchus, sica, grassator, Venus,
Fraus, dira pejeratio.

Et præter hæc tot optimum in animum mala,
Furor perennis litium.
Quas qui abdicare debuit, dirus fouet;
Vt sericatus ambulet;
Laxe habitet; alta latifundiis tumens
Multa extruat prætoria;
Turgensque nostro sanguine eructet pagrum,
Aut Atagena Hibericum.
Tamen ferebam fortitudine, aut moræ
Oblitione perdita.
Quod cura si recurreret: præsto fuit
Adamantij lepidum caput.
Qui me moneret lentitudinis meæ:
Cum se viderem tam catum.
Nunc, cum ille tristi morte captus hinc abit:
Me me reliquit me sine.

Primus ille quis fuit,
Cui condidisse cantione fletum
Non inepta visa res:
Heu quas creauit mentibus ruinas?
Non ne oportuit prius
Considerasse, quam sibi placeret
Mœstus in lyra sua?
Inuitat ad se planctus: at calentes
Cantus occupans moras
Lassus remittet, haud satur querelis.
Quod mihi modo venit
Vsu, sed vsu inutili, impioque:
Arduis vt omnibus
Spretis, canendo defleam catellum.

Si verum est, dubiis omnia solibus
Deduci ad veteris somnia limitis:

Vero nomine quod dixerimus, nihil.
Accincta assiduis pœna laboribus
Quare vt perpetuis corda quatit bonis?
Quod si credidimus vitam Adamantij
Ævi curriculis & spatio parem:
A vero male nos lusimus auij.
Sin eisors eadem, quæ mihi contigit:
Cur me diseruciam, principis suis
Acceptam merito si soluit fidem?

Insaniam quis vllus vnquam credidit,
Esse animi miseri medicinam?
Est: scimus id nos. Nam vel hic furor meus
Immemorem memorem facit esse catelli.
Illumque tunc, cum canimus, obliuiscimur.
Vix bene dissidium hoc mihi credere promptum est.

Catelle norma candidi splendoris, & nitoris,
Quicunque vibrat fulgurans a Bengala lapillis,
Tibi vnde nomen (vt reor) fluxit iubente fato.
Idemque lacte purior, tum mitior columba,
Simplex tori quam nescient fert in sinu puella.
Catelle turbulentior leone vulnerato,
Quem vis acuta perculit Massylia sagitta:
Herique pernox assecla comesque lucubrantis:
Quamuis golu spumescerent stringente cuncta Coro.
Vbi te locorum quaritem? quis hinc viam docebit?
Tecum haud quco tam viuere hic, & absq; te molestum est.

Colore tincta noctis
Canopica Syenes
Vt vecta turba pictis
Testaceis fasellis,
Aut quas papyrus armat,
Dexterioris vnda

Incondita

Incondito boatu
Triſtes modos cientes
Suum canunt Oſirim.
Myrrha ſatum Cythero
Vltura fortis aprum.
Vt Ælinum ſacrabant
Iam Doria Camœna.
Vt mollis illa turba
Stalagmiata Midæ
Bromium vocat puellum.
Quibus tuum miniſtras
Sonum beata Muſa:
Sic nunc tuo poeta,
Qui te modis frequentat,
Modis inuſitatis
Succurre larga: rore
Tuoque tinge labra,
Quæ ſicca ſunt vocando
Puſillulum catellum:
Ne lacryma putent ſe
Plus poſſe ad irrigandum
Arentis oris oras.
Et præferunt ſeipſas
Liquidiſſimis Camœnis.

Seu fecit ætas, ſiue tempus aſperum,
Quo tenebroſa faces rutilas quatit
Triſiphone ſata nocte, ciens male ſana ſorores.
Ad vltionis vltimum nouæ gradum:
Seu pectora grauis ſtudij otia
Debita natura, conſultis debita fatis:
Id vindicarunt tempus abſciſſum ſibi.
Deſierant celebres Aganippides,
Nec penitus noſtris numeris auerſus Apollo

Olim

Olim me dullas ſæuus incendens amor
Me mihi ſurripuit male ſobrio.
Mollia tum rigido dictarunt carmina Muſa.
Quin uſque ad ipſum ſæpe duxerunt Deum,
Quem merito canerem grauibus modis.
Et non tam grauibus Heroas, & Heroinas.
At nunc ſuperba mors triumpho nobili
Exiliens ſuperato Adamantio
(Mirum) vt amara facit dulces mihi fundere verſus.

Multa luſimus proterue:
Sed proteruior fuit mors.
Sic ſupinitas Thaliæ
Ex ſupinitate nata eſt.
Fata dira, ſæua fata,
Mors maligna, mors amara,
Redde mi meum catellum:
Aut fer, vt male audiatis.

Muſa delicia Iouis, nectariſque miniſtra:
Quod cum ſuauiſonis fluens Hippocremidos vndis,
Spiritus creat arduos, arduoſque poetas.
Non tuas tibi concidet turpis hircus ad aras.
Bacchus hunc olidum hauriat, fumidumque cruorem.
Quaque viniuoro iacet turba victa ſopore.
Nidor hinc male ſobrios expatrabit ocellos.
Nec focos tenera imbuet rapta bucula matri.
Illa quid meruit, precor? quidve vitæ bidentum,
Fiat, vt leuior mihi, leniorque Camœnis?
Sed tibi dabo muneri, rara dona, catellum:
Si tu eum celebri dabis poſſe ducere cantu.
Si mihi Stygij Iouis furias Iuno remitteret.

Præſidio ſortis iniquæ
Scelesta mors auſa fuit nefandum

Flagitium

Flagitium dira patrare.
Quid peius est, quam ruere impotenter
Alma parens quod orbis
Natura dans, consulit orbitati?
Si bene fit, quod fit, vt extet:
Quid, quod facit, ne, quod erat, sit vltra?
Redde mihi saua catellum.
Aut te vocabo sobolem Megæra.

Verona mater, orbis aureum decus siue sicci,
Seu rorulenti marginem vltimum velis comparare.
Ecquid pudebit inclytos Lares meos lenitatis?
Quod mollicellum fleuimus fauente Musa catellum?

Regina vocis almæ,
Quæ modulis concelebras gesta virum, Thalia:
Seu tendis excitare
Funditus e principiis semina dia rerum:
Seu ducis ad maritum
Virgo tegens virgineum flammeolo pudorem.
Est munerum tuorum
Flectere crudam precibus connubij insolentem.
O lacrymas suaui
Nectare mulce vario carmine temperatas,
Quas cogor hic calentes
Fundere nunc instituens ad tumulum catelli.

Momenta trucis liuida temporis:
Quæ perpetuis reduuia rotis
Sine delectu, sine respectu
Crudeliter omnia consumitis:
Audite, rogo: & dicite contra.
Orbi melius nonne fuisset
Domino catulum supersse pio:
Quam nihil esse, quod aliquid fuerat?

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI HEROES.

AD GVIDONEM GOLARDVM BRASSACVM PRAESIDEM BVRDEG.

NObilis Heroum numerosis aucta Camœnis
En redit ad notos te duce turba Lares.
Illa quidem æternis olim præcincta coronis,
Gaudebat tituli luce superba tui.
Nunc autem adscitis aliis augustior aris,
Aut petit abs te, aut dat thura cremanda tibi.

C. Iulius Cæsar dictator.

Omnia qui solus fueram: cui Roma triumphus,
Roma parens, patriæ Roma nouerca patri:
Adsum Cæsar, ab extremo cui terminus axe
Summittit trepidum pronus vtrunque caput.
Plus mea mi nocuit pietas, quam Martius hostis.
Hoc, quod non potuit vis, scelus esse facit.
Ponite ferales animos, turba impia. non me
Caditis. hoc Roma est, quod manus ista ruit.

Cani

Cani Scaligero cognomento Magno.

O natum imperiis sanctum caput: aurea sæcli
Vena boni: belli & pacis vterq; parens,
Cognato inuicta o virtus contermina cælo:
O par magnanimo dextraq; mensq; Deo:
Deliciæ humani generis: spes vltima rerum,
Quas fera Fors fati turbine rapta quatit:
Sancte, libens cape, quas tepidas tibi ponimus aras,
Inclytaque astrigena stemmata parta manu.
Et patere exigua hæc profugi quoq; facta nepotis
Surgere, qua veteri mole ruente, vacat.
Nil summum sterit vsq; tuo super omnia ductu
Res erecta, suo pondere pressa iacet.

Romulus.

Plus quam hominem augustis meritis stupefacta vetustas
Nostra refert magni semina Martis opus.
Reddidit auis vetus imperium: noua regna nepotes
Tanta fouent, meta & viribus æqua Deis.
Nomen iure fugent: sublato nanque Quirino
Par nunquam sacris sedibus vllus erit.

Numa.

Immanis fuerat qua tetra licentia ferri,
Libertas nitido nomine læta venit.
Exq; feris homines fecit, exq; tyrannide regnum.
Ille dedit terras, ast ego iura Poli.

Tullus Hostilius.

Hostilius ergo cruor, tauri in pecudumq; cruorem,
Sacrificum in cultrum Martius ensis abit?
Aspice qua cæli positus sis parte serena,
Degenerem populum, magne Quirine, tuum.
Fœmineis resides euerte recessibus aras.
Monstrare, haud Roma est, sed dare posse Deos.

Alexander

Alexander Magnus.

Materies ego virtutis, mihi vt illa vicissim
Fomes inexpleto; qui Ioue natus eram.
Nec bello formidatus; nec pace quieui;
Nec sensisse necis horrida tela putes.
Vestro isto sed enim orbe mihi cedente priore;
Alter hic a terris iam capiendus erat.

Vlysses.

Cætera, quæ faciunt genus mortalibus orti:
Talia sunt, fieri quæ sibi quisque putat.
Ille Heros, de quo vereantur scribere; cuius
Gesta verecunda sunt potiora fide.

L. Martio.

Pascere diuum clarissima tempora circum,
Lapsa Iouis gremio, pascere flamma vivi.
Dum redit ad Lucros melior fortuna Quirites:
Atq; suos nouerunt signa recepta Deos.
Exhibuit duo Scipiadas: bina hostica vicit
Castra: duci, Maurs inclyte, da quod agat.
Illos, atque alios elegerit aura senatus,
Aut populi. Virtus hæc sibi sola parit.

M. Marcellus.

Barbare, quid temere, ac frustra tumido ore superbis,
Fortunæ instabilis non bene fretus opē?
Vicisti, non Romanum. neque enim illa fugacis
Colluuies, Roma est. integra restat adhuc.
Huc conuerte acies. en hæ sunt, Annibal, Alpes,
Hic Roma, Italia hæc, Dextera nostra: times.

Philippus rex.

Materiam superauī omnem. da cetera: vincam,
Hoc quod virtuti fors superesse dedit,
Transfudi in natum: inde fuit tam magnus. ab vno
Mortali haud poterant numina tanta capi.

Sicinnius

Sicinnius Dentatus.

Si celerem verus vates cecinisset Achillem:
Post famæ celebres ille iaceret opes.
Si mihi mendaci clausisset Græcia lingua:
Vix satis ad dextræ sit monumenta meæ.
Malo tamen priscæ præferre insignia laudis.
Non est Romanum fingere, sed facere.

Masinissæ.

Vnum constitui heroem describere: laudes
Obtulit ad meritas se Masinissa suas.
Virtutem, imperium tacitus contemplor: at vnus
Non fuit. Hic longe plurimus, vnus, erat.
Sortis tentator variæ, victorq; malignæ
Cunctorum expressit omnia facta virum.
Est, non est Regnum: est semper Masinissa. Triumphi
Romani, ah Roma pars quoq; sæpe fuit.

Hectori.

Ne tenui ingentem heroem metire sepulcro.
Haud tumuli tantum fors capit vlla virum.
Bustum, Asia, Europæ iuratis sæcla maniplis,
Totius cæli cura, metusque Deum.

Brenno Veronæ conditori.

Magnanimas age, terribiles age, Brenne, phalanges:
Inclyta virtuti debita terra tua est.
Transfer ad illustres felicia semina mentes:
Vnde Athesi inuideant regna suprema Iouis.
Non potuere alta statui primordia gentis
Nobiliore viro, nobiliore loco.

Q. Fabius Maximus.

Hostis Fortuna est, non tu. non prælia terrent.
Sortem æquam facias: signa parata: veni.
Temporis es seruus, dominus non noster. at illud
Sit par. nos domini temporis, atq; tui.

Nec tibi spem faciat socij temeraria virtus:
Nanque illum contra, & te satis unus ero.

Antenor.

Diis fretus, Diis indigenis: quibus ultima corda
Inter fata Deum fata fuere Phrygum,
Dextra Asiam forti, iusta acria Pergama lingua.
Victorem docui cedere velle mihi.

Pyrrhus rex.

Robore nulli, nulli animis, nulli arte secundus,
Magno ter tanto maior Achille meo,
Veras quæro acies, & veri prælia Martis.
Qui petat imbelles, malumus esse domi.
Aut totum, aut nihil: At paruum, nihilo est minus illud
Dedecet Æacidas, progeniemque Iouis.
Nolim, exprobretur tenuis victoria Pyrrho.
Vinci a Romanis, vincere pene fuit.

Iacobus Sadoletus.

Quæ tetris pietas infensior exulat aulis,
Ultro aula, ac penitus candida facta mea est.
Quaque forum tumido furiabat perdita fastu,
Imposita est per me lingua diserta polo.
Hæc summa est: recte sapere, & bene dicere verum.
Sic solus iunxi cum Ciceronе Deum.

Annibal.

Sum ne ego, qui trepidas fractis cernicibus Alpes
Institui ignoto tramite ferre iugum?
Sum ne ego, qui innumera confertis cæde maniplis,
Romanos docui scire pauere Deos?
Quando ego, qui Italiam fugio, sum pulsus ab hoste?
Victorem victo cur patria ore vocat?
Siccine me inuidia, cives, oneraſtis acerba,
Vt clam speratas subtraheretis opes?

Nec

Non potuit Romana manus, non sidera: sed fraus
Punica me Annibalem perdere sola potest.

Aeneas.

Ira Deum reliquiæ: fato superstes, excisæ anima Asiæ:
Repositi patris officium: vitam patriæ: regnum meis:
Victoris interitum: Latio annos veteres: cælo Deos nouos.

Camillus.

Heu quibus auspiciis populum posituræ Quirinè
Fundasti validâ mœnia parua manu?
Tristes reliquiæ, duri discrimina leti
Defendunt rigida vix bene rupe iugum.
Ponere magnum erat e nihilo surgentia. plus est.
Ingentem moli restituisse suæ.

M. Cato maior.

Vnicus in toto Cato sum ter maximus orbe.
Talem habuere forum, curia, castra, virum.
Omnipotens mea lingua: manus dura omnia vincens:
Consilium felix: imperium sapiens.
Quæ sibi quisque aly tenuere amplissima: luxus,
Diuitiæ, ambitio, perdita visa mihi.
Libertas animi sine seditione: cupido
Pro patria: pro me non nisi turba, labor.
Iudiciis actus varius, ita solnor ab illis,
Vt se accusator iam putet esse reum.
Vnus, talis erum. plures si forte fuisse,
Sic plures Romas ergo fuisse putes.

Priamus.

Vos etiam caco mortales carcere clausi
Audetis querulis fundere verba modis?
Aut minus esse rei, quam quantum ambire potestis,
Aut quantum vitæ sors superesse velit?
Plus habui, quam quod potui seruare. quid ah plus,
Plus vixi, quam quod viuere debueram.

Scipio.

Hesperios animos, inuictaq; robora gentis,
Quosq; dat indomitos Africa terra viros
Perdomuisse, aliquid mihi sit. Victoria, dura
Victorem Italiæ vincere sola fuit.

Pythagoræ.

Ipsa tacens species, seniæ ipsa tacentis imago
Obiecta æternæ munera mentis habet.
Pythagoram melius Natura haud exprimit. & nunc
Defunctis sapiens umbra silere docet.

Achilles.

Qui magnæ momenta Asiæ, qui fata parentum
Vici, & Romulidum semina dia ducum,
Quod calum adiecto mortalis inuidit honore
Iuppiter, hoc per me nemine dante tuli.
Terror heroum vita est mortalibus. ante
Feci ego, quam fierem, posse timere, Iouem.

Aiacis.

Cessantem ad naues qui præstitit vnus Achillem:
Cunctorum & cunctis præstitit vnus opem:
Hectoris e manibus seruatis mille carinis,
Qui Graus reditus commoda tuta dedit:
Non redit ipse. hosti inuictus se vicit: & hic nunc
Hostica sic etiam mortuus arua premit.

Orestes.

Vltrices posthac, populi, cognoscite Diras,
Quæ sontum mentes exagitare solent.
Impia tota fuit mater, non totus Orestes.
Dimidium furiæ: tota quid ergo nihil?

Aristoteles.

Ne perge, ne viator: hic sistas gradum.
Vltrane promouere posse te putas?

Hæc

Hic meta mundi, hæc finis orbis vltima,
Aristoteles, haud totus, haud semis, neq;
Tantilla tanti portio miraculi.
Magnine dicam interpretem clarum poli,
An emulum? alteraſq; Natura vices
An ſuper & hæc, & omnia alibi poſſumus
Quæ dicere, & quæ dicere hic non poſſumus?
Apprende mente: ſi tamen mentem Dei
Quis comparem par prendit, hunc ſolers capis.
Vnus ſuper omnes ſingulis qui omnes fuit.
Penes Deos homo, penes homines Deus.

Plato.

Die Plato, quid enim fruſtra mea carmina tentent
Aſtra ſubire notis aurea facta tuis?
Non noſtrum eſt: non vlla tuum mortalibus auſis
Ingenium, & linguam lingua referre queat.
Ipſe tibi pretium ſolus: tu meta tibiipſi:
Teq; alius, niſi tu, dicere nemo poteſt.

Benedictus Scaliger pater.

Eterſo patrio imperio, atq; illuſtribus armis,
Scaligerum inuicti poſt opera alta animi,
Victum ab eo toties fatum ſuperauit. & inde hæc
Relliquias tanti nominis vrna capit.

Saladinus.

Innumeri hunc tulerant reges orientis honorem:
Ægyptum vt quaterent ſub iuga quiſque ſua.
Hoc etiam a Scythicis effuſa proteruia campis,
Hoc etiam tenuit maxima Roma decus.
Quos fecit tumidos tantarum gloria rerum,
Et bellatorum copia tanta ducum,
Cogite: & occaſum ſero cum limite ſolem,
Quotq; ſub Arctoa ſidera nocte micant.

Non vget in tenui Saladini gloria Marte.
Occasusque, orienſque omnibus vnus ero.

Hercules.

Nempe trucis iuſſu teterrima monſtra nouerca
Hoc dextra inuicto robore preſſa iacent.
Conde alios pater vxori bene Iuppiter orbes,
Quos vincam. aut merito iam mihi pande tuum.

Lucæ Gaurici præceptoris.

Poſt leges cæli varias, aſcriptaque mundo
Fœdera, poſt ſuperis reddita iura Deis:
Quem vix ſiderei magnum cepere receſſu,
Hoc hoſpes modico puluere terra tegit.
Viuere dignus erat ſemper: ſed vita futuris
Auctior, æterno lumine vita fuit.

Narſes.

Conſilium, grauitas, popularis gratia, Mauors
Succeſſu etiam poſt mea fata dedit.
Quot finem regnis poſuiſſet Gothica virtus,
Huic finem ponens tanta ego reſtituo.

Cocles.

Quis tecum Deus? o, quiſnam fuit ille Deorum?
Quis Deus arma tua fudit Ethruſca manu?
Quis tibi in humano diuinas corpore vires:
Mortalique animo cedere fata dedit?
Vellere ſigna iube: veſtri Porſenna Quiritem
Vnum totius agminis inſtar habes.

Angelo Politiano.

Ante, tuo quam te noſcem de pectore, non te,
Aiebam, decuit, Politiane, mori.
Siue mori decuit: ſed non decuiſſe fatebor
Ah ſic ah iuuenem, Politiane, mori.
At diuina ſemel noui cum pectora: dixi,
Nec iuuenem, nec iam, Politiane, mori.

Ioannes Picus Mirandula.

Heroas cur non implet Mirandula nostros?
Mortali scribi non valet ille manu.

Hermolaus Barbarus.

Quid primum? quid postremum? quid denique dicam?
Quid sileam? en instant cuncta parata simul.
Maxima nobilitas: facies diuina: supremum
Ingenium: sancta pectora: pura manus.
Solum id, quod nunquam fuerit, nescisse erat. immo
Hoc, at cum cautis, non fore sciuit item.
Vnicus e caelo cecidit, non tertius. Astris
Integer vt cecidit, integer astra petit.
Heu heu cur iuuenem rapuit mors inuida? viuo
Principis haud poterat nomine Roma frui.

Aesculapius.

Pone tibi metas naturae, pone recessus
Et Iouis, & quicquid Iuppiter esse potest.
Ille dedit vitam, mortem dabit. auctius hoc est:
Post mortem, vita do sine labe bonum.

Quintus Mutius Scæuola.

Hoc patere, hoc, quod iure tibi debetur iniquo.
Hoc patere, hoc, quod tu debueras facere.
Sentiat hoc in sese olim Porsenna paratum:
Quod te praecipiti numine ferre videt.
Magna nimis superis visa es, mihi perdita: nanque
Quae patriae non es dextera, nec mea sis.

Petrus Bembus.

Si probitas, pietas, grauitas, animusque quietus
Cedunt iis numeris, qui Ciceronis erant:
Sic palmam ex Cicerone feram. sin gloria maior
Ex illis: palmam de Cicerone feram.

Scæua C. Cæſaris cent.

Ne pellat te ingrata, quaſi fortuna minorem:
'Par magno, aut maior, maxime Scæua, duco.
Si tibi pro meritis æquos partitur honores;
Caſtra dat. in te vno caſtraque, & ipſe fuit.

Ioanni Iucundo præceptori.

Prima elementa mihi puero dedit ille tenello,
Qui norat magni prima elementa Dei.
Sancte ſenex, tibi parua pie fero munera linguæ.
Veſtra illa has fruges ſemina facta ferunt.
At vos cæleſtes, animi, qui voluitis orbes:
Qui ſi ceſſetis, omnia fuſa cadent:
Feſſi eſtis? date Iucundo. reget omnia ſolus:
Reſtituetque etiam, ſi male fulta ruant.

M. Antonius Turrianus.

Suada, Venus, Nemeſis, Charites, Sapientia, Muſæ
Amplexæ in cunis pectora Turrioli,
Pro ſe quaq; ſibi trahere, & contendere. verum
Cum ſors, viſq; ſimul omnibus æqua foret:
Marte ſuperueniente: Venus, committimus, inquit,
Vno aſſenſu hominem, iudiciumq; tibi.
Ille ferox gladium nudans, Hoc vicimus. aut vos
Hunc mecum: aut totus ceſſerit ergo mihi.

Nicolaus Arci Comes.

Ille decus Laty, patriæ mellitus alumnus,
Cuius honorata eſt Roma ſuperba chely:
Calliopæ in gremio numeroſa voce relicta,
Quaque nouos ſuperat, quaq; laceſſit auos:
Dum Turry laudes effuſis ambit habenis:
Eſt factus Genio grandior ipſe ſuo.
Creſcere qui potuit tantus? res mira. putetur,
Quem caneret, factus pleniar eſſe Deo.

Nerua

Nerua.

Tosi tot monstra hominum, post tot portenta Deorum:
Accisæ patriæ qui medeatur, adest.
Accepere alij tua iam momenta tyranni
Roma vetus: potius hæc tibi Nerua dedit.

Leonida & socij.

Felices animæ, magno quas Græcia luctu,
Quasq; canat magnis Græcia læta modis:
Magnanimo duplicem peperistis funere vitam:
Hanc patriæ, vobis altera vera datur.
Nec tam perpetuis decorat vos fama coronis:
Quam vestro maior facta decore volat.

Matthias Coruinus.

Romano inuictos deuici robore Parthos:
Parthica nam generis semina Turcus habet,
Romano intacta, est mihi gens deicta Scytharum:
Finibus & pasa est cedere torua suis.
Bis tricena inij sub signis prælia. pulsus
Bis sum, non victus: cætera victor abij.
Sarmata pro ludo est: terror legionibus, armis
Germanus didicit dura timere meis.
Plurima pro patria Cæsar, pro se omnia semper.
Vnquam pro me ego nil: omnia pro patria.
Non mi est Hungaria regnum: donamus. at orbis,
Quam sic defendo, cætera turba mea es.

L. Lucullus.

Inclyta facundos vicit sapientia Graios:
Sunt deleta armis barbara signa meis.
Illo impar Pompei, minor hoc. ne attinge triumphos
Ex Asia. Hoc, quod agis, actum erat ante mihi.

Belisarius.

Gens rerum domitrix, genus insuperabile bello
Verterat Æneadas in sua iura lares.

Sed neque victa vnquam duris discedit ab armis,
Magnanimas augent aucta pericla manus.
Fortem, felicem, impauidum qui vicerit: illum
Quos titulos, quantum nomen habere decet?
Gothicus, atque alio sit Iustinianus honore:
Si sibi de capite detrahit ille meo.

Deciis duobus.

Rari animi, & dubiis certissima robora rebus,
Vel potiora omni laude, vel inuidia:
Tempore qui prior est, prior an virtute: quis ergo
Vel docuisse valens, vel didicisse volens?

Iacobus Faber Stapulen.

Inuidiosa vtriusque sui sapientia mundi
Mortalis, Stapulæ quem genuere, Faber.
Iacta alios, qui egeant laudis, mea Gallia, vestra.
Nanque mea potius, Gallia, laudis eges.

Diomedes.

Redde Helenam prædo infamis, Venus improba mœchum
Qua dederat, nostro vulnere læsa fugit.
Cedite vos aly mortalia corpora. Nam sunt
Materies dextra numina sola mea.

Palamedes.

Sisyphij comites, scelerumque inuentor Vlysses,
Morte mea impurus exaturate manus,
Si Troianorum exitium debetur Vlyssi.
Quo fine non vnquam mœnia Scæa cadant:
Adduxi: ergo dedi. Quid idem ergo fata dedere
Exitiumque illis, exitiumque mihi?

Torellus Saraina & Paulus Aemylius.

Descripsit patrium ignaris qui gentibus orbem,
Et nostros patry qui decus orbis auos,
Acer iudicio, ingenio Torellus amœno,
Legibus insignis, nobilis historia.

Condidit

Condidit aeternos meritæ genitricis honores:
Scaligeros posuit, qui cecidere, lares.
Non potuit tamen ille suis felicibus horis
Certius ignotos continuare duces.
Quid faceret? toties vario fortuna tumultu
Dum furit: & miseris incubat hostis agris:
Tempus edax operit: populatur dira vetustas
Nominaque, & seclo gesta sepulta rudi.
Paulus adest, qui facundo detexuit ore
Erutæ Germanis stemmata sacra libris.
Magnanimo primum imperium deduxit Alano;
Attila quo Latias tempore fregit opes
Guillelmum usque ad avum magni genitoris: at illi
Nicoleos fuerat, quod fuit ipse mihi.
Pro quibus, o, meritis quid iam, quid utrique reponam?
Reddere quid profugi sordida fata parent?
Nanque hos nec lacrymis pensandos esse labores
Arbitror: & mihi iam nil nisi flere datur.
Præmia vos ipsi vobis. opus omnia vincit
Vestrum: quo patriæ reddita vita fuit.

Solon Athenienses alloquitur.

Cum te hominem facio, non sum Deus? ecce tyrannus,
Quem venerare, vorat libera iura: dedi.
Occupat is patriam: tibi patria tecta relinquo:
Tuque ut agas cuius, protinus exul ago.
Non est exilium, patria ditione carere:
In patria exilium est, lege carere, bonis.

Ninus.

Qui ieci veterum cælestia semina regum:
Unde trahit claros ordo superbus avos:
Qui populi primus docui fera pectora duri
Aut sponte, aut gelido ferre pavore iugum:

Orbis

Orbis ades: memoriq; Ninum celebrate triumpho
Tam populi, quam rex. Hi metuant, hic amet.

Trigemini Horat. & Curiat.

Vtro animum inclinet trepidum victoria nostrum,
Nescio: virtutis nomine tantus amor.
Malo tamen nostros, quanquam ah sic vincimus: hostes
Vincere sic potius, vt meruisse putes.

Augustinus Ghisius.

Heu cur magnanimam licuit non tangere dextram?
Cui me seipsa darent pectora, lingua, manus.
Naturam immensum rara est fortuna secuta.
Mox sociæ certant vtraque iuncta sua.
Magna dat hæc. hæc magna iubet dare. suscipit ille
Multa sibi quæ habeat, quo dare multa velit.
Priuatus reges superat: spes preuenit omnes,
Quæque facit populus maxima vota Deis.
Hunc magnum, ast vnum fecit Fortuna petentem:
Hic omnes, etiam qui bona nulla petant.
Scribens deficio: dando non deficit. Vnum
Hoc sat habet, si se scit retinere sibi.

Hippocrates, Galenus, Auicenna.

Quæ breuia arguuis fuerant astricta libellis,
Tectaque concisis sensa profunda notis:
Et quæ Pergameis confusa ambagibus alter
Dissimili similis dat ratione senex:
Plebeiorum opus hæc sub regia tecta recepit:
Sciret vt externo certius ore loqui.
Addita, quæ decrant: sunt ambitiosa resecta.
Appositoque decens ordine lucet honos.
Oblatras tamen, at nec te miseranda mouebant
Heu translatorum vulnera facta manu?
Atqui hoc supplicium tibi, cum laudata relinquas:
Quæque palam damnas, clam sequerere miser.

Mummius

Mummius.

Hectoris ingentis manes: si forte silentum
Agmina mortalis vox subit vlla Deum:
Quæ Asia, quæq; Europa fuit vna sepulcrum,
Quæq; sibi vastus magna fuit tumulus:
Discecit veteres cineres, regnatq; superba,
Martigenisque frequens Troia renata viris.
Myrmidones periere: refer congressus Achillis
Æneadum patitur Thessala terra iugum.

Des. Erasmo Roterodamo.

Tu ne etiam moreris? ah quid me linquis Erasme
Ante, meus quam sit conciliatus amor?
Tu ne etiam? cui tam parvus fuit orbis, vt alta
Expleres mentis fulmina torua tuæ.
Ergo sidereis post quam est subuecta quadrigis,
Atq; Dei leto lingua recepta sinu:
Ille ego, qui insane ridebam vulnera mortis,
Conditaque Ætnæa tela trisulca manu,
Ad quodnis stupeo momentum, ac territus asto:
Maxima cum videam numina posse mori.

Hieronymus Fracastorius.

Os Fracastorio nascenti defuit. ergo
Sedulus attenta finxit Apollo manu.
Inde hauri medicusque ingens, ingensque poeta:
Et magno facies omnia plena Deo.

Io. Iouianus Pontanus.

Millia multiplicis canimus discrimina mentis:
Vt nec Mercurius se putet esse parem.
Nemo vnquam melius tractauit præmia pacis:
Aut fortis docuit ferrea iura manus.
Nulla vnquam audiuit meliorem curia linguam:
Nulla magis sapidos sobria mensa iocos.

Et

Et tamen ipse vides, quot quantas attigit artes.
Immo sic coluit, autor vt esse queat.

Peretto Pomponatio præceptori.

Nunc iam vera vides fulgenti exceptus olympo,
Principia æterno semine nostra capi.
Hoc tibi naturæ socio tum defuit vnum.
Cætera nec cunctis sic potuere loqui.

Themistocles Theseum alloquitur, & Palladem.

Coge vagum populum, ac Graium fac nobilis orbem:
Quo foueat veteres tetrica Pallas auos.
At tu diua, tibi patruum qua cedere cogis:
Linquat vt auspicijs mœnia sacra tuis:
Id Theseo: hoc patruo dones minusima, ciues
Vt pelago seruet. hoc quoque cede mihi.

Pompeius.

Cui prius impery virtus dedit ardua fasces,
Quam caperet miles iussa aliena rudis,
Heu domitor maris, ac terra, spes aurea cæli,
Hoc rapior, tegor hac, spiritus illud habet.
Qualibet ingrato præceps grassare tyranno
Virtutis toties turbine fusa meæ:
Non poteras Fortuna tuas ostendere vires,
Ni caderem, tandem dedecus vlta tuum.

Cn. Cornelius Cethegus.

Flos delibatus populi Cornelius, vnus
Magniloquus, Suada pura medulla Dea.
His meruit magni celebrari laudibus Enny:
Nec pro dimidio tanta fuere satis.

Q. Cæditius.

Tutus abi: subduc legiones: Punica sistam
Signa ego: vel tantus, nec satis, hostis eris.

Con-
sulum

Cõsilium do: doque animam. teget omnia virtus:
Victoris domina hæc dextra cluere valet.
Pœne puta; si vis Romanam excindere gentem;
Quintum (aditum vincere posse prius.

Ennio.

Pande sinus age, nec lingua te subtrahe nostra:
Pande Helicon: pura soluite sacra Dea.
Tantus amor vestri, tantæ proba gloria laudis:
Vix alius vestras vt mereatur opes.
Magne senex, cui torua grauis sonat horrida cantu
Buccina, bellaci cum crepat hasta manu:
Dic Roma, dic Phœbigenis; te huic condere vitam:
His donare sacra semina magna tuba.

Traianus.

Hactenus indulsit sceleri fortuna senatus.
Hinc facies placido libera fronte redit.
Non tu, Roma, mea es, sed ego tuus. accipe leges.
Quas mihi des. doceas, atque docere simul.

Prometheus.

Hoccine, mortales, vero pro munere vitæ
Redditis, vt ne sit fama fama secunda mihi?
Terra fuit, quod erit, quod & est, quod & estis: & istud
Enexi ignoti sidera ad alta poli.
Ignes exerui æternos: sacra illa recluſi,
Queis sine Cimmeriis nox silet atra iugis.
Pro quibus, ingrati, rostrumque, feraſque catenas,
Ac rupes totus fabula factus ago.
Me ne etiam in scenam traxistis; vt impia duro
Turba gemens plausu verba supina daret?
Vanum nescio quem, diuum fecistis, Homerum:
Quem vestra in superos stupra referre iuuat.
Me diuum, atque Deos qui vos fecisse ferat: me
Dementes vano sic lacerare probro?

Bonisatio

Bonifatio Scaligero patruo.

Ergo legens de te scripsi quæ maxime rerum:
Tanta etiam vt valeant solicitare Iouem:
Inueni dictisque tuis factisque minorem
Omnigenam linguam, magnificamque manum.
Quare quæ de aliis summa omnia dixero: in iis te
Principij ac finis intra tenere, tuum est.

Pindaro.

Ales olorini diuino carmine cantus
Vltima Pegasei meta seuera chori:
Nam quis te patrij liquida inter sidera cœli
Consequitur? quis te posse tenere putet?
Te satis est quæsisse: satis potuisse videre:
Est audire Dei, non hominis capere.

Matthæus Bandellus.

Dum teneros loquitur dulcis Bandellus amores:
Ipse sui oblitus tela remisit Amor.
Seu canit Aonium fontem, fontisque Sorores:
Fonti ipsi ex illo lactea vena fluit.
Phœbus vbi insuetis tentat superesse Camœnis:
Bandelli insolita temperat arte lyram.
Hic totum prima repetens ab origine mundum,
Digerit in numeros cuncta elementa suos.
Rerum, ac Fatorum, rarusque interpres olympi
Arcessit faciles in sua vota Deos.
Infelix sæclum, an felicis commoda cœli,
Si, quæ debentur omnibus, vnus habet?

Xenophonti.

O quem te in numerum, aut censum, Vir magne, reponam?
Quem docuit puras vtraque Pallas opes.
Arma canamne inuicta Ducis? te ne, Attica Pitho,
Lucida nectareo verba parare sono?

Vtrumque

Vtrunque, & dextræ, & diuinæ fulgure linguæ
Quæ dixti, facere: dicere, quæ facires.

Ioanni Cottæ.

Intra in me Cottæ Genius, quem dicere conor:
Aut perit trepida mens tremefactæ fuga.
Tu Laty Siren. ita cantu interficis omnes.
Nam tua qui legit, scribere nemo potest.

Demostheni.

Quidnam agis vndisoni strepera prope gurgitis vndas,
Qui sandi posses ponere iura Dei?
Vt ne feras populi insanas interritus aures?
Fallere. vt auscultent te, freta muta silent.

C. Fabritius.

A me ad vos auri conuertite pondera, scitis
Qui vtier his: ego, qui nescio, quid faciam?
His membris quantum, ac quoties dominarier ausim:
Tam dominarier ausim auri etiam dominis.

Cæsar Fregosus.

Cur non est patria natus Fregosus in aula,
Cui dederant veteres maxima sceptra Lares?
Cui fuerat totus bellanti debitus orbis,
Non potuit soli tantus ab Vrbe capi.
Cur, qui aliis peperit patrias, sibi defuit vni?
Diuinum potius est dare, quam accipere.
Dum parat excidium excidijs (ah dedecus) hostis
Territus excepit proditum ab insidijs.
Qui reges domuit, qui Martem terruit armis:
Iniusto poterat non nisi Marte mori.

P. Ouidius Naso.

A me vtinam inciperes ferus esse, cruente: nec atras
Per cædes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te mouit tetricum luscina iuuentus:
Te iuuenem damnas perditus: exul abi.

Impia flagitiis squallent penetralia diris.
Damnati superant nomina fœda rei.
Non te diuinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.
Lactea molliuit veteres mea vena poetas:
Et rerum docuit pondera certa nouos.
Cum te laudarem, tunc jam mentitus ob vnum hoc
Exilij fuerat debita pœna mihi.

Homerus.

Mortales, me etiam mortali semine cretum,
Et paria ausi estis credere fata mihi,
Ac non natura superatas carmine leges,
Verlaque in humanas iura superna vices?
Non homines, non me Musa peperere: sed a me
Principium Musa patre tulere suum.

Ludouico Cælio præcept.

Descripsit Varro, coram quæ sæpe videbat;
Aut facile e patrio prompserat hausta libris.
Varronem extinctum magni sit reddere: maius
Illum maiorem condere. vtrunque dedi.

Cœlius Calcagninus.

Cœlius haud Romæ genitus, nec natus Athenis,
Non vbi Castalias vngula fecit aquas:
Arpinum aquauit, patrem Stagira salutat:
Aut genuit Musas, aut peperere suum.
Iudicium, ingenium, pietas, facundia, census,
Nobilitas, grauitas, gratia, forma, lepor:
Si quid præterea mortalem rarius orbem
Concelebrat, siquid sidera magna colunt:
Cuncta fui. Verum humano tum pectore maius,
Cuncta aliis dare, quam cuncta habuisse mihi.

Archimedes.

Archimedes.

Vlterius ne tende: tenes Romane, quod optas:
Vltima iam mundi machina tota tua est.
Occides: ne huius vincis dum lumina mundi
Possim inuictum alium iam fabricare nouum.

Mithridates.

Quid decora imperij, aut magnos memorare triumphos,
Omnia quæ misera sors tulit atra fuga.
Immensi gesta alta animi, vegetumque vigorem
Hauriat illa eadem, quæ male ferre potest.
Vicit, cui dederant Dy vincere: non ea virtus,
Sed Fors, virtutem ludere dura volens.
Plus habeat laudis, quod me superauerit, vnus:
Atque ego, quod victo fata dedere, probri.
Magnus, quod tanto statuit de rege trophæum,
De me metitur, quicquid habere potest.

Turnus.

Diis victus, non mortalis me dextra peremit.
Sed mea sors superis inuidiosa fuit.
Æneam Italis si fas est ponere regna:
Cur potius Troia non ego regna dedi?

Aristodemus.

Cæsar, amisso in clade Rauennati Fratre, ac mox Patre ante oculos, mori voluit. post multos annos legens apud Herodotum Aristodemi diuinam rabiem, renouata sui memoria seipsum in illo descripsit.

Virtuti si subscripsit Fortuna minaci:
Fatisque tum vires extimuere meis:
Nec mors innumero quæsita ab cuspide crudæ
Vni irritanti est inicere ausa manus.

Si turpe est potuisse, Deo quod velle negabant:
Num miserum est, non potuisse mori?
Quid mecum tibi Persa ferox? Quem iudice mundo
Mars jatur obstupuit, mors tremefacta fugit.

Nestor.

Quam temere Dux ille decem sibi Nestora optat:
Aut ultare vni qui putat esse graue.
Haud capitum numero crescit Sapientia, verum
Pro cunctis Sapiens vnicus. hic sat erit.
Redde patri, Phœbo poscenti redde puellam:
Nullam adimas socio: Tu tibi Nestor eris.

Minos.

Cunctantem armauit velox sapientia linguam:
Hoc, quodvis belli ius iubet esse domi.
Legibus vt ciues, hostes compesceret armis.
Hæc duo, quæ nobis sola dedere Deos.

Socrates.

Bellua nullius capitis, quia multa dabantur:
Porro etiam incestas conscelerare manus?
Necvetuit meritum, aut pietas? non inclyta virtus?
Ne non sis similis semper vbique tui.
Verte inte & ferrum, & lapides, gelidamque Cicutam,
Cateraque infamis barbara tela neeis.
Nanque oneri tua vita tibi est, aliisque pudori:
Sed mea diuinis pura, leuisque notis.
At tibi, dire, mori, qui nil sis, nulla potestas.
Et mihi non mors, sed vita secunda venit.

Constantinus.

Imperij per me defectis partibus ægri
Restitui Latio cor, caput, ora, manus.
Scire velis, quantus fuerim? quo vindice gesta hæc?
Est quam destitui, barbara Roma fuit.

Franc-

Franciscus Ferrutius.

Parua manus, sed dux ingens. nec robora castris
Vlla queunt modicis æquiparare meis.
Diſiecì obſidium: dein ſupplementa reduxi
Per medios. qui non cedit, at ille cadit.
Præſidium pancis deiecì, ex arcibus, ingens.
Deiectus vix hoc credidit ipſe ſibi.
Deſinet eſſe Deus bellorum turbine Mauors:
Ni daret hæc illi victima tanta locum.

Anacreon.

Blande ſenex teneri mollis moderator amoris,
Mellea cui liquido nectare vena fluit.
Lactea Pimplæi ſaturant quem flumina fontis:
Qua ſpectare licet, non etiam bibere.
Felix, cui licuit procul, o, ſpectare bibentem,
Atque haurire oculis ambroſium laticem.
Millia multa leui ſeſe qua murmura cliuo
Æquant cæleſtis diſſita clauſtra ſoni:
Te ſequor o blande fidicen numeroſe Camœnæ:
O Phœbi, o Eratus corque merum, atque anime.
Ipſe lubens e tam latis mihi paucula fundis
Semina per numeros ſparge, benigne, rudes.
Sparge, pater. tum Pieriis ſe ialtet ab antris,
Sicuti par tumidis flat tuba cruda modis.

Antonius Montanarus.

Arcana excipiens diuinæ incendia mentis,
Compoſitoque animo bibliotheca loquens,
Rarus in hoc, patria nos Montanarus in vrbe
Fouit, vt in ſancto pignora cara ſinu.
Magnum heroa (heros noſtro male cognitus orbi)
Noſcunt relliquias ſæcula priſca ſuæ.
Non poſſum dare, quas animus conceperat, vnas
Inuictas laudes vincis vt ipſe tuas.

Cyrus maior.

Exemptum ex hominum genere, ac mortalibus astra
Proiecere feris: ergo dedere Deis.
Si vester sum; cum exponis, dabis improbe pœnis.
Si non sum: merito tu mihi seruus eris.

Cyrus minor Græcos milites suos alloquitur.

Quo diuersus abis? satis est pepulisse. reuerte
Qua placet inuicto Mars sibi marte meo.
Non frater, non me valida vicere caterua:
Sed victrix absens me necat ista manu.

Marcilio Ficino.

Sancta anima, & calum tibi tu quæ sæpe fuisti,
Spiru in me rari flamina pura boni.
Ter cali socia es: ter magni ciuis olympi:
Ter comes in gremium pulchra recepta, Dei.
Cum fluis ex astris: Diui momenta Platonis
Cum capis: & nunc te cum Ionis aula capit.

T. Flauius Vespasianus.

Nosce graues Decios: etiam cognosce Catones:
Quin & Publicolæ mitia corda senis:
Omnes pone simul: quid vis simul omnibus adde:
Adde etiam post hæc addita: cuncta fui.
Me viuo vt populus tandem se posse negaret
Vel memor esse boni, vel memor esse mali.

Domitius Calderinus.

Ostendi panem canibus, saturi illico veri
Exprobrant, si quid forte deesse putent.
Incipite: inde sequar. vos si potiora videtis:
Iam meliore animo quæ sequeremur, erant.
Tutum est ad pelagi scopulos vidisse natantem.
Pejores scopulis vas reor esse maris.

Audenti

Audenti furor ille grauis, grauis vnda pepercit
Vt foret, ingratus qui laceraret, aper.
Affectæ naui facile est infigere clauum.
At puppis tota hæc, totaque prora mea est.

Iunio Bruto.

Quæ mentis species, animi quæ robora tanti
Abdita sunt brutis ausa latere locis?
Dissimulare, cati: fortis, pepulisse Tyrannos:
Felicis, sapere est: vincere morte, viri.

Theodorus Gaza.

Barbariem qui expugnaui, me barbarus hostis
Expulit. at pulsus, sic quoque victor abij.
Auexi patriam ex patria, sub pectore sancto:
Quæ miseranda cani præda futura fuit.
Inuexi Romam in Latium. Cognoscite Romam,
Quæ belli nullo turbine capta, viget.
Pro quibus, ah, meritis o ter scelerate Tyranne
Qui cauda es, Romæ diceris esse caput,
Te viuente, vidente, iubente, miserrimus illa
Pauperie fractus, qua tibi regna canis,
En morior. morior vero, qua publica cura est
Cuncta pati, & melius post sua fata tegi.
Romule te iacta, iacta te maxime Theseu
Vestra est materies terrea: forma mea est.

Tito fratri, qui obiit in clade Rauenn[illegible]

Tune etiam Hesperiis, etiam lugendus Eois
Heu fratris nomen frater inane mihi:
Ergo etiam terris, etiam lacrymabilis auris
Amisso vitæ lumine, Frater, abes?
Frater abes, tecumq; rapis quodcunque relinquis.
Nam tecum malim, frater, abesse mihi.
Heu vbi sum qui tecum abeo, meq; ipse relinquo?
Si quod es, hoc ego sum: quod sum ego, tu esse ne[illegible]

Dampetro.

Dampetre Francigeni lux felicissima regni
Regnum ipse, Aony certaque meta chori,
Occidis. & diuina alios qua viuere fecit,
Te haud potuit fatis eripuisse lyra?
Quin potuit, quin eripuit, quin vicimus. haud tu
Hac fueras dubia corpus inane mora.
Mente grauis, vultu facilis: vis nectaris ori.
Totus inexpleto plenus amore poli.
Sic moreris, sic hæc poterant periisse. sed hæc sic
Si potcrant, poterant & periisse Dei.

Io. Gelidæ tumulus.

Qui toties animam Gelidæ mihi magne dedisti:
(Nanque anima est, anima quin mihi fama prior)
Si quantum accepi, quantum tibi debeo, pendam,
Grata nec auersus deferat ora pudor,
O animæ huius, adhuc possis vt viuere, tecum
Partior has, fati quas dedit aura, vices.
Quod si non licet: at quantum licet, accipe famam,
Hinc tibi si qua tamen viuere fama potest.
Quod si fama tibi es, nec nostro cedis honori:
Sit fat, velle tibi, nec potuisse dare.

Democritus.

Hunc aram tibi, Democrite Abderita, sacrauit
Scaliger, o priscis anteferende Deis,
Quos temere coluit rerum inconsulta vetustas,
Qui falso quatiunt sæcula vana metu.
Qualis honorata quinquers Eleus oliua
Illustrat meritis se patriamque suis.
Sic tu natura immensæ clarissime ciuis
Legibus addixti tota elementa tuis.
Siqua tibi cæli commercia tecta fuerunt,
Hæc Fatum voluit occuluisse sibi.

Cumque

Cumque orbis varias peragraueris auius oras,
Obtinuisti alio regna superna pede.
Sunto infinitis mundis sua semina: soli
Democritus nostro solus & vnus erit.

P. Vergilius Maro.

Mantua dat: Calabri rapiunt: retulere Maronem
Silua gregi: ruri semina: bella duci.
Humanorum operum numeris, & carminis alti
Exhausti, tecum est iam mihi, terra, nihil.

M. Tullius Cicero P. P.

Accipite o Decij, o patriæ spes vltima victæ
Hanc animam in cœtum, magne Camille, tuum.
Namque ego nunc vbi opem nequeo iam ferre: quod egi,
Non quod agent vestra huc libera in astra fero.
Obstiteram forti: imbelli dederam arma feroci
Displicui: nostra est alter abusus ope.
Ille tyrannigenis potuit malesobrius armis
Tollere tam linguæ libera iura meæ.
At tibi qui licuit? cui nempe ego tela dedissem.
Quisnam in me verti non pudet esse nefas?
Heu patriæ cineres, patriæ o morientis imago:
Non poteram non, iam te moriente mori.

Iulius Cæsar Scaliger, Antonio Percinio autore.

Dum grauis Heroos molitur Cæsar honores:
Et sua cuique ferit fata, genusque duci,
Ipse vbi sit dubito: Genios nam versus in omnes
Haud vna meruit sede tenere locum.

Meum Epitaphium.

Extulit Italia: eduxit Germania: Iulij
Vltima Scaligeri funera Gallus habet.
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Martis
Reddere non potuit nobiliore loco.

Benedictus Brugnolus. Somnium non fictum de re tamen penitus ignota mihi.

Vera canam: vos vera, Dea, spirante canenti:
Et date nectareos in mea verba modos.
Finieram heroos multa de nocte labores.
Præbuit inde leuem sobria mensa cibum.
Umbra sibi hibernas bisse exegerat horas:
Membra quies molli blanda refecit ope.
Visus eram augusti sancta in penetralia templi
Audacem a primo limine ferre pedem.
Latus ibi tumulos, tumulisque imposta trophæa,
Martiaq; armata corpora stare manu,
Qualia Scaligero sunt conspicienda sacello,
Quod nostra Antiqui nomine, signa capit,
Dum miror; celso vox est mihi reddita muro.
Si memini, murum hunc marmora pura tegunt.
Sum Benedictus ego: Brugnolum sæcula dicunt:
Ipse tuum docui prima elementa patrem:
Et patrem, & patruos, totamque ab origine gentem.
In quam sum accitus, Norica terra fuit.
Noricus huc a Leniaco me Cesar adegit:
Cui genitor pacis nomina ferre dedit.
Primus eo Latias adduxi candidus artes,
Græcaq; non noto tunc elementa sono.
Te quoq; vix natum tremulis gestauimus vlnis:
Profuit & siquid: vota, precesq; tuli.
Heu quod non licuit raram tibi texere laurum:
Dum decus hoc aliis fata parare volunt:
Nec noctes vigilare tibi, nec condere luces.
Sors fame ad cumulum defuit ista mihi.
Dura pater, patruusq; simul sunt arma secuti.
Me Veneta externo pulvere terra tegit.

At

At tu, per generis monumenta insignia vestri,
Quaque tibi a magnis gloria venit avis,
Eripe me ingratis o nunquam ingrate tenebris:
Et nouus Heroo nomine surgat honor.
Ista simul, simul ecce cauo de fornice muri
Exilit ingentis maxima forma viri.
Et porrecta meo circundans brachia collo,
Hoc tollam, inquit, ego summa sub astra caput.
Magnus ego & celso surrectus corpore: verum
Pectore tum toto grandior ille fuit.
Nunc quoque, cum scribo, trepidos rigor occupat artus:
Et stupida a facie lumina splendor habet.
Parcite Brugnoli, mihi tam noua numina, manes.
Nulla aures tetigit nominis aura meas.
Cum pater exactos memoraret sedulus annos:
Posse reor nomen forsan habere tuum.
Te tamen, vt iussisti, habeo pro numine vero,
Siue opus est sacro carmine, siue focis.
Sancte vale: patremque meum, patruosque salutа.
Teque precor similem sæpe redire mihi.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ARCHILOCHVS.

FRANCISCI VALESI REGIS VICTORIA AD MARIGNANVM.

EX PVRIS IAMBIS.

VT asperantis horridum Iouem Noti
Redundat alta regna per poli vigor,
Ferumque fronte concitat salum truci:
Et orbu terra fertili Fanonio
Flet æstuantis impetum grauem freti:
Agri tyranna febris Insubri Padus
Proteruus impotente fertur æquore:
Pecusque, & alta tecta proterit simul:
Cauatque adesa subter antra margines:
Nec obstinata ripa frangit impetum.
Peris: boumque sudor, atque rusticus
Perustus aret impio situ labos:
It inmerentis, obsitus malo, gregis
Magister: atque voce lacrymabili
Ferit tremente cœlitum domos prece.
Deis miserque cassa vota prodigit:
Aprica aperta castra donec alitis
Reduxerit vicissitudo temporum
Satis vagata sordidum refert pedem
Ninalis amnis ira: tum benignior

Relaxat

Relaxat arua iam tepor: nec amplius
Inermis amnis innio ſtupet gelu.
Ioniſve ſtirioſa frigidiſſimi
Fatigat aura concitata, nec diu
Obeſa rura ſtringit impotens hiems.
Vt euocante Tartarum veneſica
Magus citata rhombus expedit ſola,
Cum inhoſpitalis exerit ſcrobes rogum:
Anniſque Luna cornibus ſtatis rubet:
Amœna ſic vireta, ſic ſuburbia,
Verenda templa cœlitum, ac Deos Lares
Inauſpicatus occupauerat furor.
Superbus ergo cæde ſordida leo
Satis ſuperque ſtrauerat tuos greges,
Grauem toroſa dum cuit metum iuba.
Phalangis ille denſus ac frequens globus,
Atrox Cateia, Baricæque cuſpides,
Tuam cruore nutriere Lauream.
Cruore parta pax. Quis audet impudens
Decora miles improbare vulnera,
Sacrum furore deſtinante ſanguinem?
Reducta nanque qualis inter aua
Cit intonatus aridum fragor nemus:
Parata Francianus ardor agmina
Refregit. Otioſa prata tam pecus,
Inerſque ſilua fronde nutrit vbere.
Eunt aratra: turgidoque palmiti
Tepens anhelat vda ceſpes vbera.
Tenella fronte pruriente mugiens
Vagum inuenca corripes vocat virum.
Licebit inter alta ſepta mox lupis,
Omique iuxta ruminare pabula:
Aletque diffluente lacte tutior
Meticuloſus horridum canem lepus.

Apumque

Apiumq; nulla dulcibus laboribus
Venena luctuosa taxus ingeret.
Ratumve candidi vsque veris hospitem
Aprilem, ad alta dædala bibens cuti
Aquæ fluenta murmurantis, herbida
Hebes lacertus occulet caput coma.
Benigna vena gestietq; languido
Sub æstuante rustico canicula
Canis leuamen emicare fistulis.
Quis, o quis hunc reuecta sancit otia?
Libet videre fertiles domi rubos,
Forisq;. Molle silua germinet pirum:
Teresq; cocta stante baca frigore
Recuruet aduena hirta prole robora.
Videbit ergo diues impigrum dies
Negotiosa nauitam per æquora
Bono parare liberas opes Ioue.
Fauebit aura: suppetentq; pallida
Opes metalla: desinetq; turbido
Timori Ethruscus esse scalmus æquori.
Nec orba nactus arma solitudinum
Sinister ensis obuium petet latus.
O alta castra, lucidi o cohors poli
Videtis inter arma comparem Ducem?
Per hunc potens trophæa diruta integrat
Vetusta Martis ignei superbia.
Per hunc timere nemini scelus licet:
Minusque corda carnifex fodit metus:
Minus petulca cura pectus exedet.
Simul prementur impiæ probri vices,
Ferocientis atque contumeliæ.
Fugit micante pulla corde seruitus,
[illegible] v[illegible] pererrat exul insulas.
[illegible] liberalitas seni

Patente

Patente fundit vsque copiam manu.
Quis obserata præ dolore pectora
Mero resignat? aut quis ad ciboria
Soporis ampla dona sudat vnda?
Rejectus vltro liberalibus cadis
Adest benignus afferens puer scyphos.
Canensq; functa vinitor mero sola
Capacibus refusa musta doliis
Vehit sonante vinolentus essedo.
Faceßat, vda qua salicta perfluens
Nigris opaca fontibus rigat specum.
Amat madere pileata ciuitas,
Cohorsq; militaris, & cohortium
Iambus acer amulator impetus.
Io virecta verberans frequens sono
Canet triumphus ante, quam nouum gelu
Nouumq; pergat interire lunium.
Reuerberata consonum canentibus
Imago vocis efferet caput vadis.
Videßne, purus vt vacet poli sinus?
Nec ore lætus auctiore eat dies?
Vbi annuente Sole verna sedulo
Senem bidente tondet hora pampinum.
Aue o quietis imperator aurea,
Ruentis atq; vindicator otij:
Apollinisque præses integerrime:
Togeminister, atque Martis vnice.
Canendi cuius orbe fama plurimo
Feretur inter horridas tubas, vbi
Britannus astra pontus ambit vltima.
Seßostriis vbi obstrepens laboribus
Colorat Auster arua nigra plumbeus.
Aue o Valesiana lux potens, aue
Tibiq; feruido ore supplicantibus

Ades,

Ades, fouesque digna vota: sæpeque
Vocatus, ipse tete sentias Deum.

Mellino Sangelasio.

Melline magni pectus internum Dei,
Qui ignota plebi, grata cælesti choro
Momenta mulcet flexibus mitis soni:
Melline, regis cui patent aures sacræ,
Qui Gallicanum temperat nutu solum:
Quid me imparatum cantibus raptas tuis,
Supraque regna fulminum in cælis locas?
Quasi receptum, quasi cooptatum, quasi
Unum, e beatis, qui vident propius polum?
Diuina tangunt pectora, inusitata manum?
Forte hoc decebat, forte oportebat: neque
Sua ipse Phœbus luce postremum rigat.
At cur diploma cessat? hoc quid est rei?
Cur tot strepunt promissa, at ipsa res silet?
An tua Regis optimi, atque maximi
Oblitione enecta deleri queunt?
Ah ah parata fors nocere fortium
Sorti virorum. Nunquid id verum canunt,
Bene, ac secunde rem gerentibus suam
Absentem amicum deputari mortuum?

In Loterium.

Cæso iuuenci fratre Cyrena satus
Redintegrauit mellis extincti decus.
Quacunque iussit ire Triptolemum Ceres,
Arista turgens plena curuauit caput.
Pomona tumido inflauit: Auriumnum sinu,
Et verna risu prata rident Chloridos.
Hirea proles patre trino est edita,
Depleta terga vi fœce complerunt meri.
Vber, meroque fœta surgit vinea,
Vbicunque minxit Bacchicus Loserius.

De

De sciuro, & vulpe super Borgia tyranno.

Vulpes Sciurum panca rodentem videns,
Quæ rapta paruo forte promebat penu:
Miser, inquit, atq; iure te tabes edit.
Quid est, Leonis vnde contemnas opes,
Cui seruitus debetur, & leges iubent?
Ibi nitesces, teq; curabis probe.
His parua raucum murmur edidit fera:
Recte monenti, aut præmium, aut odium, aut flagrum,
Aut exulis mendica sors, aut carcer, aut
Occulta mors, aut publicata sunt bona.
Quod res eo si forte fortuna redit,
Vt iurgiorum, & contumeliæ tenus
Agatur: id vel maximo apponas lucro.
Auersus ergo vultus, & oculi truces.
Alienus ergo somnus, & quæsita nox
In sole medio, nocte pulsa de sua,
Emenda, spreta libertate, atq; otio?

Ad Fortunam.

Fortuna, siue es quippiam, siue es nihil:
Siue esse quicquam vel potes, vel non potes:
Te appello vel regina, vel spes, vel nihil.
Quæ contumaci spiritus flatu trucis
Hunc deuenustas, huic venustatem paras:
Quis te gubernat? quis feras operas iubet?
Iubet, regitq; cur boni fiunt mali?
Mali boni? male est bonis, malis bene?
Vel dicito, vel dixero esse te nihil.

De ~~Geor. Buchanani~~ carminis venustate.

Heri legebam nuper allatum mihi
Sapidum, tenellum, molle carmen, aureum,
Intelligendum vel puellis omnibus,
Si splendor, atq; puritas, decus, nitor

Animum subire luculentum vllum queat:
Intelligenaum non facile doctis viris,
Nisi mentis excitetur ardor efficax,
Sententiarum propter ardorem merum.
De me vt loquaris, vt ego de meipso loquar,
Intelligebam primulum vt simplex puer.
At vbi vir esse, vbi esse volui intelligens,
Vocis serena luce perculsus tuæ
De intelligenti intelligens nihil fui.
Hoc te volebam sic monere, ne petas
Me velle respondere. non enim audeo.
Hocq; esse respondere, Non respondeo.

Ad mortem.

Mors quæ superbos efficis humiles, feros
Mites: rapaces indices aquas bonis,
Bonosq; pravis: jusq; deq; orbem vehis:
Quo te tulisti? quove nunc fugam capis?
Vbi latere intendis? aut vbi lates?
Videsne regni limites vastos tui
Furentis occuparier morbi impetu,
Nec sanitati cedere, aut timere te;
Sed incubare, quo semel cœpit, loco?
Eia nitentis o triumphatrix viæ,
Quæ nos ad astra præparat vitæ modis:
Contempta morbo hoc, & vocata tot meis
Meis precationibus, duras moras
Regina solue: atque e doloris vinculis
Dissolue corpus. lege mecum agito tua.
Ego te per arcta subdoli saltus sola,
Per alta ab hoste montis obsessi juga,
Per sæua duri Nerei pericula
Multum, diuque, diua, quæsiui: neque
Vsquam petentem petere voluisti ferox.

Quod

Quod si sit, auerseris vt nostris malis:
Contraq; semper vota grasseris mea:
Mutabo. viuere appetam. ergo non venis?

De sua væcordia.

Aduersus hostes Cæsar imperterritus,
Qui fulminantis murmur irridet Iouis,
Et seuientis tela fortunæ trucis
Habet proterua mente pro ludo, ac ioco.
Cur blanda amicæ voce terretur stupens?

De Crazonio & Merimnio.

Auri colore tactus est Crazonius,
Colore noctis tinctus est Merimnius.
Aurum ille Crassis plusq; sexcentis, sitit.
Hic ater atra mente iura venditat.
Uterq; fur est: caussidicus & iste, & hic.

Ad Nemesin.

Rursum, nefanda facta quæ mundi ruis,
Regina rerum Nemesis, ex æquo graues
Partita cæli patre cum summo vices,
Descende cælo: meque primum ex omnibus
Rape, quate, cæde, contrucida, dissipa.
Discerpta iaceant membra, disiecta, obruta.
Non est morandum. Nil merita sunt hæc mali?
At blandi condimenta mendacis soni
Linguam, & furoris improbi dextram asseclam
Disperde. veritatis hostes impias
Aufer memoria ex vltima mortalium.
Aut cede totum vindicaturo mihi.

De Aulo.

Suos olere vel nihil, vel & minus
Pedes in aurem dicit Aulus Actio.
Olere mauult Actius pedes suos,
Vel sentiens, quam pessimam linguam tuam.

Pedes olentes nil, nisi pedes olent.
At ista lingua, tartari atra sulfura
Cui sunt paratu: ni latrina fœtida
Suum suum iactaret, ac similem sibi.

Ad Boetianum Senatorem Burdeg. & Brassacum præsidem.

Nuper volebam nescio quid ludere,
Quod dictione lucida, ac molli foret.
Ive semper arcto, ac scrupeo hærerem vado.
Feci, refeci: rettuli in nouum modum:
Nil expatratum est. sic labor frustra fuit.
Factum, refectum, interpolatum, censitum,
Recensitum, repumicatum, splendidum,
Comptum, apparatis umbilicatum notis,
(Illum nihil iuuere seruiles preces)
Igni seuera vindice excussit manus.
Musas vocaui. Phœbus infensus meis
Auersus est vocatibus. Nugæ. nihil
Semper proteruus asperum versus sonat:
Et Celtiberam barbaraginem sapit,
Exul Latino lumine, & cultu, & sale.
Ergo Latinum lumen, & cultum, & salem,
Boetiane splendor, & decus poli,
Quod nunc Latinum vindicat decus sibi,
Tuque alterum eius haud minus poli decus,
Brassace, linguæ temperator inclyte,
Vt attulisti barbarum in linguam meam
Nitoris almi lene dicendi genus:
Dulcis refulsit aura mollitudinis:
Nec id coacto versus infamis pede.
Quod si in coacto versus infamis pede:
Hoc est: quod ipsi nectar omne abiumitis.

At meipse, si quid suaue dicturus velim:
Cogar vtriusuis aurea lingua loqui.

De se.

Ego me fouerem, nec fouere absisterem,
Si me foueret, quæ fouere destitit
Adulterorum conditorium penu
Tritemulenta fossa macra, muccida,
Fucata, calua, lippa, luspa, sulcifrons,
Labiena, ozena, putridens, mustax, anus.

Commendat opus suum æternitati.

Perenne nomen, alta quod petis loca,
Petis, teneisque, & ima quæq; despicis,
Beata fama, lucidum poli decus,
Vitam nitente sola quæ vehis gradu,
Adeste, & vsque ad orbis vltimos dies
Mea ista collocate sede perpeti.

De suo fato.

Pulsum, atq; egenum, & alta spirantem, neq;
Fractum superbis improbæ sortis minis,
Beata terra fertilis excepit sinu,
Quæ vtrinq; vtrunq; pene cernit Nereï:
Hunc pertinacis arma frangentem Noti,
Illum frementis spumeum Boreæ vadis.
Hic primum inepto frontis arrisit modo,
Cui ludus ante fueram, & opprobrium Dea,
Heu quæ videntes cæca mortales premit.
Hic mihi furorque Martis impy ferus,
Metusque speq; cædis hostium trucis
Deposita iussu blandientis otij.
Cœpique (quanquam ,era vitæ munera)
Alta Deum quiete securus frui.
Ergo supinum, acpenitus inhiantem otio,
Quod in recessus iura naturæ inclyta,

Impenderem: cuiusq; particeps foret,
Et particeps, & autor Aonius chorus,
Amara fata morte bina me occupant.
Qua mors dolori comparabitur fero,
Quo corpus omne est hospes, atque hostis sibi?
Qua litibus mors comparabitur feris?
Quisnam dolor? Quanam exilij mora ultima?
Quæ dira Erinnys? Tartari voragines?
Quæ indignitatem æquare possunt, ac luem?

De Vespis.

Dignoscitur de tergoris coloribus
Quodcunque viuit mite, seu ferum pecus.
Candore cycnus, atritate gracculus.
Leo fluentem barbarus crispat iubam.
Putastis abdidisse vos, rasi lupi,
Ne de colore noscereminì pili?
At at cruore pauperum venter satur,
Manus nocentes, ora turgida arguunt
Pilis resectis esse vos rasos lupos.

De Baræno.

Quæstu relicto literis Cæsar studet,
Ait Barænus. Cæsar hoc stulte facit:
Quæstum relinquere, & studere literis.
Nam sanguis & secundus est pecunia,
Et primus idem sanguis, & solus. Tamen
Neglectus est a Cæsaris superbia.
Nam quis putaret mentis hunc sanæ virum:
Qui vt palleat, sit pauper? Hoc buccis tumens
In compitis Barænus, in foro canit,
Stipatus orcipascuis, Bruco, & Syro.
Qui cuncta dicta & facta habent venalia.
Hoc cum canit Barænus, illic illico
Latus cachinnis perstrepit totum forum.

At Cæsarem mox vt videt nil pendere
Vanam insolentis Battali vecordiam,
Eodemque vultu excipere dicta barbara,
Quo consuevit laudibus mentem dare:
Miser Baranus præ dolore ruptus est.

Carolo Seuino.

Si commodabis, non habebis Carole:
Si habebis; at non tam cito, non tam bene.
Si tamen; qui amicus erat, nunc hostis est.
Iactura tamen haud magna amicitiæ ejusmodi.
Qui amitti amicus vult, amicus non erat.
Tales amicos ergo malo amittere,
Quam aurum, qui amicus certus omnium est optimus.

In medicastrum stupidum.

Stellata nebris Liberum tegit patrem.
Fulgetra torquet diphtheratus Iuppiter.
Obit tremendus Herculem ingentem leo.
Tu sub rudentis Arcadis lates pilo.
Illi insolentes gloria aliena tument.
At tu modestus pelle sub tua sapis.

De Rustico.

Et legi & audiui olim ab homine nobili
Nil esse peius vspiam homine rustico.
Bonum, malumve dixeris, nil interest.
Nam rusticum cum dixero, intelligo malum.
Nam rusticus sua pte natura est malus.

In Tareram.

Quod coccinatus, sericatus ambulat
Tarera agaso, turget, & buccis crepat:
Audi Tarera, quid mihi in mentem venit.
Hæc est fata erodentis eruca. pater
Coccus pusilli vermiculi tinxit hanc.
Lanam pecus gerebat, & pecus gerit.

Quotiesq; mula te ad Palatium vehit:
Fit officiosa mula, quæ vehit patrem.

De voluptate.

Socij voluptas qua doloris est comes
Non est voluptas cum dolore, sed dolor.

Parodia in Vidorem, qui ex pharmacaria factus est clinicus.

Maranus ille, quem fugastis hospites,
Ait fuisse pinsitor nigerrimus:
Neque vllius retinnuli globum cani
Nequisse personare; siue Barbarum
Opus foret rotare, siue Agaricum.
Neque hoc negat proterua turba Pesuli
Negare, patris atque sabbatarij.
Vbi malus Maranus atra sordium
Patente ducit expulisse ligula,
Recocta mella: ne qua spuma fœtida,
Sonansve bulla sibilum ederet fugæ.
Gelata Francia, & calens Prouincia,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Maranus: vltima ex origine
Tua in senacula intulisse Galbana.
Et inde se erogata per viatica
Famem tulisse: laua, siue dextera
Cibum rogare, siue vtrinq; cœperat.
Neq; vlla vota pharmacalibus Deis
Sibi esse facta. Nam vetabat improbi
Resecta postha patris ex origine.
Sed hæc prius fuere. Nunc Galenica
Cacatq; sede: seq; deuouet tibi
Marante Vidor, & Marane Vidoris.

Ad

Ad amicos.

Quo me vocatis arbitri arbitrij mei?
An, vnde post referre non licet pedem?
Quid si malignum vulgus improbat probos,
Probetq; facta, lege qua probet mala?
Non non. Abesto quicquid ambit, quicquid &
Ambitur, & periculi vt fiam reus
Non ad forum ciuile, sed forum meum.
Nisi impudenter me pudere non pudet.

De Arnoldo Ferrono Attico.

Ferronus ille, propter eloquentiam
Puram, suauem, candidam, scitam, grauem,
Quem ego vocaui iure primus Atticum,
(Docti secuti iudicauerunt idem)
Est omnium professor acer artium,
Quascunq; florent liberalibus viris.
Reconditarum literarum cor, pater.
Ibi nihil vulgare, plebeium nihil.
Seu dicta pandit prisca iuris intimi,
Seu vorticosos explicat nodos noui.
Siue ex amœnis ambulacris aureis
Opes reponit: seu Platonis abdita
Diuina promit: seu graues lenis locos
Numeris coercet, Attico aspergit sale.
Seu fulgurantis fulmen Arpini stupet:
Altrinsecus tonabit, & docebit, vt
Ei se apparauit amulatorem parem.
Seu gesta patrum cygneo clarat sono:
Titi beatam lactei venam putes.
Hac magna. maiora illa. Candor igneus,
Cœleste pectus, cogitatio pia.
Tum facta dictis sancta componit, stato
Adamantinæ necessitatis ordine.

Hic dira vitæ tristis infortunia,
Quæ exterminarunt cuncta, meque ipsum mihi,
Sapientia & lepore condiuit suo,
Mentis, suadæ nectare abstergens situm.
Perque rediuiuus iam mihi videor. mei
Protector, autor architectus nominis.

De mutuis laudatoribus.

Multis benigne versibus bonos malis
Appellat, & salutat, & gestit leuis,
Pares Baranus indidem expectans vices.
Contra benigne pauculi paucis eum
Raro salutant gestientem versibus,
Operas Baræno sic reponentes pares.
Hoc est, quod aiunt: Mutuum muli scabunt:
Fictis amici & nomine, & versu, & modo
Blande teipsum, ac turgide appellas vafer,
Baræne titillator astutus tui.
Iam hoc est: teipsum mulus, haud muli scabunt.

Doletus Iambos vitiauit. Iambus alloquitur seipsum.

Age, age, age Iambe, Iambe tete suscita:
Pete, cæde, rape, trahe, contrucida, dissipa.
Adsum minaci luridum metum manu,
Et angue cinctam flammeo linguam gerens:
Sic me Doletum viuidum, & sæuum, & trucem
Elanguidum fecisse? nec micam salis
Tuæ indidisse inconditæ farragini?
Ille exul abs te factus, & tuis procul
Ineptiis asello ineptioribus,
Redeo tibi hostis acer: edicens, Canis,
Ne me lacessas. nanque de nugis tuis
Quid sentiant emunctiores iudices,
Quibus acre acetum tersit anfractum aurium,

Audire

Audire par est. Ii furentem insaniam,
Atrum sine igne, ac luce te fumum vocant.
Et corticem medullæ inanis putridum.
At te catelli, Barde, mirantur tui,
Linguntque purulenta carcinomata,
Lactuca labia vt habeat pares sibi.

De Arlo iudice.

Cur impudicos Arlus absoluit? quia
Ex impudico natus impudicus, &
Per impudicum factus est iudex canem.
Mater, sororque prostitutæ sunt lupa.
Ille impudens, periurus, incestus, trifur.

In Nigrinum.

Furatus ille turget, est ergo malus.
Sed pauperi donare non semper negat
Periurus ille fallit: est ergo improbus.
At subuenire pauperi solet libens.
Infamis ille proditor, sed pramium
Hoc proditoris cepit, vt daret suis.
Horum nihil Nigrinus. est ergo probus.
Vir est bonus Nigrinus: at viuit suus,
Se mutuatur, seque commodat sibi
Vni famelicosus, atque vni satur,
Inauguratus, dedicatus vnico.
Viuit suus sibi vni, & vnus vnico.
Nullum clientem, nullum amicum, aut hospitem,
Nullumve nouit aut prope aut procul Deum.
Stertit sibi, expergiscitur sibi. sibi
Viuente auaro terra nil pejus creat.

Curiosus.

Omnes Bibinus iudicat, paucis fauet.
Multos honore priuat: hos facit suos:

Hos

Hos abdicat: in his ſumma ſummarum eſt ſibi.
Aſt in aliis qui eſt ſumma ſummarum ſibi
Regnans foris, ſic intus eſt exul ſibi.

In Bibinum.

Quare Bibinus omnibus fauet malis?
Fatone ſit hoc? patruus, fratres, pater,
Soror, nepotes, omnibus fauent malis?
Tulla, Iunoni, Feregnino, Luſcio.
An ſunt miniſtri, cum pares fauent pari?

In eundem, & Loſerum.

Inebriatur bis Loſerus in die.
Semel Bibinus. his quis ebrioſior?
Imo Bibinus nec ſit ebrius ſemel.
Non ſit: ſed eſt. & ſemper eſt illud ſemel.

Ad Atheſim.

Atheſis pater, ruente qui torrum fuga
Flumen fatigas; & pruinoſis iugis
Niues relinquens vultibus mutas nouis
Virentium tepente camporum ſinu.
Qua vagientem prima me excepit dies:
Poſtquam negarunt fata ſic fatis meis,
Angoribus ſolutus vt poſſim frui
Cæli beati ſpiritu ad ſacros Lares,
Premens amamos herbida ripatoros,
Vbi vagienti prima mi illuxit dies,
Illas deoſculare tu ripas pater,
Quas obtueri nec procul miſero licet.
Et dic vetuſtis hæc Penatibus meis
(Si quid relictum, o ſi qua fata quid ſinant)
Vt ad Garumnam feſſus, & fractus malis
Spurca ferarum factioſorum lue,

Morbo,

Morbo, fameque, peste, litium cruce
Nihil mei sum, nec futurus, quod fui.

Clyti vmbra Alexandrum alloquitur.

Ades sceleste: si potes pœnas dare,
Des parricida. Te faces Alastoris,
Sectetur atro Furia te Stygia flagro.
Si non potes: quod scelere te vincis tuo:
Et cuncta diro pœna flagitio stupet:
Meruisse, nec dedisse, quia nequeas dare,
Sit pœna pœnis vna maior omnibus.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI HEROINÆ.

AD

Matthæum Bandellum.

Te meæ, Diuæ, Diuum genus, Heroinæ:
Qua nouus Aonias Pegasus arcet aquas:
Huc, vbi diuinos heros molitur honores,
Et veros vates ipse poeta facit:
Iudicio, eloquio, ingenio Bandellus amœno:
Seu laus Musarum, seu metus ille fuit.
Qui, quot habet voces, tot habet sub pectore Phœbos:
Qui, quot verba canit, tot parit ore Deos.
Non poteras meliore loco, meliore recessu
Admitti: totum est, posse videre virum.
Spectari formosa voles? non aptior vllus
Est oculus. cunctas iudicat ille Deas.
Audiri facunda cupis? non lenior vlla
Est auris. numeros huic dat Apollo suos.
Nec tu etiam frustra sperabis cruda virago.
Præmia diuino laudis ab ore feres.
Tu quoque magnanimo constans Rangonia vultu,
Seu Dea, seu siqua sunt potiora Deis,
Diuino incessu templum conscende vocantis.
Dat tibi prima piis thura cremanda focis.
Ipsa tuum speculo in nostro hoc mirabere numen.
Magna erit a meritis cætera turba tuis.

Aurea,

Aurea, sancta, beata cohors, cui maxima cœli
Pars patet: at quæ non inuidet illa tibi:
Es rudis, imparibusque modis tua plurima Virtus
Detrita, optatus ille reponet opes.
Vt, quæ non nata es Parnassi fontis ad auram:
Saltem Parnassum post tua fata petas.

Constantia Rangonia Cæsaris Fregosi.

Æquali semper constans Rangonia vultu,
Placatoque animi fulmine, mente Dea,
Coniugis imperio florens, & fortibus armis,
Priuati nectar cordis in ore tulit.
Fascibus amissis, regnique illustribus auris,
Fa orum docuit spernere posse metum.

Cimbræ.

Vltima pro imperio quæ passi fata mariti,
Velle pius iussit, posseque ferre pudor.
Nos maiora. Cadunt alieno vulnere. nostræ
Vita, bis nostræ: bisque fuere manus.
Victor Romane, vna tu es Lucretia. victæ
Vno exempla damus tot meliora die.
Mors illi pro supplicio, pro vindice nobis.
Vincere nos merito, debuit illa mori.
Nusquam Germanum est. aut pauca, aut parua: sed armis
Maxima, vel fictis efficere, atque pati.

Sabinæ.

Hinc amor, hinc pietas: quo nos vertemus? vtroque.
Nam sumus hoc, olim quod fueramus, adhuc:
Quæ mulier non est alias id, quod fuit ante:
Hæc sibi nec meruit illa fuisse, quod est.

Niobe.

Aspicis, vt rigido lacryma de marmore sudans:
Et fauet in luctus crimine muta silex?

Hæc

Hac parit infestus dolor altu silentia: lingua
Sed pensant oculi damna superba mea.
Bissenis fueram thalamis visura nepotes:
Sexus vbi, & sexu sors fuit æquamihi.
Viuidior getrica concessit Apollinis ira:
Altera pars telis dira Diana tuis.
Ipse mares potsit frater bene perdere: sed tu
Quas partu dederas, sæua quid ergo rapis?

Cornelia Tiberij Gracchi.

Scipio me genuit: genus Cornelia Gracchos:
Felix, si poteram perpetuare decus.
Vrbis fulmen erat genitor: nati ignis at Vrbis.
Quid mirum, genitam fulmine, ferre faces?

Tomyris.

Quam bello appeteres, facta est tua, terra. doleres
Quam sterilem, vestro sanguine pinguis erit.
Imperij est extincta sitis virtute: cruoris
Nunc extinguetur victa cruore. bibe.

Penelope.

Atrides repetit vario dum funere mœcham:
Ah sese mœchum fecit habere domi.
Vincere bis Laertiade est: qui viceris hostem,
Hostem victorem nullum habuisse tori.

Circe.

Quid me monstrificam finxistis vana canentes?
Nil tutum est: non, si se velit esse, Deus.
Inuenit pecudes, non feci. profuit vni,
Et licuit mecum dum foret, esse virum.

Creusa.

Cedam Dijs priscis patriis, Dijs aduena magnis:
Quos parat ante aras Itala terra tuas.
Sic Troiana Deis Romanis cedere certum est:
Sic vetera auspicijs cedere cuncta nouis.

Dij meliora. abiens Diuam me hic ipse relinquis.
Et te sic linquet nupta futura Deum.

Alcmena.

Ne sani magne Amphitruo: tibi vinitur vni.
In me non fecit fraus aliena dolum.
Vt tibi ferre grane est: ita mi meminisse pudoris:
Tu probrum si vis tollere, tolle Iouem.
Tunc potuit, cum non fuerat: cum Iuppiter esset,
Non poterat: sed tu cum fuit ille, tibi.

Lucretia.

Auspicia imperij veteris disiecta: nouique
Capta volens puro sanguine sacra fero.
Nulla pudor mortis causa est: manet integer, a me
Pro libertate victima sancta cado.

Briseis.

Impia fatali tergens insania luctu
Militiam stolida miscet vtranque nece.
Pro Græca moriens mordet Troianus arenam.
Et pro Troiano crimine Græcus obit.
Fas fuerat repeti prædas ex hoste: sed inter
Ciues vnanimes bella ciere, quid est?

Eryxo Cyrenæa.

Quem interfecisti demens, Laarche, maritum,
Me viua viuens Arcesilaus erit.
Mortuus est? morere. in me viuit? viuere non quis.
Proque marito est nex tibi parta toro.

Hypsicratea Mithridatis.

Coniugis in rebus quod fœminia rara secundis,
Durus in aduersis mox ego miles eram.
Pars belli sortisque comes, socia omnibus: inque
Exilio, inque fuga, regia tota fui.
Exigere e terra possis: ex adibus illum
Exigere at non est vis potis vlla tuis.

Vtrum igitur, pœna, an potius solatia victo,
In propria si rex exulat ipse domo?

Semele.

Opprobrium terræ Cadmus, miseræ æquoris Ino.
Restabat Semele tertia flamma tibi.
Si læsisse Deos, meruit mala tanta: Deorum
At seruire Deo, sic meruisse decet?

Deianira.

Omnis vita tibi mortis famulatur honore:
Viuentem contra viuere nil potuit.
Mortua res perimit, tot pestibus ante peremptis.
Dum non extaret, quod superesset, erat.
Vnum aueo fecisse meum: simul omnia perdo.
Qualis amor docuit, posse necare virum?

Hersiliæ.

Ne fle, ne puera. insigni tibi debita fato
Sancta manent magni dona beata tori.
Mutabit tenues Romana luce Sabinas:
Mortalis indueris virginitate Deam.

Tucia Vestalis.

Discite, quid valeat Virtus, & conscia recti
Pectora: nec magnos temnere nostra Deos.
Naturæ, hoc admirantis suspendere leges:
Eximere e numeris ipsa elementa suis.

Ino.

Quæ refluis cursus relegens anfractibus oras
Matricem fluuiis sternis aquam sub aquis,
Excipe nos, Dea magna, volens: & terra furore
Vndarum vltrici litora tunde fuga.
Aera Iuno tenet, rabie terrestria tinxit:
Cælum adeo, pelagus si mihi, Diua, negas.

Zenobia

Zenobia Aurelianum alloquitur.

Qui Persas tot, tot Gallos te vincere iactas:
Proque ioco, ac ludo millia multa canis:
Auxilia hæc cur corrumpis? si vincere pugna
Te dicis: parta hæc redde: triumphus eris.

Virginia.

Actutum, o genitor, fac, quod facis: effice. quantum
Dextera sit pietas, sit pia dextra tua.
Si tua sum, potes: inque tuam pius exige ferrum.
Si mea sum, iubeo: vel mihi tela dato.

Victoria Columna Marchion Piscariæ.

Sive tibi veteres promittis, Roma, decores:
Sive nouos Clio poscis Ethrusca soles:
Una vtrunq; tibi, debit & Victoria sola:
Tuq;, & tu interea, ne superere, cane.
Audire haud tutum est. precium stupor. occidit audax
Spes. mirans sequor: ast experiens fugio.

Laodamia.

Hector, ego sanum non deprecor esse marito:
Quippe decet fortem sorte perire sua.
Fata trahunt. cadat ille suis obnoxius ausis.
At nostræ mortis gloria parua tibi est.
Ille potest periisse tuis interritus armis.
Ast ego, quid? dextra tam procul una tua.

Olympias.

Cum noui mea fata, meum contemplor honorem:
Pellæo genitum rege tulisse scio.
Cum memini tua gesta, tuos admiror honores:
Haud dubito genitum te peperisse Ioue.

Angela Nogarola magna matertera.

Sub decimam triplicis linguæ commercia Musam
Hoc tenuis cinerum puluere capta iacent.

Heu dulcis numerosque lyræ, flexumque, sonumque
Obruit insana barbara parca manu.
Mnemosynes sanctæ soboles, pia turba, Camœnæ,
Non capitis tumulum hunc ex Helicone locum?

Hero.

Parce Venus viduam mitis facere alma puellam:
Inque tuo saltem sint tua regna mari.
Posthabita an ne dolens, magno cum crimine pœnas
Sumpsisti pelago vindice sæua tuo?

Aretaphila.

Sum genus antiqui Batti. mihi libera turgent,
Ingenium, euentus, pectora, lingua, manus.
Miscueram crudo veneranda venena tyranno.
Deprensam frustra Calbia torquet anus.
Tolleret vt fratrem frater feci. haud minus ille,
Vt Libyco fieret splendida præda duci.
Regnum sustuleram: quod cum in me vertere possem:
Lana, acus, & lignum, regia tota fuit.

Cloelia.

Tibri pater, rapido torques qui vertice ripas:
Scrupeaque indomitis saxa retundis aquis:
Parce pius cruda corpus temerare puellæ:
Fessaque speratis brachia redde vadis.
Nec tu ponte tuo ferus indignare reuulso:
Cloelia si stabilis pons sibi facta redit.

Spartana.

Vita, non patriæ memorem Damatrion hausit,
Ferro trux nec trux, orba nec orba parens.
Da mihi, quam dederam, patria vt bene reddere velles,
Dentibus infrendens, hanc, ait illa, animam.
Non mater natum, non fœmina nosco virum te:
Sed Lacedemonia non Lacedemonium.

Sophonisba.

Sophonisba.

Romanas acies ego si contra, arma tulissem:
Atque illas contra me, quoque ferre decet.
An ne dedit genitor tantum damni, atque laboris:
Vt super imbelles sit fervus esse velis?
Talis in hoste: licet fortasse. at prodis amicum,
Quem tu crudelem turpiter esse doces.
At tu illo, hoc peior: quo insontem perdere possis:
Vtque necare queas me facis esse tuam.

Camilla Volscorum regina.

Te ne etiam ancipitis superantem fortia belli
Præmia, perpetuo nox premit alta pede?
Nec fera subscribens animo Fortuna minaci
Contulit in timidum crimina tanta hominem?
Vtra tibi imbellis sit gloria clarior Aruns,
Illius, an Diua mors tibi parta manu?

Timoclea Theagenis soror Alexandrum alloquitur.

Quid percontaris, quod sum genus? accipe. Nostri
Non mendax fuero, vt tu cupis esse tui.
Sum soror illius, quem Cherronensibus actis
Terribilem timuit vestra Sarissa ducem.
Si rex: quid pateris, tibi seruos esse tyrannos?
Vicisti: non sat? plus, nihil esse decet.
Vincere velle, boni: felicis vincere. Siquid
Est super: hoc dicas & super esse bonum.
Gloria habet tumidum: vacuus thesaurus inanem,
Horum, si laudas hæc mala, dignus eras.

Semiramis.

Quis mihi ad Assyrias nitido fulgore cateruas
Explet inexpleti Martia iura Dei?
Tolle grauem galeam: attollet se fœmina solum
Tolle vterum: inuenies corque, animumque viri.

Cum se vera suo monstrauerit ordine, fallet:
Dum fallit tecta hoc tegmine, vera viget.

Lauinia.

In me desiit id, quod erat. nunc incipit a me
Quæ sequitur fatis Troia futura nouis.
Æneas rexit Troas, fractosque refecit:
Æneam ego: me mens mea: nulla meam.
Iuppiter hanc nostra nunquam dedit indole mauis,
Nec dabit: hoc nostrum est, quod tibi Roma capis.

Manto.

Terra parens, foueas vrbem, quam ponimus vndis:
Et quam telluri ponimus, vnda fane.
Tuque pater vitæ humanæ fidissime uer
Amplexare leui mitis vtrang; sinu.
Ex me nascetur, doceat qui numine vero,
Quid de me deceat dicere, quoue modo.
Cætera, quæ patrio promittunt æthere diui,
Non nisi cælicolis cognita, fata dabunt.

Dido.

Dum fugerem insidias, furiasque procacis Hiarbæ:
Ornaui hanc mortis, morte fauente, fugam.
At tibi, qui mendax temeras Romane pudorem,
Imposita hac sunt o vindice regna manu.
Æneade, ne perfidiæ sere crimina Pœnis:
Si violas iustum, aut deseris ipse rogum.

Gineura Guidi Rangonij soror.

Cum gemino excellens proles Rangonia sexu
Exaquent magni semina cuncta Dei:
Incertum est, ingens diua frater ne sorore,
An sit magno maxima fratre soror.

Phocenses.

Diuinam ciues Daiphanti dicere vocem
Et pudor, & pietas, & bene facta iubent.

Vindicibus

Vindicibus flammis flammam, cineremq; decebit
Esse prius, quam sit patria capta cinis.

Ecuba.

Quis potis aterni pœnas euoluere luctus?
Heu heu, hæc mea sunt omnia verba: fus.
Felix, cui solum hoc supereſt: qui semper acerbi
Non sit spectator funeris ipse sui.
Vixi, vt non moriar? vos, o, qualem esse putetis,
Quæ pro supplicij fœnore vita datur?

Pomona.

Larga meo studio felicis munera terræ
Instituo, atque anni continuare vices:
Et grauidum autumnum turgenti adiungere veri:
Atq; hiemis, cultus arte, fugare minas.
Qui mecum est, seris etiam iuuenescet in annis.
Tunc anima Elysios nulla requiret agros.
Te, blanda vtilium rerum regina Voluptas,
Qui meminit, nequeat non meminisse Deos.

Andromeda.

Errauit genitrix: plector cur filia? quanquam
Pro sonte insontem matre perire iuuat.
O mater, tua me facies huc perdidit. atqui
Hinc mea me soluit. pulchrior ergo mea est.
Pulchrior ergo mea est: nec Nymphas pronoco. longe
Pulchrius, & melius fit: bene scire loqui.

Polyxena.

Sunt hæc iussa viri, cædem iussisse puellæ?
Diis genitis cordi est sic, periisse bonos?
Has tædas, Danaorum ista hæc sponsalia regum?
Non fas, o Danaæ, vos superesse viris?
Tela Paris cohibe: non hunc, me interficis istis:
Vt me interficiat nam mihi viuet adhuc.

Artemisia.

In te vivebam tecum vivente, marite:
Nec potui tecum post moriente mori.
Quin potui: sed non poterat nos iungere mors hæc.
Hoc vetuit: non vis defuit illa mihi.
Morte inusta igitur intra mea pectora vives:
Cunque sua coniunx coninge totus erit.

Camillæ Scalampæ.

Mira Deum varijs iungens spectacula caussis,
Vno eodemque tulit magna Camilla sinu.
Bella ferox quæ Volsca olim regina ciebat,
Perficeret; docuit continuisse pudor.
Et status, & robur mortali semine maius.
Os, cuius fugiat lumine victa Venus.
Diuinis labijs Hymettia mella liquantur:
Scribentisque Erato mulcet amica manum.
Omnia cum posset dicto, factoque: tamen se
Totam non potuit dicere. tanta fuit.

Penthesilea.

Audiat inuisi caput exitiabile belli,
Quæ petitur thalami nomine, quique petit.
Proque viro, nec forte viro cessante, puellam
Cadere: proque mala pellice. molle, virum.

Hippolyta Taurella Balthasaris Castillionæi.

Mincius Hippolytæ rapidos vbi sensit ocellos:
His, inquit, miseras ignibus vret aquas.
Siste citam pater alme fugam: quia nectare dulci
Complebunt ripas lactea verba tuas.

Cleopatra.

Si Dij Niliaci sunt inferiora sequuti:
Agrippa est melior, tuque tyranne nihil.

Mirum

Mirum, qui reges macles. nam munia comples
Regis carnificis ciuibus ipse tuis.

Veturia.

Ergo ego facta parens, patria vt miseranda carerem?
Anne etiam tu stas, vt ruat illa mihi?
Si meus, actutum hinc: si non, huc exige ferrum.
Quæ scelus hoc gessit, hæc mala ferre decet.

Iulidensis quæ petiit venenum.

Aspiciat sol, qui extremas mihi temperat horas:
Esse aliud, quam quod hactenus ille dedit.
Mitis aue, ac salue, pœnaque cicuta bonorum
Alma leues, fueras qua fera pœna malis.

Cassandra.

Pro stupro tibi promisso, bone Phœbe, roganti
Venturi data sunt præscia corda mihi.
At pro virgineis constantis pectoris ausis:
Vt iam nulla habeant irrita verba fidem.
Præmia sic restant sceleris mihi: pœna decori.
At duplicis sceleris vtraque pœna tibi.

Sibyllæ.

Nec dubio Cortinæ æstu, nec Apolline falso,
Sed vero gerimus pectora fœta Deo.
Cetera, quandam ad nos? vnum est. cognoscite Iesum.
Qua hunc non prædixit, muta Sibylla fuit.

Halcyone.

Parce piis temerare Deos miseranda querelis:
Nam tibi iam fiet copia certa viri.
Terra dedit: rapuit pelagus: tenet æra: cæli
Pars pater est: horum pars es, eras, & eris.

Pitheæ coniunx Persarum ditissimi.

Heu quantum est, comunx, pallescere turpe metallis.
Auri vt sis seruus, velle iubere viris?

Nescis cui fodias. nostra hæc, qua pignora cernis,
Linquent non domino cuncta futura tibi.
Te postquam exuleris, vives, & vivere nolles,
Et velles. metues, & cupis inde mori.
Nemo sciet te defunctum: sciet omnis. abibis,
Atq; aderis. terra te sine terra teget.

Corneliæ Turriæ. Cupido Venerem alloquitur.

Nolle meos oculos quando hæc vetus arcet inani
Vitta, nec aut modus est, aut pudor vllus adest:
Ibo, & surripiam liquidos Turritis ocellos.
His certum est, omneis ire, redire vias.
Spumiferosq; tui pelagi succendere fluctus:
Iratumq; trucis vrere fulmen Aus.
Ah meliora. tuis ne tu. si aspexeris illos,
Haud tibi opus vitta est. fulgure cæca rues.

Pyrrha.

Orbis dimidium: totus cum coniuge. totum
Cum solo deinceps sola datura fui.
At vires auxere Dei. Nanq; omnia pontus
Abstulerat. Sic nunc omnia terra dabit.

Eurydice.

Ne luge me bis raptam. fidissime coniunx.
Si mecum esse cupis, parua futura mora est.
Reddite perpetuam, vel me ne reddite, Manes.
Est ne satis dare, quod reddere nolle velis?

Charicio conquerenti respondet Pallas.

Parce Dea. aut si, qui incautus tua pectora vidit,
Lumine priuetur; lumina tolle mea.
Parce comes: Nam mortali pro lumine, cerne
Diuinis oculis omnia fata Deum.

Mammea

Mammea.

Barbarus eloquio, fadis temerarius armis,
Degener a magnis miles auarus Auis:
Corruptor disciplina, contemptor honoris,
Nescius imperij, seditione potens:
Nec iam Romanus, nec dignus nominis vmbra:
Cuius sit quisquis, quam vetus illa, parens:
Cum vinci didicit, cum vincere desit hostes:
Turpe, ducem negat is cadere, fœminam, anum.

Roma Aeneæ classem alloquitur.

O facies inuisa, meas qua linquere terras
Cogis: quod non est, quærere: quod nec erit.
Aut si vsquam est, hic esto. ignes da. conice. nanque hic
Si non est, alibi nec tibi Troia fuit.

Hortensia.

Spirat adhuc pater in me. audi, qua dicere velles:
Quaq; putes patrem cum Ciceronc loqui.
Singula seruauit capita ille: ast plurimus vnum
Illum, qui contra diceret, hostis erat.
Ordinis at mea vox totius adauxit honorem.
Me dicente, forum, & curia muta fuit.
Quid malis? (non sic) demptum matrona tributum:
An potius stare, & sic meruisse adimi?

Veronica Gambara.

Si quis adhuc vacat ad sacram Permessidos vmbram
Pectoribusq; nouis, numinibusq; locus,
Huc date. Si non est: alium mihi sola reponam
Pectoribus priscis, numinibusq; parem.

Ariadna.

Dura abitum ex patria miserum cui fata dedissent,
In patriam reditum fila dedere mea.
Perfide complexu ex patrio miseram abstrahis ergo:
Vt peream trucibus perdita præda feris?

Hac

Hæc ego commerui læso patre, fratre peremto.
Qui meruisse facit, quid meruisse putes?
Hæc merui, at per te. quin seruatrice relicta
Qui scelus his addit, quid meruisse putes?

Carmenta.

Deduxere mea in Latias oracula terras:
In quibus Arcadicos inseruere Deos.
Constitui ritus, mores, sacra publica, leges:
Nec potui maius, quam docuisse loqui.

Ilia.

E regno fratrem excutiens infamibus ausis,
Iratum meruit dirus habere Iouem.
De me nil mirum est. non quibam degere vitam
Inter mortales, & peperisse Deos.

Hippo.

Quæ ferrum non extimui, me terreat vndæ?
Sat semel, hostili plusquam obiisse manu.
Fortis in hostem es, at in captam teterrimus. est plus
In se: ipsam, & fortem fœminam, & esse bonam.

Hesionen Hercules alloquitur.

Pœna es periuri, periuri præmia non es.
Aut alia Hesione est, aut tua Troia mea.
Debuit & monstris te & fluctibus Ennosigæus
Tradere, Laomedon, qui benefacta negas.
At Iuno mihi, Iuno tibi hæc irata parauit:
Mi labor, & tibi vt hæc pœna parata foret.

Racilia L. Quintij Cincinnati.

Quod nemo de me scribat, neque carmina condat:
In causa non est desidiosus amor:
Sed mundi ambitio, contemptus pauperis aura.
Hinc Helenas, Circes, Daulia monstra sonant.
Nomina si hæc illis: nolo mihi nomina. Satmi:
Quintius has nollet: Quintius hæc voluit.

Hippodame

Hippodame Pirithoi.

Tot malesuna canit sceleratos Graecia raptus:
Vt graue sit, pura nomina ferre nurus.
At probro sine rapta Deum genus Orithyia.
Raptarum vero caetera turba pudor.
Quo maior tamen ista aliis infamia rerum:
Splendidiore mihi hoc nomine venit honor.
Digna fui, sibi quam raperet male sobrius heros:
Et quam non raperet hoc quoque digna fui.

Stratonica Deiotari.

Si te difficilem mihi das, natura, nouercam:
Quid faciam? Lex est fœda parata mihi.
Cogis, vt es mihi, sic aliis sim dura nouerca?
At te inuita illis non ero. mater ero.

Andietta Ruppia vxor.

Difficilis nimiis, expendens nimis omnia, iudex
Asper, & antiquis durior vnus auis,
Morosoque notas oculo sustendere suetus,
Magnanimas toto spreuerat orbe Deas.
In me vna lenta illa animi vestigia fixit,
Ritè colens sancti numina magna tori.
Ne mirere mei caelestia signa decoris,
Atque cata Paphiae membra polita manu.
Mitis honorato faciet sapientia vultu,
Mistaque cum rara sobria verba fide.
Magnum illud: per me ille ferox pernicibus ausis
Si potuit patria posse carere sua.

Atalanta.

Exuit inuidiae rabies quae pramia dextrae,
Num & venatrices exuet illa manus?
Haec est inuidiosa tibi, quae prima puella
Dextra fera tepido sanguine tinxit humum.

Theseiade,

Thespiadæ, haud apri spolia hæc, sed membra nepotis;
Quæ petitis. tamen hic vestra priora cadent.

Camma.

Non thalamum tibi, sed tumulum Canis improbe condas:
At thalamum mihi, qua visere vado virum.
Hoc vixisse lubet mijeri post fata mariti.
Morte tua, aterna hoc sit mihi vita, frui.

Iuliæ Pompeij magni.

Quate ira Deum, quate furialis Erynnis
Respersit Magni tincta cruore toga?
Dirametu & matrem exanimas, & pignora perdis.
Res quibus ablatis publica fessa ruet.
Ne morere: ille etiam vivit. Cruor ille futura est
Mortis. si moreris, mors erit ista viri.
Mors erit ista viri, quam tu allatura superbo es
Morte tua: Patriæ mors erit ista tuæ.

Corinna.

Quem iuga suspiciunt circum, supraque volantem
Aona, cui stupida cedit Apollo lyra,
Melpomene in gremio fotum florentis olorem
Huic cantum, huic alas sola Corinna dedit.
Maximus ille quidem, verum sibi solus, at in me
Atq; illo, duplex Pindarus una fui.

Meduſa.

Is decor est vultus: tanta est sapientia linguæ:
Induerim vt stupidis saxea membra viris.
Vincere non hominis potuit prudentia, non ars.
Hæc sunt Mercurij, hæc Palladis arma Deæ.
Qualia crediderit viuentia membra fuisse,
Defuncta lapides cum caput esse facit?

Tanaquil.

Cui portenta Deum, cui prapetis omina pennæ,
Cui defuncta astris Oscinis ora patent,

Sublegi

Sublegi sceptra e populo sperata Quirini.
Prima tuum fuit hæc fœmina Roma caput.

Alcestis.

Obtrectatores nostri cognoscite sexus:
Quam non in vestro est pectore tanta fides.
Threicius vates nam si descendit ad umbras:
Vivus adit, gressum vivus & inde tulit.
Crescere morte fides non quit, sed vivere. corpus,
Quod moritur, solum est coniugis: illa mea.

Chiomara Orgiagontis.

Quod potui, feci. Sed tu charissime coniunx,
Accipe nunc fidei pignora certa meæ.
Non servanti hosti: neque enim debetur iniquo.
At vir Chiomaræ qui fuit, unus eris.

Laura Schiopa.

Si nos deficiunt animi te, Laura, canentes,
O ingens patriæ lausque, decusque soli:
Ne trepidos digitos, neue os, neu despice mentem:
Omnia quæ vestro lumine victa iacent.
Audierim flexumque Lyræ, numerosque loquentis:
Atque putem modulis reddere posse meis?
Tum regnum invicta Veneris, quod fulgurat ore,
Non video, & scribam? si video, perij.

Hippodamia.

Frustra fata tuus differt conatus inanis:
Totque orbum generis te facis esse pater.
Morte tua certas. dabis improbe Myrtile pœnas.
Dum imbellem prohibes, experiere virum.

Telesilla.

Et sanam, & vatem me reddidit alma Poesis:
Tantum etiam in corpus carmina dia valent.
Auspiciis Argiua meis matrona ferocem
Spartanam audaci reppulit usa manu.

Est

Est medicus, vatesque, & fortis Phœbus in armis:
Singula dans aliis, hæc tria cuncta mihi.

Turia Q. Lucretij.

Me proscribe prius, si vis bona coniugis. ergo
Me viua ad gladios vixerit ille tuos?
Numina, quæ spernis, mihi iste coluntur. vt in te
Summa est impietas, sic mihi summa fides.

Lucretia Pyrrhi Gonzagæ F.

Aspice siderei cælestia lumina vultus:
Si tamen hæc potis es fulgura tanta pati.
Excipe magniloqua torrentia flumina lingua:
Oblitusque tui, ne moriare, cane.
Hauriet illa animam: grauis est iactura. sed illud
Est grauius: nunquam rapta redire volet.
Felix, cui licuit placitis superesse catenis:
Si nullus valuit liber abire Deus.

Xenocrita.

Qui me felicem, qui me dixere beatam:
Si non sim potius talis, ita esse putent.
Quando carere viro volui: me, libera dixi.
Cum sepely, mersi tunc habuisse virum.

Isabellæ Salernæ Fœderici Malaspinæ. Nicolaus Salernus Frater loquitur.

Flete infelices terræ: cum lumine vestro
Ditarunt auidos inuida Fata Deos.
Gaude stelliferi cognatum limen Olympi:
Quod terit indigena magna Isabella pede.
At vos cælicola felicia numina Manes,
Queis explent numerum sidera clara suum,
Accipite hæc flentis mortalia munera fratris:
Heu raro, heu sancto frater amore miser.

Huccine

Huccine ego extremi superato limite mundi,
Ad vacuos, ah nec tam mea tecta, lares
Aduenio? vt viduos veteri sine luce Penates,
Meque mei in meipso quærere cogar inops?
O qua diuini fulgur tegis aurea vultus
Magna nouæ meritis amusa terra Poli,
Haud aliter poteras aliis dominarier oris:
Ni caperes sacro pignora tanta sinu.

Britomartis.

Vos Dominæ tumuli, Dominæque vireta Diana,
Quæque tegis pauidas frondea silua feras,
A Dominæ socia Minoem arcete furentem:
Tu quoque ne impedias, Myrte venusta, fugam.
Omnia tuta timens pauco: exanimantque pauentem:
Nescio quenam animus retia tecta tremit.
Retia vt, ah, comiti male sint infesta Diana.
Ah saltem saltem virginitate tegant.
Excipiat pelagus, si prodat terra. sed heu
In regno Veneris quam bene Virgo mori?

Antonia.

Queis placui magno, fuerat dum vita, marito:
Post illumque aliis sic placitura viris:
Mi placui. Satis est semel inter commoda, vitam
Vel speraſſe bonam, vel timuiſſe malam.

Spartanæ Minyarum vxores.

Eiectos patria vos excepere parentes:
Sedibus vt patrijs eiiceretis eos?
Quis accepistis, peregrini, agnoscite leges.
Qui iuru hæpetuit, debet & illa pati.
In nos, ingrati, sceleris conuertite pœnas:
Impiaque impietas vincat. abite viri.
Sic mortem meruisse placet. nec pœna putetur,
Quam nullam meruit pertimuisse reus.

Busa.

Relliquias tetri Annibalis, tristisque ruinæ,
Quam nobis Cannæ dira procella dedit.
Eiectos, fractos, miseros, rerum omnium egenos,
Millia dena alui: par tibi Roma fui.

Pieria.

Restitui Patriam: sed non, velut ante solebat,
Membra geret membris dissociata suis.
Tantus amor sit Pieriæ, Phrygisque, maritus
Plenus vt inque alias transeat, inque viros.

Cæcilia Bergamina.

Cæcilia in speculo quoties se viderit orbe:
Non alio capitur lumine. tota sua est.
Vnica pulchrarum cum sit norma, vnica, rerum:
Sic merito potuit sola placere sibi.
Musarum est: Musa quoties docuere canentem.
At Musæ illius, cum docet, esse volunt.
Hoc rarum est, didicisse Deas: at rarius illud:
Nam Musas potius, cum canit, ipsa facit.

Megisto infantem filium alloquitur.

Huc iugulum, haud timeas ferrum crudele tyranni.
Hoc leuius, duri quam fera mouit ira iugi.
Si nosti, mortem pro libertate paciſci.
Si non: nec debes vulnera nosse tua.
At vos ne miseram, ciues, torquete puellam.
Quæ damnas, factis neve imitere malis.

Cassandræ fideli.

Indagare valet nullum si fœmina verum:
Quod lateat gremio, consilioque Dei:
Nec Genium celso naturæ educere calo:
Nunquam tu fueris fœmina: sed vir eras.
Siue vni dedit hoc diuina potentia munus:
Hoc vna ex cunctis fœmina munus habes.

Scu

Seu decus hoc donumque Dei datur omnibus æque:
Es Cassandra aliis omnibus vna satis.

Polycrita.

Heu quantæ clades. quot Naxia funera cernes.
Ne turpis mœstum linque, Neæra, virum.
Quis putet interitum formam, formamque salutem,
Dedecus illius, mi peperisse decus?
Deseris ipsa tuum: peregrinum ego seruo. fidelis
Vxor: at insidis non benefida tuis.
Tu populi secura, vtriusque in funere viuis.
Per me sospitibus, mors mihi læta venit.

Beatrix Aragónia Matthiæ Coruini.

Nil dabis? omnia debentur. dabis omnia? nil hoc.
Largior, & maior omnibus vna bonis.
Hungarus hoc alios superat rex: illa maritum.
Nec Fors demisit mentem, animumque pium.
Hospes in antiqua patria, non se hospes in ipsa.
Vna aliorum omnium tota, sed vna sua.
Hoc iterum nihil est. terrena dat, hæc quia spernit,
Verum aperit cælum, cuius imago fuit.

Lampsace.

Bebryciis quam vicinam nunc cernitis vrbem,
Nomine iam prisco Pityoessa fuit.
Vexatam assiduo incursu, crebroque tumultu:
Vt propius turpem res foret acta fugam,
Constituit Codri genus auxiliaribus armis,
Hospitis Andronis signa vetusta fouens,
Diuinum genus, ille Phœbus: qui fortibus ausis
Primus Leucadiis pectora tersit aquis.
At non pro meritis respondet barbarus hospes:
Mentem, pro factis hospitis, hostis habet.
Insidias retego: seruant: mortalia linquo.
Atque vrbi linquo nomina: thura cremant.

Violantilla Stellæ.

Scribentis Violantillæ regit omnia Phœbus,
Os, oculos, calamum, pectora, corda, manum.
Solum: vbi vult coniunx quid scribere, deserit ipsam:
Illaque Tegæeis flumina complet aquis.
Vult quid vterque simul? dubitat, quo deferat aurum.
Dum dubitat: sibi tum Phœbus vterque fuit.

Berenica Olympionicarum filia, soror, mater.

Vnum qui dederit, felicem Græcia cantat.
Ast ego, qui populum do tibi, qualis ero?
Nata, soror, genitrix. tantum est mihi nominis: vt non
Tam celebrer, celebrent quam mea fata Iouem.

Portia ferrum alloquitur, & Cæsarem.

O Martis comes, o prisca virtute metallum,
Nunc opis antiquæ est indiga Romatuæ.
Conditeras inter Latios, Opicosque furores:
Cur non Romanis nunc quoq; reddis auis?
Tento te, an possis tetro satis esse tyranno:
Tento te, an possim sic satis esse tibi.
Terra tua est: ferrum ergo tibi fert terra, tyranne.
Quod si non faueat, iam super ignis erit.

Iphigenia.

Vsque adeo nostros agitat dementia Diuos:
Vt temere ex æquo fasq;, nefasq; putent?
Mutarivt iubeant turpem pro virgine mœcham:
Pro innocuo sontem vindice morte ream?
Vt ne habeas, nocuit quod auere, & habere nocebit?
Hoc quod non nocuit, non habeas, quod habes?
Rapta est? ira Deum ruat alta mœnia Troiæ.
An ne volens? ipsa, aut expiet Hermione.

Rusticiana

Rusticiana Seuerini Boethij.

Scripta Seuerinus dum spectat coniugis, inquit:
Non memini: verum est hæc, puto, nostra manus.
Sin alia: vnde, alius incognita, pondera mentis?
Hic meus est animus: mens tamen ista mea est.
Dum loquitur, loquitur stupidus: nec fallitur vsquam.
Quippe eadem fert mens corpora, soba, duo.

Sappho.

Ales Amor nuper Paphio tener editus antro:
Qua geniale cauis murmurat æquor aquis:
Visurus iuga Castalidum secreta Sororum,
Marmora præpetibus transuolat alta viis.
Inde per Aonias deuexis tractibus oras,
Qua leuis aura grauem Lesbis oberrat humum,
Aera Pierium secum pernicibus alis
Pertulit. hinc pennæ dat tibi iura suæ.
Blandus Amor, mitis tellus, lenissimus auræ
Tractus, dant Sappho dulcia scripta tibi.

Adamantia & Iunipera Cataniæ sorores. Et Angelica Libarda puellæ Constantiæ Rangoniæ.

Quot sibi constituit Rangonia magna puellas:
Tot potuit comites dicere habere Deas.
Æquauit Veneris radians Adamantia vultum:
Quinetiam inuitam vel superasse puto.
Iuno est Iunipera: at facilis, mitisque, benignaque,
Et vetere expulsa quam bene digna Ioue?
Palladis Angelica præfert violentia vires:
Atque eadem est varia docta Minerua manu.
Hæc illa. Ipsa autem quæ sit Rangonia? verum
Qua non sit? Nam cui par Dea nulla fuit.

Diua Ianina Plotiasca.

Qui iam tot lacrymas, vario tot carmine fletus
Deploratorum fudimus ante rogos:
Hic quae quot? vix haec. multis qui versibus vnam
Consecrat, ex animo vix bene vera dolet.
Heroum soboles, heroum maxima mater
Nominis ah vix iam nomen, & aura, vale.

LVDOVICAE SABAVDIAE

Epitaphium primum.

Bis Regem Caelo patrio Ludouica parauit,
Cum peperit; pacis cumque redemit ope.
Bis Regnum: victorem audax vbi finibus hostem
Terruit; atque iterum munera pacis habens.
Bis seipsam: prius hoc vitae mortalis honore:
Mox induta nouo sidere, vota fouens.

Alterum multo plenius.

Regina, Allobrox, mater, Rex ipsa regendo,
Auctior at forti Rege Loysa parens.
Regno illum natum: Regnum illi pace redempte,
Vno orbata, duos pace fauente tuli.

Aliud.

Sanguine Caesareo Ludouica Sabaudia, Rexi,
Sola dedi Reges, solaque restitui.

Aliud.

Non natum edendo Regem, absentemque regendo,
Praestiteram, reducem do quoque, ter peperi.
Ecce vetus Bacchum taceat iam fama bimatrem:
Ter nati vnius cum vna parens fuerim.

Berenica

Berenica Lodronia mater.

Quod genius, & sexus poterant dare, cuncta ferebam:
At quæ non poteram cætera ferre, dedi.
Ex utero armorum, ac tantæ miracula linguæ
Prodierunt: ut sint pauca habitura fidem.
Nobilitas nulli toto quæ cedit in orbe,
Hæc sibi parturi debuit, illa dare.

IVLII CAESARIS SCALIGERI HIPPONAX.

HIPPONAX AB INFERIS.

QVA Ditis altæ concauo sinu terræ
Crepant, euera verberum sono regna:
Cohors sororumque anguicrinium dira
Vrget tyrannos, deinde fœneratores:
Sed ante & illos, ante & hos maletractat,
Crumenimulgas, rusticonoras linguas.
Huc inde missus Aci trucis iussu,
Densis tenebris efferens caput durum,
Vlturus atras contumacium culpas,
Versuque claudo Iudices notaturus:
Qui futilis auro iura sancta permutant:
Adsum superbis acer hostis Hipponax.
Abite, Lusitana quo vehit puppis,
Vel in recessus omnium vltimos rerum:
Versu fugaces persequemur inuicto.
Quem non ruentis deleant aquæ. Nili:
Non vorticosis fluctibus minax Nereus:
Sinet nec ista vestra crimina impune.

De suo proposito.

Deliberaram olim abstinere me a scriptis,
Quæ lancinarent nomen huius, illius.
Inurerentque illiberaliter nigras
Notas. Neque esse candidi locutoris

Nec

Nec candidi, nec nobilis, nec urbani
Cancre, quæ honeste nominare non possis.
Sed quæ tenebunt septa dentium linguam,
Cuive impedita præ pudore sit dextra,
Cum Publius sit prætor, & legat libros,
Qui pellis atræ dente concolore, ipse
Quoque concolor trahebat ultimas rugas?
Furum magister fericatus incedens
Auro fugauit non modo fugit furcas:
Quem furta condemnauerant, redemerunt.
Mimusque sertat impeditus Hipponax?

De Perillo.

Nemo Perillum tum vocabat ad cœnam,
Cum sordidatos duceret dies cœlebs.
Factus maritus aureatulæ ancillæ est.
Nunquam puer post dixit: est domi: cœnat.
Et cœlibatum præferunt maritali?

De Beryllo.

Facetus est Berylus. Inquit: Cæsar:
Qua nocte, quove tu die dabis, quanta
Nunc polliceris? Herba iam viret: sed tu
Ares. Natat murena: tu petis fundum.
Origines, origines erunt veræ.
Nam nulla finis est: erit, reor, nulla.
Hæc cum Berullus in foro frequens dixit,
Adit tabernam temulentus, & fœdæ
In angulo coquinulæ supinatur,
Stertitque septem congios Pyrenæos.
Focoque salsamenta structa permingit,
Tomacla cruda semicinctus eructans.
Hinc excitatus conuomit viatores,
Quibus diem dicentibus reluctatur.
Berylle, iam Berylle, non Aristarche,

Cunctationis criminator ignauæ,
Inique castigator, atque contemptor
Prudentiæ fatalis, inclytæ, inuictæ:
Qua nocte, quove tu die ebrius non sis?

De Apostatis.

Apostatarum vita sit, rogas, qualis?
Est qualis ante, cum forent [illegible].
Periculosiore more sed sit, quod
Licentia fit peius, vt fuit nequiam.

De Volsello.

Volsellus, vt sit mœchus, est capillatus,
Horretque barbam, sordidosque barbatos
Vocat; latrones, sanguinarios, diros.
Se tondet ergo, rasitatque, vellitque.
Vibrissa nulla, cilia stricta, nulla ala.
Est pectinatus, myrobrechatus, ansatus,
Crepidatus, armillatus, aurilumbatus,
Stalagmiatus, prædofuriditatus.
Hispaniatus. Quid tot est opus nugis?
Biuerticate, cirrulate, russate:
Cur pectinate pectinatus haud idem es?

De Drusaco, qui scripsit in fœminas.

Drusacus infans sesquicenties centum
Qui omisit argumenta, nec satis fecit.
Plusne expetiuit dicere? an reliquit plus?
Quid fœminam tot impedis? sat est vnum.
Monstrum est, quod hoc, tu qualis es, dedit monstrum.

De Lyce.

Lyce cloaca fœda prostitutarum,
Quacunque lenti concalent lupanari:
Tanto altero impudicior modo, quam cum
Olim anteibas cæteras meretrices:
Valete fœdo fœda mœcha cum mœcho.

De

De Statanio iudice iudicum corruptore.

Æqui, bonique, ac iuris impedimentum
Statanius stat. Sed Statanio iure
Iam mors stetisset, non modo impedimentum:
Ni mors stetisset ille iuris, atque æqui.

Lusus de Turriano.

De mane surgit Turrianus, vt viuat.
Est Vasco Turrianus, estque chirurgus.
De claudicante Iambico facit rectum:
De mane surgit Turrianus, vt bibat.

De insolentia Causidicorum.

Nemo est eorum, qui esse se Deos censent,
Hoc sæculo, atque tempore hoc abortiuo,
Qui gratia, aut scientia, aut feris armis
Sibi suisque vindicat locum primum:
Quam qui loquaci contumacior lingua,
Fretus dolosis artibus fori diri,
Internecina bella comminaturus,
Nefandus occupare nil timet quicquam.
Audis, videsque, conspicansque conniues,
Qui nutu optima regna Gallia torques:
Qui rex es vnus, ferre tot potes reges?

De Caluo.

Excoleatus Caluus, excerebratus,
Natura vtrunque, an alterum arte sit factum
Ignoro sane: scire nec mihi cura est.
Post temulentam temulentiam tandem
Is me vocauit Gallia nothum ciuem.
Nam lege gentis, regiisque rescriptis
Bonis potiri non licet peregrino.
Agyrta Calue, vera si canis (nam te
Verum vomentem nemo vidit, vt vinum)

Semihecatæus

Semihecatæa larua, ſemilatrua,
Natura aborſus, hibrida iſtius vitæ:
Tu abominantis ſpurcus es nothus mundi:
Excoleate Calue, & excerebrate.

Ad Romam de ſuis [illegible].

Regina Roma, tuque Tibri rex: verum
Regina quondam, tuque Tibri rex: nunc iam
Nec Roma, nec Regina; nec Tibris, nec Rex,
Nec ſomnium, nec vmbra, nec ſonus Romæ:
Ecquid ſenatus ille priſcus, & ſanctus
Veſtrum vtriuſque in candidam venit mentem?
Quæ vota cælo, quæ Penatibus cæli, &
Priſco Quirino iam tuliſtis: vt tandem
Vt nunc, quod olim iam fuiſtis, eſſetis:
Ludibriumque ſeruitutis inſanæ
Rediret, vnde venit, in feros mores,
Quos ni furore, more, legibus, fato,
Omni arte prædicamus eſſe tollendos:
Ipſi impudenti aſſenſione firmamus.

De Gillone.

Quare timebit Gillo, ne venenetur?
An quod gerit ſe principem ſacerdotum?
An non timebat Pontifex Toletanus,
Cui redire centies decem notum eſt?
An quod ſuperbe ſericatus incedit?
At purpuratus hoc nihil timet Coſſus.
An quod putat ſe iure vtroque conſultum?
At mortuus Baldus functus eſt ſuo in lecto.
Ergo eſt, quod auro capſa prægrauis turget?
Non. huic miſello haud ceſſerit Veturtinus.
At at. Quid eſt? quid? paululum, puſillumque
Quod Eccibardum ipſe hoſpitem venenauit.

De

De Caluo ludimagistro pediculoso.

Famelicarum Calue dux cicadarum
Hiberica quacunque rore Nebrissa
Siticulosa turgidas cient rixas:
Ecquis tremendis sede Ditis excitus
Atras furoris ventilans feri tedas
Genius supina corda contenebrauit?
Quæ lambere vlla te miser fames iussit
Maleominatum sanguinem Lycambæum?
Ten' consecratum dulcibus caput Musis,
Iouique charum, vique Martis inuictum,
Suadela cuius insidens labris regnat,
Audacter, impudenter exacerbasse?
Pro quo, imperite literator, & nequam,
Viuus videnſque (si modo miser viuis)
Fugis relinquens temet, atque desertor
Læuæque famæ, nominisque decoctor
Tui procuras conditorium busti.
Tui Megæra, Cerberusque, Alastorque,
Idem cadauer, orcus, atque vespillo.

De Renato.

Bonus Renatus Hector est amicorum,
Imo est Achilles ille diuus inuictus.
Misertus ergo Cæsaris sui, dixit:
Es durus, es q obscurus in tuis dictis.
Non seculum hoc amarit. Ede, quod molle
Mulcere possit delicatulas aures.
Renate, vir Renate delicatus, & iustus:
Vt rarus vndequaque es: vt tuus discors
Est moribus, sic seculum hoc mess scriptis.

De Hyænis.

Hæc sericata turba, quam vides centum
Crepare: corruzare nubilam frontem:

Soloque nutu turgidam salutare:
Est, cui Deorum iura cuncta debentur.
Cui ipsa cali comparata maiestas
Putetur esse despicatior corno.
Quid ni? refulgens tota pustula argenti
Auro Britano, Lusitanico, Hispano
Tumens monile. Frena, sibula, calcar
Solem amulantur: nec pares Deos credunt.
Asturco fulget, hinnit, & cauat terram:
Scortum superbit torque. Fulua monstratur
Periscelis, murenula, annulus, spinther.
Tot, inquies, paterna iura donarunt:
Imo inde viuunt, quod petunt rogatores.

De suis scriptis.

Nimis anxie Bibinus elaboratos:
Nimis fluentes Cæsaris Mauer versus:
Longos nimis Beryllus: at nimis curtos
Popinus. Igitur hoc, quod arbitror, dicam.
Vnus, duo, tres mentiuntur, aut omnes.

De Caluo.

Hircosa proles scrofipascui hircosi,
Tibi se imperator vester ille commendat,
Hispanica de tabe vix trahens vitam,
Raucum sonanti verba gutture eructans.
Hic ille si te prouocat bibax potum:
Potus bibacem prouocatus imitat.

De libro Laruacij.

Miser libelle, vos miserrima charta,
Qua cæde commisistis, vt periretis?
Liber miselle, quid tuum superbire?
Quod es politus? tersus? are bullatus?
Auro nitens? coloribus figurata

Membrana?

Membrana? pumicatus? umbilicatus?
Bellum putamen nucleum tegit nullum.

Ad Garumnam cum filios mitteret Burdigalam.

Garumna, qui pro montibus Pyrenæis,
Agri frequentans mitioris excursum,
Illustrium tot fluminum premis nomen:
Supplex te adoro gurgitis citi numen:
Sanas repone regij minas vultus.
Reciprocisque parce vorticum spiris.
Natosq; portu sospites meos Lunæ
Vel sistite, vel parentibus suis redde,
Lenis quietas æquoris vias sternens,
Oblitus Orionis vuidi, & Cancri.
Sic te fluentem limpidis aquis nulla
Conturbet aura, sordidum aut pecus reddat:
Nec temulento te ore conuomat Brito.
Neve impudicis Helciariis duram
Fœdæ exprobraris impotentium linguæ.
Neu te lacessat impiusve piscator,
Diruisve nauta, cælitumq; contemptor.
Non te prophani sanguis oblinet capri,
Nec agna tincta palpitabit in ripa:
Deliriorum stulta, somniorumq;
Parens vetustas quæ solebat afferre:
Sed Barbaro de sedibus poli summis
Nilo fugato nugiuendulis Gracis,
Te collocabo versibus meis, quo tam
Cælum terras pro montibus Pyrenæis.

De aula Romana.

Tibi, Aula, qui cohortis indidit nomen,
Non est, fuitve stultius, aut pecus: non quod
Duris maniplos impleas viris fortes:

Id quod cohortes fecerant tua quondam.
Villaticis sed pastionibus Cortes
Dicuntur. Aula, ignosce vera dicenti:
Sunt inde vestræ bestiæ cohortales.

De Fucis.

Tu, Iuppiter, si temperas sacerdotes,
In nosque iura condis, & paras ipsis,
Vt deuorent bona decumana viuorum:
Et mortuorum sanguinem merum exugant:
Si regna fratris dissita a tuis regnis,
Tu tua vicissim ab illius, gubernatis:
Quare Orcus omnes deuorat sacerdotes?

De Catilli nobilitate.

Catillus ille, quem videris in summa
Mensa accubantem cubito vtroque: tum spurco
Vngue ostreosas pastinare gingiuas,
Cui subsilire guttur, ac putres malas
Farciminosi ventris e penu diro
Mecum Suarde conlumacharis, acrides:
Et nobilis propinquitate primorum,
Imaginumque & sanguinis vetustate:
Cum verba ructabundus euomit blæsa,
Caputq; quassat: colla torquet in tergum:
An non referre legis aulicæ punctum
Videtur omne? Tum institutasit cuiquam
Oratio: interrumpit. vt loqui solus
Dignatur. Idem gressibus vacillatur.
Obstipa ceruix. Nec prior salutare.
An detegare, obseruitare: tum vadens
Ad sericata Gallicana spectare:
Quæ perfugaces contegunt pedum plantas:
Idem efficaci voce cum secat calum,
Detrudit aliis vocibus Deos: nonne

Norme

Nonne aulicus? non nobilis? dehinc quando
Raucum loquatur? Nobilis. cicatrices,
Montes Pyrenes, tum Liguſticos, Tauro
Cognominem vrbem, Belgium crepat: pallet:
Trudit, trucidat: nonne nobilis? Cinctum
Lumbis refractis arctius breuem ſtringit,
Quam faſciam proterua mulionis vis.
Demittit ocreas, caliga laxa cui turget.
Barba horridus. detonſus. Hunc negas illum,
Qui fregit olim lanceas Hiberorum?
Promittit idem in craſtinum? nihil ſperes.
Hoc nobile eſt. Salarium puer poſcat:
Conuiciis perſoluet. Inſtet infeſto
Puer: remonſtret ſeruitutis, aut menſem,
Aut longiora pacta: calceos ruptos:
Thoracis ima, ſumma rupta, diſcerpta:
Res fuſte, pugnis, calcibus, manu, ferro
Agetur. Hoc eſt nobilis. petit mercem
Mercator, aut fidem ſcheda, aut diem ſaltem
Condicier. Pagane, nobilem irritas?
Tun' regium audes militem, virum fortem,
Ac nobilem, cohortis & ducem inuictæ
De mercula appellare? ſi dehinc iſtac
Offendero tantillulum loqui de re:
Perieris. Hoc eſt nobilis. Venit ſutor.
Venit refector calcearius. clamat.
Ephippiarius. vitrarius clamat.
Hinc œnopola: dextera ſtat artoptes:
Coquus ſiniſtra: dulciarius retro:
Infector ante. Tot petunt. Malam turbam
Heu colluuionem gentium nonatarum:
Diene feſto audebitis? die vobis
Iam craſtini ſoluetur. vt venit quiſque:
Tum nundinas canſatur. aut, mane heus, heus dic:

Abiitne dispensator? Annuit. verum
Redite. venerit: tibi illico soluam.
Os hominis: an tu rere nobilem fluxa
Fide esse, sicut estis? At mihi credet
Bonus Marinus. Cæterum ille Murtanus,
Impostor ater, fœnerator impurus,
Faxo pigebit; cum diem mihi dixit.
Sic dissoram eius dicta, facta apud regem.
Tu noster esto amicus. Eximam munus
Equitum tuis de prædiis. Peribit nil.
At ille edetur & vorabitur totus.
Hoc nobile est, hoc nobile, & pium, & sanctum.
Sic est agendum vt nobiles, boni, fortes
Simus, Suarde, literas bonas vllas
Caue sis didiceris. Illud est magistrorum,
Tu pernegato scire, si putent scire.
Vel literam internosse: vel apices scriptos.
Ne autographo mercator instet, ac vincat.
Tu, qui, Suarde, nobilis studes esse:
Hæud fumidarum imaginum canens pompam:
Haud peieratis stemma cum Deis æquans:
Quem nec fauoris aula ficta mercatrix:
Nec æqua summo machina ædium cælo:
Nec otiosam inertia exerens cristam,
Sed summus acri cum fide timor recti,
Moresque virtutesque nobilem fundant:
Aut hæc putato, atque intimo sinu conde.
Aut villicatum abscede rusticatumque.

De Bacello.

Vir est Bacellus, propter hocque barbatus
Est, esse vult. Contendit, impedit, pugnat.
Nec rasitat, nec vellitat, nec expungit.
Quin rasitat. Quid ergo rasitat? nasum.

De

De ingrati Noctuini perfidia.

Miſelle Noctuine, quis Deorum te
Agit ruentem in nominis tui mortem?
Qua te Megæra barbara, aut Megærarum
Strigoſa proles Momus, hiſpidum. ac bardum
Admouit atras claudicantis ad tedas?
Quis te uſtulatum cum inuidentibus ſannis
Pro victima litaret infero Diti?
Hoſtile Phœbo, & candidis caput Muſis,
Lates relicto ſpiculo? neque appares?
At o miſelle Noctuine, qui noſtri
Adamantina Herculaneum impetum claua:
Neſcis miſella veſpa, barbara hoc: quod non
Es amplius victura ſpiculo amiſſo?

De Lycorio.

Videtis illum, qui tuba canit, quantum
In pauperes eſt panis erogaturus?
Agit vetuſtæ pœnitentiam labis
Sicarius, veneficus, fames patris.
Fame parentem nam necauit inſontem.
Anden' parentis premere terga Telluris?
Panis rogantem qui obſitas ſitu buccas
Fame necaris impia & ſenem, & patrem?
Haurire cæli ſpiritum: illius poſtquam
Qui ſpiritum dediſet, impie extinxti?
Leges ſileſcunt? conticet pudor iuris?
Nulla hic dehiſcit terra, quæ patris manes
Diras precantis euomat tibi vltores?
Aut regna ad illa te adigat? o caput dirum
Sicariorum meta parricidarum.

De Sedulio.

Sedulius me vidit in foro ſeptem
Libros ementem: Cæſar, inquit, hem ſeptem?

Ergo excidere mente de tua cari
Famelicosi liberi domi septem?
Uxor beatis elegantior septem?
Asturco, Asellus, Manticarius, vector,
Canterius, caballa, mula, sunt septem.
Ancilla, cursor, a manu, coquinator,
Superciliosus pædagogus, hircosus
Stabularius cum vinitore, sunt septem,
Canis cubicularius, canis cursor,
Canes sagaces quatuor, canis porta:
Hi sunt opinor, suntne? non minus septem.
Est merula, turdus, inde sturnus, hinc pica,
Hinc carduelis, inde psittacus. quot sunt,
Si addatur aquila, sola quæ valet septem?
Debes Myagro septies, decem Mauro,
Quater Cateio, quadruplum Recentato.
Bismillibus prætorium quod extruxti
Ephemeris reposcit impy Bruci.
Pulsat viator ianuam, Nigri susu:
Domo Reuellus extulit pedem: palles.
Nec dum Calendas Luna vexit Apriles.
Sodes, quot hic sunt? nonne, si putes, septem?
Et ringeris, quod Ianuarius flores
Plures, stupente vitreis mari crystis,
Ostenderit, quam tu vnicum quæas nummum?
Te mortuo quis emerit tuos libros,
Quos comparasse plus satis sit & regi?
Nemo est inops tam mentis; vt velit fundum
Non sibi parare, quam libros. potest solos
Stultos supellex excitare damnosa.
Vera hæc monenti more tum meo paucis:
At me vicissim miseret omnium vestrum:
Cum Cæsare vno si interibitis cuncti.

De

De Phoca.

Et luscus est, & Brita: sed niger russa
Barba comatus: usus in manum lauam:
Passus minutus: obtuetur oblique:
Lupina ceruix: ore ridet inuito:
Sermocinatur patus: obstrepit balbus:
Quacunque dixit, repetit: & mora multa
Ipsum seipse, dum loquatur, auscultat.
Vt prauitatis expleat modum, ac legem:
Detur [illegible]: ire non potest vltra.

De Marilla.

Est nobilis Marilla: an ob suam matrem?
Non. nam caduua glande pauerat porcos.
Pater sed ipse nobilis fuit saltem?
Imo infima de plebe, claue de nulla,
Pupilli hirudo, fœnerator infamis,
Hæredum deuorator, exuctor.
Ast eius arma stemmatis nitent priscis.
Priscis? Recoctis brassicis olent ollæ
Nouæ, vetustæ: si modo vlla seruatur.
Cur nobilis sit ergo? nemini soluit.

De Narillio.

Bonus [illegible] est Narillius; purus.
Haud iurat, haud eiurat: abstinet mœchis.
Nulli minatur iura, nemini obtrectat.
Sed nummulo perire vel sinat Christum.

De Tineoso.

Cur mane surgit Tineosus? vt ientet?
Nec coniuge audet non ferente prandere.
Cur ergo surgit? an meridiaturus?
Nec filio audet non ferente cœnare.
Quid ergo ineptus mane surgit? vt mingat?
Non. quippe tanto lectulum ante perrinxit.

At mane saltem surgitat cacaturus?
Quin concacauit culcitamque, lectumque,
Tomenta menstruata, spurca, lodices,
Consarcinata linteamen e stuppa.
Fortasse surgat iura iudicaturus.
Non. occupauit doctus hunc locum prætor.
An vt remetiatur atra pistori
Frumenta parcus? imo vel miser, vel iam
Mendicus illa vel roget, vel exquirat.
Ergo vt lauet se? vidit ille aquam nunquam.
Deponere vsta possit vt sitim lingua.
Præ siccitate, brucum, apesque, locustam,
Teredinem, manipulos cicadarum
Is præteribit, præteribitur nulli.
Dic ergo, quare surgit? an petit mœcham?
Adulteratur? vult. nequit. petit. quærit.
Negatur illi. Forsitan canes, cornu,
Plagas, equum popposcit, vt ferat ceruam.
At non habet. Quid ergo? consul, vt consul
Vult esse, vult præire: sic vt audit, quod
Vertente mense consules crearentur:
Tunc ergo surgit: ergo tunc celer surgit,
Vel mane, vel quam mane, plus decem punctis.
Subsellia inde cuncta cum percurrauit,
Et est precatus despicabilis cunctis,
Dignatus haud est frontis alta nudare
Tegmenta. Forsan tu putas superbire?
Falleris. humilius hoc nihil fuit: Verum
Alopecites esse non potest Consul.

De diribitoriis.

Fuere quondam Bestiarii duri,
Spectaculorum turpium nouatores,
Qui cerberims illius manus spumis
Puro lauarunt sanguine, innocentiq.

O turba

O turba picta fæculentior mœcha.
O lingulace semidocte, Titanum
Qui fœda facta splendidis tegis verbis:
Si querculanæ vipera vltus es morsus,
Ipsamne quercum liberaliter vitam
De fruge dantem, æstumq; fronde frangentem
Geluque lignis vstulare debebas?

De Cosso Galenista.

Interrogabat me Galenicus Cossus:
Cæsar, bonasne collocaueris horas,
Quas vel Galeno, vel sacris libris debes,
In vel Platonis, vel libris Stagiritæ,
Qui intelligendos esse se negauere?
Nec excidunt commenta Calculatoris,
Tibi otioso nec fluit dies, annus.
Nec esse quicquam cum tuis potes Diuis.
Γαλληνικωτερωτάτων pater Cosse,
Pater, caputque, norma, amussis, ac totum:
Hoc vrit, hoc vos belluas Camelinas,
Qui separare haud quæritis lacus puros,
Sed cænulentos dante sorte potatis
Quod fonte nos haurimus vsque de primo,
Ruique fœda deuoluta ridemus.
Non ponet arma Taurus igneus; donec
Vtroque cornu ventilatus expires.

De Rubellio altero Galenista.

Rubellius me contuens Galenista:
Qui, si Galenus dicat esse par impar:
Is deieret sic, atque si Deus mandet.
Foues adhucne barbaros Auicennas,
Et sordidatos, Cæsar, inquit, atque hirtos?
Nec excidere mente de tua, durus
Fallacia argumenta quæ Scotus fudit.

Nigris & in recessibus lates stulte:
Cui pauculis de more sic meo blande:
Armis Galeni prepotens Rubellille,
Versuta vulpes comparem ferum nacta,
Quæ turpicella imaginem gerit nostram,
Longam trahebat impotentior caudam.
Hunc Simius: quid sarcinæ hoc tibi prodest,
Nisi ad lutosa lenta strata verrenaum?
Iccirco amica voce te monens dico:
Ea amputanda, vt expeditior curras.
Amica, sic amica sis tibi, vulpes
Inquit. Sagax natura quam tegit, vis me
Apertam habere turpitudinem tectam?
Tibi consule, atq; ostende vel nates centum.

Ad Torellium Ciuem suum.

Torelle rethor acer, acer orator,
Pectus librorum, fida mens, vetustorum:
Recentiorum grata lima, non mordax:
Quis te Deorum præpes huc, Dearumve
Nostra domo deduxit ad domum nostram:
Prouerbio quod dicitatur in Græco?
An te Catullus Sirmionis in ripa
Musas politis cantibus lacessentem
Vt vidit, aut secutus, aut fuit ductor?
An te Secundus dicta, facta naturæ
Late explicantem, & abditas Dei leges:
Dum frangis æstum, & Siry fugis flammas,
Latis beatæ flexibus Polyzelæ
Audiuit: & secutus, aut fuit ductor?
An inquieti tristis vmbra Mastini,
Propter vireta amœna, dum sedens curru
Sublimis alto Martium quatit campum,
Et hic minores lustrat, atque maiores,
Mœrens deesse quos Nouerca Fortuna

Obiecit

Obiecit hosti: quoſque mitior facta
Parere iuſſit, ſicut Herculem, Euryſtheus:
Vbi videret maximam poteſtatem
Tuis datam virtutibus, fidem raram:
Sui miſertus abnepotis obiecti;
Tibi, vt miſellum oſtenderet, fuit ductor?
Mihi hoc relatum verſibus tuis malim,
Quam nunc de auſto potitare Benaco:
Nam illis duobus; Plinio, & Catullillo
Curabo gratam gratiam reponendam
Oratione vinula venuſtula,
Tibi vt venires, qui fuere ductores.
Auo Sabeis mercibus parentabo.
Tibi coronam literariam mittam.

De Doleto.

Qui corticem te literarium dixit,
Multo ſecurim iuſtius vocauiſſet,
Cui comparati mille Sillotimones
Dicantur eſſe Lælij, aut Ariſtidæ.
Teredinem, fucumve, porricidamque.
Et lucis hoſtem frugimordicum Blattam.
Sed hanc putauit eſſe pro tuis libris.

De eius libris.

Cur litereve, lineæve diſſorta,
Sunt verſuum, quos ſarcinauit inſanus:
Quæris, requiris, enecas requirendo.
Dulcis Suardo norma literatorum.
An labra neſcis conuenire lyciscis?

De Fucis.

Si quæris vnde ſpem fouere cœperi:
Et vnde deſperare: nec pati poſſim
Putremq; faſtum, rancidamq; lanuginem:
Edifferam tibi omnia: vt putes toto

Tripode profata Delphico, atque cortina.
Postquam soluta labe generis humani,
Mortis superba compede, & triumphata,
Benignus ille sospitator, & princeps
P[redacted] priscum carceris patrem exemit:
Si ver[redacted] id est, quod prædicatis, [redacted]
Sub firmitate possideret æterna,
Quodcunque fecit latere utroque Neptunus:
Et ibi impudentis dira secla Plutonis
Manus dedisse victa: cur, age, [redacted]

[illegible]

De Astorco.

Petis, quid est, quid esse possit Astorcus:
Iuni libella Rhetorum, ac Poetarum.
Nec tu semelve, bisve me fatigasti:
Sed ter, quaterque, quinquiesque torquebas,
Negotiosis cum voratus a curis
Mihi inuidebas otij moras lenis.
Si te rogabo (ritiosissimum iuni,
Quid sit, quid est, quid esse possit Astorcus:
Quid esse dices? Ille quod velit dici?
Veram libellum rhetorum, ac poetarum?
Non. sed quod ille nolit, ac neget dici:
Probrum Deorum, dedecusque naturæ.

Ad Veronam, & Benacum.

Veronâ mater, & Athesis pater prisce,
Amœna celeri latera temperans flexu:
Postquam relictis Alpibus Triacrinis
Canem, Canisque sacra sceptra praferris.
Vbi æstuosus tuta septa Benacus

Oppugnat

Oppugnat alnus Sirmionis & ripa.
Vale. Valete limpidi lacus fibræ,
Quacunque singultantibus recens venis
Anfractuosa scinditis specum terræ.
Post hac vbi videbo vos sacri fontes?
Sacri penates? sacra Manium turba?
Vbi vos videbo? vbi alloquar meos Manes;
Canem, Canisq; femina altus Mastinum
Late imperantem rebus imperatoris?
Qua Sirmionis quamvis aurei ripas?
Qua te, Minerui, quave, Lazisi, quave
Tam multa, tam diuina, tam recantata?
In barbaris? in Alpibusve Taurinis?
In Cantabris, Vasconibusne, Rutenisne?
An inquietorum ense Celtiberorum?
O Dij, Deaque, qui silentium mentis,
Et qui loquendi funditis potestatem,
Vtcunque nobis (si pius poetarum
Frequento sacra) ne negate: sed larga
Ope, o, manuque reddite, & datum arcete.

De Lycorio.

Lycorius, quod parricida dicatur,
Dicatur, & sit, suisq; deq; habet. quando
Hoc, quod vetustis legibus lui iussum est,
Vita negata, morte non data, solus
Id arrogare impune quod licet, gaudet.
O dira monstra mortis. o lues tetra.
Non tu, nec ille spiritus tuus nequam
Isti, sed isti, quorum imagines lambit
Pallentis auri fulgur, & farris sacra.
Iam non, Lycori, parricida dicaris:
Sed hi, sibi qui vindicant patrum numen.
O Iura, Iura. si patres patris cædem
Non vindicant: ah desinant patres esse.

Aut nomine aut Lycory pij dextra.
Uno hoc piaculo illud expiatum esto.

De Noctuino, qui fugit ignis supplicium.

Mendice Noctuine, non fugis panem
Nigerrimum, quem mane dat tibi pistor
Fuliginoso fumosus a fumo.
Defesse Noctuine, non fugis lamam,
Tibi æstuanti si qua fert recens umbram:
Ubi tyrannus Sirius stetit curru.
Siticulose Noctuine, cum fero
De puluere arent, atque de via fauces:
Nec dulce sternis vitreti merum fontis,
Sed nec aquulæ pigerrimæ statum pigrum:
Licet virentem sordidauerit tractum
Vocale runci vulgus improbum stagni.
At ecce, Noctuine, nunc gelu quanto
Quanto gelu nunc impetus stetit Reni,
Reni, Garumnæ, Sequanæ, Padi, Tibris.
Et Araris vnus ille de tuis quondam
Nunc te exulantem vanitatis autorem.
Ridens, Rubetam garrulam vocat veri.
Canus gelatis Iuppiter ruens nimbis
Nigra albicanti torret arua tomento.
Crudæ perustum stiria pecus mutum
Crebris apricos quæstibus dies posci.
Tibi canini frigore crepant dentes.
Trita est lacerna. nullus est domi lectus.
Nullus focus. non ignis. at lares nudi.
Nudum solum. non imbrices tegunt tigna,
Non tigna transtra: non ea asseres. non est
Aditus, negatus vndecunque, quacunque
Septentrioni, aut Africo, aut Noto, aut Cauro.
Venalis illa purpuracea peior
Nocentiorque lingua, futilis, mendax

Intra

Inter rigentes impotens stupet buccas.
Et tu fugies inepte, quos parant, ignes?

Ad Striges.

Striges togatæ, tu strigum togatarum
Larvata semiserna sanguen eructans,
Nefanda cauda. Nam quod esse debebas
Caput salubre, sanguinaria es cauda:
Et quid parabis fulmen illud inuictum
In immerentes verimuncios versus?
Minaberisque mortis vltimam predam
Si dicta, facta, cogitata vestrorum
His illinentur liberaliter chartis?
Vel vera sunt, quæ sentiunt Parisini,
Crudelitate de tua, tuorumque:
Qui pauperes perire de fame atque algu
Vidistis, & siuistis, & notauistis:
Vel mentiuntur, nec satis sibi constant.
Si mentiuntur: mortis vt rei fiant.
Fecere vestra dicta, facta cos tales.
Ergo aut perite, monstra, funditus soli:
Aut, si hi peribunt; disperite vos primi.

De lib. quos inscripsit Doletus Fata Francisci Regis.

Quod Tullianis rapta frusta de libris
Licere credit inseri suis nugis,
Æsopi qui gracculi refert pennas:
Idem putauit, posse congeri versus
Ternos Maronis iugiter, quaternosque.
Ibi quasi nitela lucis obryzæ
Late refulgent purpuræve flos puræ
Assutus vncto pallio rogatoris.
Circumferuntur hæc tamen, leguntur que.
Nec lente Phœbe rumperis ve, rumpis ve?

De

De Gumedria.

Rubiginosos mucha quod scabit dentes,
Et ostreosis sordidissimos crustis
Poppæa si quem, purpurissa, cerussa,
Exenteratis sedibus reliquero,
Bissexq; lustra, sesquilustra fortasse:
Non ridet: aut si ridet; oris obducit
Quantum orbis Afra secta Byrsa ducebat.
Tum tetra labra fimbriata crispantur
Ceu Dalmatinis densa vestibus ruga.
Corinthiarum vel striæ columnarum.
Cum fœditate hac excitata vicisset
Natura sese, & addere inde nil sciret:
Excogitauit artis hanc nouam legem.
Canibalorum vt ora tetra qua excedis:
Turpissimarum prima, & vltima es rerum:
In gaudio teipsa turpior fias.

De Nisо.

Est purpuratus Nisus, est pyropatus:
Cuius calentis fusus hepatis venis
Disseminasti, Bacche, vim pyroporum
Nisi vidua sit sanguis, atque pupilli.

De Gallifrone.

Inter tomacla natus, educatusque
Gallifro, pestis omnium esculentorum,
Ille ille, cui placenta stillat e mento,
Teruncta turulenta barba collucet,
Nares resorbent tremula frusta scribitæ:
Cum tot vorauit tanta, conuorauitq;
Proportione gurges haurit, ac potat,
Gallifro pestis atra poculentorum.

De

De se.

Hic Scaliger, qui Cæsaris gerit nomen,
Solumque nomen ille non facit pluris;
Quam si Bathyllus diceretur, aut Santra;
Ni nomen ipsum rebus inclytis vincat:
Qui luculenta voce Gallicum nomen,
Nomen, trophæa, regna concelebrauit,
Suoque texit pectore igneo, inuicto,
E purpuratis vnus orbis illustris,
Sub nobili florente rege Francorum
Ah ipse Francus, sanguis & ducis Brenni,
Quacunque multus corrogauit æruminis,
Seruile soluit annuo æré vectigal.

De Picato.

Quis ante, quam maritus esset (infamem
Nanque hinc pudica fœmina, & proba abduxit
Quanquam ebriis conuiciis reluctantem)
Promptum dabat se causiæ propinanti?
Quis adhibebat Helciario spurco?
Quis sorbitantum reliquias resorbebat?
Quis tersitabat lingua & ore bascaudas?
Quis mussitabat pocula inter abnutans?
Quis morficatos annulos tomaclorum
Nigro natantes iure, quod nigrum fecit
Cauponis vnguis haud resectus, haud lotus,
Captabat atque colligebat in gyrum,
Diu fames collecta quo domaretur?
Nonne is, quaternis qui subigne festucis
Factus maritus osseum coquit pullum?
Aquamque coctam lege iuris absorbet?
Rodit, vbi venit cœna, naufragum pullum?
Sub formulis subacte Grammatistarum,
Quas vidimus te dictitare cirratis,

Quos

Quos tum docebas ante, carnifex quam esses:
Nonne est, rogo te, hic hispidus solœcismus?
Aquam vocare voce iusculi pinguis.
Hyperbatorum nonne maximum est illud,
De mane verbum sustulisse sub noctem?
Non portitoris sordidi & veternosi,
Meridianam transfretare sub cœnam?
Nonne impudentis, te anteferre Scalano?

De Ipnio.

Here mihi scripsit Atticus meus. Te, inquit,
Tete Ipnius vocauit Antisilenum,
Quod comptus extra, vanus intus, argutus.
Assentiamur Ipnio. meis sic me
Verissimis coloribus coloranit
Cate, facete, candide, perurbane.
Tibi ergo forma conuenire Sileni,
Quam tam probasti, sic probabitur nobis.
Nam quod foris videmus esse, Sileni
Sane est. quod intus, mysticum, inclytum, arcanum,
Neutiquam Silenus. Hoc tuo furno
Sic competit. Nam furnus ater est totus,
Qua furnus. At qui panis intus, haud furni est.
Ibi mysticum est, vt panis intus in furno.
Haud mysticum es, Silene, furne, nec panis.
Silenus intus est, foriſque Silenus.
Sic furnus ater, nil nisi ater est furnus.

De Picato & Ipnio.

Picatus, Ipniusque sunt duo nodi
Enodium suopte iure scirporum.
Picatus, Ipniusque sunt duæ ranæ
In Ebusiis paludibus coaxantes.
Vterque gannit: est vterque latrator:
Ambo strepentes, rancidi anseres ambo.

Loquutuleia vi inuidentiæ plenos
Tetro maligna bucca spiritu afflauit.
Hoc congruunt. non congruit tamen totum.
Curtus Picatus, pertica Ipnius longa est:
Cimex Picatus repit, Ipnius nutat:
Diuers. sic his monstra propriis monstris
Peculiaris differentia constant.
In cæteris non. Nanque conuenit: cunctis
Vt atritate cordis auteuertente
Vterque pix sit, aut vterque sit furnus.

Ad Picatum.

Picate, cuius sessione de longa
Aëra culinæ concalent tubernarum:
Quis te Deorum aut inferum, aut supernatum
Egit ruentem in nominis tui mortem?
Meos ingnes quisve trusit inustum?
Aut quis volentem ac perditum modo vtroque
Irarum in acres fluctuantium flammas?
Cui licebat mentis esse tranquillæ,
Nunc inquietum turbinis mei gyris
Quis eximet te de typhonibus? quisve
Fractum atque anhelum collocabit in tuto?
Quo te fugaces subtrahent pedes? quove
Te conferes? ni tectus in lupanari
Hinc a popinis exules. Eo nanque
Mea casta Musa non sequetur abductum.
Qua nunc saliuam spumeam popinonum
Ligurientem ridet, ac iubet flere.

De eodem.

Rogabat in conuiuio satis claro,
Vbi sederent nobiles magistratus,
Cistertiorum floseulus monotarum,
Potissimum qua e carnibus probaretur.

Nihil

Nihil alios moratus, vt decet fortem,
Statim Picatus dixit esse porcinam.
Tum praesul. ergo quid lepusculis fiet
Perdice, & attagene, phasianoque?
Hic ille, nare bisque terque permuncta,
Hoc, quod gerebat, unctiore mantili,
Cervice flexa, pendulum librans mentum,
Suo canora labra more displodens,
Istas alendo ineptiusculas dixit
Illam simillimam esse carnis humanae.
Macte, inquit, ille: vera si canit vates
Vester Galenus, de Canopicis scribens,
Vocansque asellos a cibis asellinis:
Non ladet is, qui vos vocauerit porcos.

Ad Atticum.

Si quid Calendis Ianuariis nobis
Boni attulissent, mitterem tibi partem
Frugalitatis Attice o pater prisca,
Qui propter elegantiam, & probos mores,
Integritatem, & innocentiam vitae
Habere debes omne, quod penes nos est.
Sed nec Garumna de sinu suo rusit
Sublustre pondus aureis grauis grumis:
Manumve olentis lamna tinxit argenti
Perciniarum viscere e fodinarium.
Nec cuppa vitrearij Pyrenei,
Quam temulentis ille dispulit buccis,
Lactisve butyrosa pascuis caci
Lactis coacti massa venit Aruernis.
Nec nugiuendae pharmacarij cellis
Aromatites nos inebriat vinum,
Nec secta portionibus merendarum
Placenta, mazapanis, aut leuis spira,
Mordax piper quam fecit esse mordacem.

Vel crustulata melle cum suo lances.
Vel saccharina meta de Ebusitanis
Fastidiosa tadium leuat cœna.
Non nos remisit huc gelu reuertente
Vel nux Iouis, vel pontica, aut abellina, aut
Prouincialis passa ficus, aut vua.
Sed latibus tremenda secta saccorum:
Sed cum bacillis publicis viatores,
Horrenda vectigalium cohors libris.
Cippi calentes funere, cumulataeque
Mortes ruinis, mortibusque amicorum.
Et additas domesticas peregrinis,
Quas pestilentis aura pinguis Altani
Caligino sa nube fecit infames.
Et artubus phlogoses dolorosæ,
Quæ excutere Phœbum de sinu queant Phœbi.
Ad hunc modum auspicatus est meus Ianus:
Votis precandum vt fernidissimis, anni
Qui primus est, sit vltimus dies vitæ.

De Furnello, & Pissoto.

Qua corporis deflexione vitabo
Rubiginosa tela mentis insanæ,
Quæcunque Ipnellus, & Picatus intentant?
Nescire clamant me Æsculapij thecas:
Sed Cordubensis principis sequi nugas,
Et barbarorum dicta Mauritanorum.
Ergo Galenum vindicant sibi totum:
Prisco sque buccis turgidis crepant Græcos.
Arcana dictant, & profantur arcana,
Et Tullianis formulis fugant morbos.
At nos misella turba, barbari, insulsi,
Primi Galenum propria manu scriptum
Qui illatum habemus in locos Aquitanos,
Frustra laborem plurimum esse susceptum

Videmus

Videmus, vt barbatuli docerentur
Nostro instituto, quæ profecta de nobis,
Et parta, tanquam austa pro suis iactant.
Quod si integre rempublicam gerant: fidi
Si sunt Galeni candidi æmulatores,
Non e scholarum sellulis magistelli,
Facti in petulcis Pestis sepulcretis,
Herma ministra fœda turba Pompai,
Apparitores liuidi oscines Horci:
Isti Galeni sint: ego Syrus, Maurus.

Ad Atticum.

Tutor, minister, conditor, pater legum.
Veterum nouarum, nec minus futurarum;
Ferrone splendor, sæculi ac decus nostris
Modis Latinis Attici merus mellis,
Fons ipse, iuris anima certa Romani,
Vindex leporum inuicte Tullianorum:
Ecquid solutum, ac musicis metris vinctum
Moliris? an vagaris in chao rerum,
Inque abditis, recessibusque naturæ
Examinatum opimonibus verum
Venatus, assecutus, impiger, victor
Ambagiosis e tumultibus nectar
Cæleste, cantus ebibis Stagirites?
An norma honesti Martha, cui tori custos
Pudor, decorque vult fauere certatim,
Qua literarum nos inusitatarum
Veros parentes literis tuis dixit,
Tecum susurros literarios iungit?
Num Portuense, rum Bigallicum cælum
Vos audit? o beata rura, quæ diuum
Parvnicum fouetis in sinu vestro.
At me hic nocentum Nitiobrigum turba
Inertia ebriosa, muccido in luxu

Cuuis Megæra ambacta, quam sui existens,
Quauis opinione peior, ac fama
Miratur execrare, quæ ipsa sacrauit,
Certationes, pernicacias, rixas,
Mendaciosum pectus, inuidos mores,
Hydras Cleonis, Alphy truces hydras
Colere quietam, solitariam vitam
In totum ab istis Cerberis abhorrentem,
Qui fœnus acre persequuntur, ac lites.
His te alloqui, Ferrone magne, decreram
Locutuleiis, semitariis nugis
Ex tempore ortis, oscitanter effusis,
Lano calore, Apolline aspero, irato,
Ætate cassa, inepturire quod pergam
Victus, negotiosus, & satis mœstus,
Regi euocanti quod nequiui obedire,
Satisque duxi, si forem e grege illius.
Ne per podagram, ac pharmacotribas credas
Mihi excidisse formulam salutandi.

Ad Brassacum.

Vt captus esse consueuit humanus,
Quem spes inani falsa iactat amfractu,
Inter choreas contumaculas, ludos
Risu, iocoque pectus efferebatur,
Damnans opacam nubilæ specum mentis:
Cum compede exolutus amnis hiberna,
Picti relinquens gemmeas opes veris,
Vt duceretur succulentus autumnus,
Laboriosas expediret æstates.
At o maligne mentis atra Fortuna
Vel si quid es, vel esse credimus frustra,
Sed quicquid es, quid hæc ruina portendit?
Mundine finis iste conflagraturi?
Frustratur almum frugibus Ceres sulcum.

Caro

Caro receſſit, oſſa vix tegit pellis,
Vt ambulare mortui viderentur.
Vox eſt relicta, ſola quæ diem incuſet,
Et morte prauenire quæ roget mortem,
Peſtem fames laceßit, & famem peſtis.
Furit per omnes vrbis angulos, diri
Feras Erinnys ventilans faces leti.
Agerque, nobis dona qui dabat vitæ,
Intentat atris vltimos dies curis.
Mars barbarorum flammeo minax vultu
Hinc imminens, hinc imminentibus telis
Præſens, ſuadet lurida vices mortis,
Magiſve morte qualibet fugam turpem.
Et me iubes, Braſſace, fronte tranquilla
Phœbi ſorores exules, vagas, nudas
Ad impudentes euocare terrores,
Vbi ſceleſta facta premium poſcunt?

Ad Mahomam.

Abs te, Mahoma, ter vocatus ad cœnam,
Mirare, cur non venerim? Tibi dicam.
Semper tacere te loquente, non æquum eſt.
Cum detrahens abſentibus crepas nugas,
Et de beatis diſputare contendis.
Sic me ſitire te madente, non æquum eſt.
Nobis cadauer marcidum datur vappæ.
Anthoſmias tibi ardet, & vibrat flammas.
Tum me eſurire te vorante non æquum eſt.
Mei miſertum eſt ſæpe, ſæpe & illius,
Qui in iure caro naufragus natat pulli.
Argenteæq, lancis improbum pondus
Merlucis, aut Merlucy comes diri
Dirum ſinape lacrymoſius Troiæ,
Halecq, putris cum putrente ſardina.
Quæris meæ quid eſitem domi? dicam.

Silctur. aut silentij breuis, casti
Venusta condimenta de penu sacro
Vel Bibliorum, vel ducis Stagiritæ.
Bis terque lota dextera. e veru tracta
Fumat palumbes semicocta: porcellus
Nitore grandis: paruus hœdus ætate:
Veruexque Petricoriis tener mandris:
De corte capo captus & saginatus:
Hesterna frusto quadra de Vitellino,
Et pridiana pulueratus amica
Lemouicis bos durus e iugis pinguis:
Mensamque claudens caseus Placentinus,
Aut Martio quem mense Thuscus huc mittit.
Macris diebus turba muta, piscosus
Quam rex Tridentis fert vterque Neptunus,
Aut vorticosis arcet alueis ripa,
Lemouicisve nidulatur in stagnis,
Vt cinnamatis esitetur in crustis
Vini beata vena flore Chalossa
Donatur imi rore visceris puro
Sub Sirio Germanicas niues vincens,
Gelu furente sed graui tepet bruma
Solis roganti nutibus propinatur
Atque illico. atque in cimbiis recentatis,
Fastidiosa ne salua conuiua
Auertat a me gratiam cibi & potus.
Laxe accubamus. quisque surgit, vt visum est.
Hæc nostra cœna est. tu tuam tibi exquire,
Quam des, te vt Hecate ducat ad suam cœnam.

De Boetiano ad Vidum Brassicum.

Boetianus est vir aptus ad cuncta.
Nanque affatim præstabit in quod intendit.
Cumque vtriusque soluat optimi iuris
Subtilitatum Gordianicos nodos,

Mentem

Mentem beatum munus administrantem
Tamen remittit, quo remisit Hipponax,
Et quæ Phalæcus luserat, lubens ludit.
Hæc vidimus. Quid quæ amplius videbuntur,
Nisi ipse dono seque nosque defraudet?
Quod tædium expectationis inuisæ
Tibi, magne præses, acriter retundendum est,
Tua vt verenda authoritate compulsus
Iam nolle nolit seque nosque frustrari.

Xenia ad Brassacum.

Brassace, si mox videro diem, qui mox
Lucescet: aut me viderit dies alter,
Qui post gelatis huc vehet rotis lucem:
Haud me pigebit, ista pauca vixisse
Momenta Saturnalibus reuersuris:
Modo beato largus e penu promas
Quæ scita mitti dona consueuere.
Quæ dona quæram: dona quæ petam, quaris?
Non Lusitanis turgidam cadis orbin,
Non Cantabrorum vinisorbulam pernam.
Nolo turundam, quam papauer asperſit.
Sat est famis, sat es sitis, sat est somni.
Non sat tuarum lectionis horarum,
Queis pertinaci spiritu laboratas
Noctes diebus, noctibus dies iungis.
Donatus istis nil tibi redonabo.
Non quod laborem tabe mentis ingratæ:
Sed suppudebat protinus me ineptire
Senem, caducum, mucidum, putrem, cascam,
De ponte, ianiam, deque monte mittendum,
De monte, deque rupe, deque Parnaso,
Si tamen eo vnquam destinatus ascendi
A sorte, casu, imarmene, voluntate:
Nam nescio: sciensne, nesciusne illo

Me intruserim in proscenium poetarum.
Quo si auspicato peruenire tentassem:
Vitam quiete gloriarer affectam,
Non labe laudem, gloriamque mœrerem.
Quod aridis ie versibus salutabam
Curtis, minutis, claudicantibus, mancis,
Famelicosis, semitariis, duris,
Nec, vt iubet vetusta consuetudo,
Munusculi vestigia vlla prodibant:
Fit more, qui se in sæcla nuper ingessit.
Quin nomen ipsum prorsus interiit dandi.
Hinc bella turgent, hinc fori striges diræ.
Hinc febre torrida vrit arua vectigal.
Informis annus, impos, inque portunus
Docet voraces esurire capones,
Pullosque nondum turgidos cucurrire
Demenso adempto cogit esse strigosos.
Sirus, cumera, mactra, horreum exinanita.
Auro cruenta exenterata flaccessit,
Flaccessit exossata, & excerebrata.
Speuve spes, nec vmbra iam relicta vmbræ est.
Sed sola dira capta Musa somagra,
Abire cum nequiret, hæsit in fundo.
Tibi hanc habeto, vel remitte, si nobis
Magnum esse credo hanc, imo maximum quiddam,
Sola vt superstes esse quiuit harpyiis.

De Ciceroniastris.

Pulchrum atq; pulchro pulchrius reor, caste
Loqui polite, lege Tullianorum.
At verba corrogare more mendici,
Quasi ostiatim mi petam dari buccas,
Magis probrosum, quam esurire censebam.
Non verba pura sensibus meis aptem?
Sed sensa verbo accommodare conabor?

Quapropter

Quapropter vti oratione decreui
Modo Latina, vt quæq; venit in mentem,
Tamen decoro dura si queam flexu
Mollire, mutem. Barbari est, cui plenum
Pigere lima, pœnitere verjura
Verum admodum: nisi ista cum modo fiant:
Quæ recta sunt, fastidio, us arrodas,
Petora sæpe substituta commendam.
Si tu ergo tersa, pura me loqui credas,
Vt Cæsar, vt Terentius: statim vulgo
Audire nolim Tullialter: vt Græce
Latina dicam: si Latina non pectunt
De transmarina cirrulos venustate.
Sic dicta, facta prorsus expediturus:
Si non repugnas, nec reniteris contra:
Haud muto. Donec per seipsa scribenti
Ciceronis aura non coacta surreptet,
Ferruminata verba ne meam monstrent
Inter alienas has opes, egestatem.

Ad P. Rufum Consiliarium regium.

Sentisne, amœne Rufe, quot vices rerum,
Concursiones, implicationes sunt
Fugacis anni denuo reuertentis,
Sibi ruentis, & sibi renascentis,
At non miscllis expetentibus nobis?
Cur ille abiuit de integro reuersurus:
Nisi vt proteruus se expleat malis nostris,
Queis semper aufert, quicquid ante congessit?
Iccirco prorsus, rursus, vltro, citroq;
Proinstudendum est, oppidoq; nitendum
Illi imminenti vt imminere conemur:
Simusq; nobis ore, mente, præsentes:
Ne per supinas insolentias fati,
Per gloriæve temulentiam vanæ,

Socordia

Socordia luamus obuias pœnas,
Quo tempore haud licebit esse prudentes.
Nec retro facta suscitare pro votis,
Sed pœnitere pœnitentia sera.

Ad Boetianum.

Quid ergo credam, vel quid ergo non credam?
Si tu negabis, quod negare non debes:
Te imaginem, sed vividam, vetustorum,
Recentiorum corculum Poetarum:
Vel qua dedisti nuper, vt meras halant
Alma sorores Gratias venustatis?
Adeste, Musæ, vindicate maturum,
Quem infantulum gestastis in sinu vestro.
Vincite, vinctum abducite, intus arcete:
Vsque exprobrationibus flagellate:
Quoad ipse clamet: parcitote, sum vester.

De sæculi sui corruptione ad amicum.

Seua rigente vitreo gelu bruma,
Mirare tardos claudicare scazontes,
Dearmata quos tibi manu misi?
Sed perspicaciore mente mirandum
Miraculo maiore, si forent recti
In hoc iniquo sæculo, atque peruerso.
Quis cuncta nescit arte fœneratorum
Technisque furum (ah dira turba) quæstorum
Exesa, plebis, regis, vrbium, mundi?
Quis non forenses expauescit harpyias,
Scyllas, Charybdes, sesquicerberos, orcos?
Quis cernit aulas, Sol anhelus vt cliuum
Secat diei, pronus ima deuexi
Vt captat orbis, nec tremiscit, atque horret?
Quis templa sancta prostituta non luget,
Christique sponsam more iam meretricis?

Dei

Dei ſubacta ſcita pluribus tetris
Sunt vultibus, quam mille furta Vertumni
Se ſubtrahentis, ſe ſubinde mutantis,
Vix vt ſeipſa, cuia ſint, recognoſcant.
Infame ſæclum: hæc vlla ſi æquitas curat,
Nobis peri ergo. iam tibi perimiſti.

Idem.

Quo ſint loco res quæris, ac peris? ſcribam
Inuitus: vt quod cœpit hora delere,
Redintegraſſit denuo recordantis.
Vt ſpes auarus, atque proditor noſtras
Mulctarit annus: vtque dira graſſatur
Peſtis, fameſque, pignora atra Plutonis.
Periurium fit iure: furta, mœchiæ,
Venena, ſica, ludus & iocus: fœnus,
Quaſi cata laudatur arte productum.
Ad incitas, reſtemque frater a fratre
Adactus eſt. Infamibus forum flammis
Tetrum relucet: vis nefaria linguæ
Deum negantis, ne ſcelus luat pœnas.
Natus patri vitam inuidet, pater nato.
Immunis in nata obſerit pater natam.
Ah fata, fata. mater vt femur nato
Subſtrauit, vt concepit, vt tulit fratri,
Fratremque filiumque: nec ruit cælum?

De Caciatro, qui fuerat Carthuſianus.

Vt tinnienti lauis ære conflatus
Subter citatis ignibus lebes feruet,
Spumæ ſalinas ore vilis eructans
Plenas inanitate, turgidas vento.
Illam vrget, atque exgurgitat racematim,
Ignis globatas vt coegit ampullas:
Sic nocte cantillantium cicadarum

E tinniente

E tinniente viui mortuo cœtu,
Qui mutus idem pisce plus, magis stupa est,
Si sit loquendum de salute diuina:
Atro culinæ spuma prodiit fundo
Fuligine, ac nidore fusca, mordaxq;
Indoctus æruscator, impius, mœchus,
Cui cana flauo melle barba fucatur,
Borbonianarum strix, lauerna gemmarum,
Famæ nitentis omnium venenator,
Coniunctionis dira pestis humanæ.
Is in Galeni se fricaturit libris,
Vt qui sepultis rauca murmura edebat,
Nunc distet atra pharmacis sepulcreta,
Cartusiorum tetra fax monotarum.

Ad Chambonum.

Rerum perite, haud imperite verborum
Sic, quantum honestum pectus ornat, ac linguam
Chambone, quæso, attentus his ades nugis.
Inter frequentis uda flabra Vulturni,
Et succulenti nubilas minas Cori,
Inter Britanni Nerei feras rixas,
Ligusticique Austrinâ regna Neptuni,
Subter procellas horridi Pyrenæi,
Propter Garumnam, Tarne non procul distans,
Olti vadosa pene septa contingens,
Tot riuulis obsessus, atq; stipatus,
Ineptus augur ringar, atq; detester,
Quod dux catharris, institorq; muccorum
Hic pinguis acr, crassus, atq; corruptus
Me sensibus sic, artubusque multauit,
Corpusq; profligauit: & meum quondam
Mihi, sibique reddidit peregrinum.
Quod ni frequenter, ac frequentius cernam,

Et

Et id dolores fecerint recordari,
Non esse dicam, quod fuisse contendam.

Parat conuiuium Rufo, Natali, & affini suo.

Si nostra cœna despicatui non est
Choro venusto, nobiliq3, doctoq3
Comis sodalitatis atq3 festiuæ:
Si Ruffus, atq3 affinis, atq3 Natalis
Dignantur esse velle classe de nostra,
Nec mens amica literariæ laudis
Onus grabati fastuosa contemnit:
Paratum habebo quicquid ad manus nostras
Auarus atq3 impostor afferet mango,
Hirudo dira grandium crumenarum.
Sal cappariis deponet: inde oliuarum
Ab orchi orexis excitabitur languens.
Post cæteris supplebitur. Galerita
Vocis canora garrula dabit pœnas,
Qua me doloris morsibus fatigatum
De lucubrationibusve nocturnis
Somnum recenti sæpe mane captantem
Fastidiosas excitauit ad curas.
Exin palumbes semicocta fumabit.
Tum picta rostro nominata de longo
Deponet intestina subditis crustis.
Cristatus olim capo, coleatusq3,
Cuius canentis, & ruentis in pullos
Est cantus, est amoris impotens æstrus,
Silente cum voracitate mutatus
Minus canentes vos, minus silentesque
Minus voraces pascet, & minus mœchos.
Quapropter aduolate, si vacat vobis,
Si constitutum est, cum negotiis diris:
Si nostra cœna despicatui non est.

Ad Somnum.

Benigne Somne mitigans vices rerum
Inconditarum oblitione curarum,
Quis sine cruore pauperi dabis regnum,
Et absque sacris destinabis heredem,
Duces Leandro virginem mari inusto:
Ego tibi quid fecerim volo scire,
Te absente qui sic destitutus egrescam.
Abesse pergis, nec superbus exaudis.
Mutanda vox est. Somne carnifex rerum
Rubiginosæ inertiæ penu putre,
Proles, paterque erroris, atque terroris,
Qui somniorum turbulenta dirorum
Momenta das, & ante monstra non visa
Maleprocax, euerritor bonæ famæ,
Imago mortis, morte tetrior dira.
Nanque illa sæuis liberabit a curis,
Tu post labores semimortua vita
Es harum acerba vena parricidarum
Tibi quid imprecemur, impotens lurco?
Sentina stuprorum, hospes ebriosorum
Exul beati cursibus procul cæli?
Nunquam vt quiescas lassus, & tui oblitus.

De Lamonij munere.

Tam bella sunt, tam scita dona Lamonij,
Quæ de vetusto more misit in strenam,
Perliberalis, candidus, perurbanus,
Vix vt parata suspicemur ad cœnam.
Quis tam nitentis, innocentis, & puri
Creare morte turbidam velit vitam?
Pone hic superbi lubricum pecus Nerei.
Pone hic volantum, terreaque Naturæ
Pictas lituras, lucidasque tessellas:

Quis

Quis comparanda credat esse caponi?
Seu gressibus sese acer arduis infert:
Regalis afflat, & verenda maiestas.
Seu clarus acri fulget ignis obtutu
Is, quem leonis flamma ferre non possit,
Vomitve mites flexa pluma scintillas:
Non, quaeso, deliraße Graculum dicas,
Quicunq; calo asciuit Hydriam, Corvum,
Nepam, Capellæ diphtheram, aquas, Vrsas,
Et, si placet Diis, fecit esse caudatas,
Capumq; nusquam duxit esse fingendum?
Ergo arbitratu vapulet meo Graecus,
Et qui vorandum clamat esse caponem,
Ni candidis inter salsa dicta Lamonij
Momenta laudis ad canenda caponis
Scit forte tantum expectorare scazontem,
Dum cœna cessat: nulla dum fames cessat:
Quot prurientis vina de sinu vatis
Potest manus notare, lingua dictare.

In Doletum.

Doletus est Terentianis Eunuchus.
Vult multa multum: pauca sed parum præstat.
Tamen tonabit, fulguransq; clamabit,
Horum farina aspersus esse pistrini.
Cursat, recursat, forte si quid arridet,
E Tulliano rapta fonte deriuat.
Idem videri Græca scire contendit.
Astilla nouit, vt rigere de flamma,
Sudare sub Bizarnico polo nudus.
Aures tamen fatigat, & necat scriptis,
Quæ pro suis deprompta de penu Scæua
Torquet, retorquet. forte si quid arrisit,
E Tulliano furta fonte detorquet,
Quanquam nihil res postulet, nec admittat.

Ad Sangonem fluuium.

Spumose, concitate, saxifer Sango,
Superba proles Alpium tremendarum
Exesa cuius flexibus citis ripa
Pernulsa torua luce Martis inuicti
Largo cruore fortis hostis imbuta,
Tremefacta se submisit ad pedes nostros:
Dic imminentis anio ingo cliui,
Cuius feroces, horridaeque ceruices
Parere fractas tussit hoc sibi dextra,
Illum illius iam gentis imperatorem,
Qua seruitutis nomen exulat durum,
Quacunque seruiente morte, quacunque
Peiore, duriore sorte seruire,
Non optimorum candidissimo regi,
Sed his tyrannis, qui tyrannidis dira
Furtis coempta iure iura diuendunt.

De Garumnæ admirabili illuuie.

Postquam obstinato turbulentus appulsis
Vda magister Æolus sirus turmæ
Nos hic secundiora cælitus frustra
Eheu morantes astra, deprecanteſq;
Pernoxq;, perdiuſq;, vernus, æstiuus,
Hibernus, autumnalis, obruit nimbis:
Miser soluti putridos sinus cæli
Aquis putabam, vt eluant scelus nostrum.
Ruunt niues, liquantur. alta Pyrene
Descendit: ima surgit, & tumens feruet.
Furit Garumna torrens: auius ripas
Ridens, supini dorsa collis oppugnat.
Nihil tyranno obsistit: agminis ritu
Dirumpit, vrget, dissipat, ruit, vertit.
Quacunq; spectes, vnus est aqua vultus.

An

An his scelesta secula hac, pater rerum,
Posse expiari, quæ sibi merent flammas?

Ad Ruffum.

Vt Nostradamus veritatis euersor
Tuto queat futura ficta mentiri:
Se caitus feruoris igne demissi
Lymphatico furore dixit apprendi.
Quid sentiamus, docte Ruffe, quærenti,
Canam. canenti Musa succinet verum.
Non est Platonis execrandus infamis
Engastrimuthus sternomantis Eurycle,
Nisi a Tagete est institutus Ethrusco,
Vel Brachmanum cratere, vel choro nudo.
Non Zoroastris implet aura diuini.
Anus Pronœa Stoici fauet nulla:
Non dat Themis responsa, quæ dabat quondam.
Non inde Python, qui secutus est illam.
Non arciger Pythonis acer occisor.
Non nympholeptos: Baccholeptus est nequam.

De suis studiis.

Plus pœnitet me temporis, quod impendi
In Grammatistas, & leues locutores,
Vanas poetarum, atque perditas nugas,
Quam barbarorum quæ leguntur in libris.
Hæc est mearum tota summa summarum,
Stultum ac supinum, plumbeiq; delirij,
Rebus relictis consenescere in verbis.
Exercitari nos oportet in rixis,
Vt his omissis veritas prehendatur.

Ad Hermum.

Bonum virum esse quid sit, Herme, si nescis,
Bene Nitiobrix te docebit ignarum.
Nam si alloquaris Nitiobrigum quenquam,

Is tertio se quoque venditans verbo
Virum bonum esse voce turgida dicet.
Bene Nitiobrix haud malignus, haud nequam,
Haud mœchus, haud gulosus, haud adulator,
Haud fœnerator ater, haud venenator,
Vorat nec ille sarta tecta pupilli,
Non æra tondet, bracteæve contectos
Crusta dealbat ære subdito nummos.
Non ille testamenta falsa supponit,
Falsusve testis integras secat lites.
Non sacra legum tecta sustulit: nunquam
Aut fratris incestauit, aut suum lectum,
Strata sorore deinde facta iactauit.
Non hospitem necauit, & fimo putri
Tectum, vehendum collocauit in plaustro.
Vulgata sunt hæc, trita, spissa, plebeia.
Sed spiritu maiore maius intendit,
Cælum fatigans cereisque, votisque
Templi frequentans limen, assidens aris
Deum nec intus esse, nec foris credit.

Conqueritur se coactum habitare in Nitiobrigib.

Quicunque, quisquis, quicquid esve, non esve.
Qui barbaro me Tartaro propinasti:
Vbi beatitudo vera, mentiri:
Aurum, & culina numina, & fera lites:
Crasso culina spurca te voret fumo:
Qualem Sicano Cocalo dedit Minos.
Midæ sit aurum, & quale iam fuit Crasso.
Diraque diris sub Cleonibus lites.
Ne multa: sis hic tu vel vnus ex istis
Canis: vel istos inter vnus ex nobis.

De

De græculo affectatore.

Dum noctis intempesta signa vertuntur:
Nec me quietis somnus autor inuitat:
Hos claudicantes claudus æque item versus
Tibi exaraui mente, mane scripturus.
Sibi beatus ille, quem probe nosti,
Is, qui latine Græca vertere intendit,
Græce pusillum cum rogatus est quiddam,
Tantum exput, qui clarius loqui possit.

In recoctum iudicem ex rustico, addictum canibus & venationi.

Audi tyranne facte rege sub iusto.
Num te præesse iussit arduum iuri,
Vt immineres innocentibus pestis:
Qui te ære vinxit, ipse liberaretur?
Nunc te alloquor, fugacis o sequax præda
Formidolosi ramicornui cerui,
Pollentis astu vulpis, aut apri dente,
Lepusculi, cuniculiq; fossoris,
Absconditam quam conficit, quater tanto
Acri minor viuerra dente maiorem.
Qua te per alta dorsa diuitis sulci
Innoxium sensere perditæ fruges?
An non satis dedisse te cani panem,
Qui pauperi debetur, atque pupillo,
Vt spem futuri deleas item panis?
Qui prædium conduxit & colit tanti,
Legisque dixit iure verba communi,
Deque igne, deque grandine, & gelu, & bello:
Cur ille quintam haud addidit miser pestem,
Qua vastat agros, dicturque venator?
Te nunc recoctum rusticum procelloso
Typhonis igne, sanguinis sititorem:

Te lacrymosam gramiam vrbis, atque orbis
Hic prouoco Maligna larua respondes:
Qui nunc togatus, sericatus incedis:
Herique, nudatusque tertius lentum
In angulo culina furua fumoso
Vidit rotantem, sic iubente patrono,
Famelicosa stridulum veru dextra:
At debuisti scire: res quoque humanas,
Vt id rotabus, sic rotare fortunam.

Bellum alloquitur militem ignauum.

Linguae impudicae: frontis inuerecundae
Impœnitente cordis: corpore incesto:
Talo fuga tumente: mente, dextera imbelli,
Terperfida, furace, peieratrice.
Modi cupido primum auara contemptrix:
Et ambitus superbus, & miser fastus:
Tumorque cordis, iuris osor, & recti,
Quam sanguinis feruore nominant iram:
Durisque vinclis implicata paupertas,
Tui meique prima nomen inuenit,
Spectans habentem lumine inuido, atque vdo.
Tunc excitata vota, tunc preces claude,
Manca, strabaque, despicata, & irrisa:
Monstrilla semiplena speque ventoque,
Quibus repulsis restat vltimum restis,
Vel a seipsis, vel merentibus furtis.
Nanque occupare persuadet, atque vrget,
Quod non habes: plus alter ast habet iusto.
Hinc iura belli vis creauit iniusta,
Eucumque fecit nomen hoc mala rei
Iurique iniquo fecit aquitas nomen.

De fœminarum peruicacia.

Ne fœmina præscribe, stulte, cancellos.

Nihil

Nihil modi est in fœmina, nihil sani.
Si vis tenere, mitte: si tenes, perdis.
Anguilla non perinde lubrica euasit.
Si non aperte, at furta comparat furtim.

Priscorum felicitatis cum ætate nostra comparatio.

Primis recentis orbis in rudimentis,
Quæcunque profutura suspicabantur,
In pace pingui commode procurabant:
Vt quenque sors ferebat, ad tori leges
Ibat solutus sub virentibusque umbris
Mellifluis complexibus fruebantur.
Nec satietas, sed lusus vt fatigarat.
Hinc gutturillo luscinilla cantillans:
Hinc murmurante ripa garriens riuo,
Gratæ quietis plena dona spirabant:
Præsens at ætas sic periit, vt nulla
Veterum quietis dona, nec sua norit.

De [illegible]

Est fraus cucullo tecta, tecta formace
Falsi chymistæ lingua cuius inuisis
Est plena nummis, sed crumena carbone.
Prouerbium fit inde: carbo thesaurus.

De [illegible]

Quæ te beata vena sordidæ vitæ
Negotiis subtraxit, & sinu mundi,
Vt ex aratris & laboribus nostris
Sic nil agendo pinguis ac iners esses,
Et roderes, vt blatta, bruchus, aut sorex,
Liguriens sudore parta, non sudans?
An impediri oratione te dicis,
Quam funderes ad cœlitum frequens aures,
Ne publicis sis commodum pecus rebus:

Nec lac feras, nec præbeas glaber lanam?
Quid? post preces orationis & nutum
Nullus laboris admonet te odor mensæ,
Gratis vt alueare farcias ventris,
Nec vnde cera prodit, & nihil mellis.
An tu perinde auiculam in caueis captam,
Solus dicauit cantus ad voluptatem?
Quid? nonne fossor in ligonibus duris,
Marris, dicellis, in triremibus remex
Inconditis amasiam modis cantat
Nihil remittens de labore, de pœna?
Et segregata oratione tu credis
Debere vel post, vel simul nihil nobis?

De monachis aulicolis.

Vestigiis deserta qui loca vrbanis
Horrore solitario frequentarunt,
Vt inuenirent hinc quasi fugax cælum:
Quibus fuere dura saxa cerucal:
Cauata rupes dormientibus cella:
Nunc inter aula viperas cateruatim
Sues cruore pauperum saginantur.

De amantium fortuna.

Contrariis luctatur insolens secum
Amans. sibi cadauer, alteri viuit.
Absens sibi ipsi non adest, abest præsens.
Captiuitatem liberam videns captus,
Nullo pauorem sub pauore constrictum,
Periculum suaue, noxium, tutum.
Est sanitas languore plena: langorque
Vrgente sanitate victus: & vincens
Situs frequenti comparata de potu.
Sitim sitire, vt ebrius siti fiat.
Quod habes, cupis: tibiq; abesse non cernis

Risum

Risum dolore, fletibusque conditum.
Sali quies sed non quieta tranquilli.

Desperationis exitus.

Quem creditoris dura crudelitas diri,
Suspendiosi vel grauis meretrius funis,
Vel denegata sponsa, quam precabatur,
Famelicosis vel parentibus natum,
Vel iurulentum ad alueum, atq; haram truſit?
Postquam subacta est illa flenda libertas:
Fit domina desperatio verecunda,
Luto, cui se immerserat semel, harere.
Et iamtoris auris, atque custodis,
Qui blanda verba amantis ebibit, postquam
Collacrymantem vidit: hoc tamen postquam
Cauea recepit perfidos manu nummos:
Haud os pudor conclusit, haud timor pectus:
Cauto datori dona sæpe dant dona,
Et auferunt, quæ dantur a receptore.

Vitæ cupido.

Quibus tot annos incubare perrexi,
Magno pudore litera exprobauere,
Quod hanc amare concupuerim vitam:
In qua nihil videre contigit, præter
Ius temporis miserrimi propagatum.

Importunæ vxores.

Dotata Erynnis, absque dote mendicans
Non te minus rogabit, annulum, armillam,
Torquem, Nitelam sericam, cicadamque
Qua fibulabat Atthidas comas moru.
Si non dabis: quæ nocte, quæ die ringens
Obmurmurabit? oblatrabit? vrgebit,
Auersa cernet, accubabit auersa.
Addet minas, minisque, ni caues, facta.

Caueſve, non caueſve, iam dabit factum.
Paratum habebit, qui daturus eſt, mœchum.
Si quaris, vnde comparauerit; dicet
Auunculus te ruſticum eſſe cognoſcens
Et cimbicem, ſuaq; neptis oſorem.
Tractationis iſtius male pœnas
Te vult daturum, me tremente, te inuito.

Peregrinæ ſuppetiæ.

Exercitum qui cogit, & parat bellum,
Videtur audax: at timore correptum
Seſe fatetur, qui foras opem quærit.

De auaro.

Auarus ardet in labore quærendi
Fatiſcit, incrementa dum parat partis:
Dolet relinquens. ergo nil, niſi mœror.

De fucatis mulierculis.

Venale donis pectus improba mœcha,
Mœchos vel vltro prodigis emens donis,
Quacunque fuco, lacteove lomento
Mutat colorem. ſeſe & ipſa mentitur,
Annoſque curuos, ſæculumque derugat:
Inertiam auget, exprobatque naturæ.

Tributorum, vectigalium, indictionum onera.

O ſancta Siſachthea numen antiquum
Concordiæ, paciſque liberum vinclum:
Si Iuppiter te miſit e ſinu cæli
Priſco popello Cecropis ſui quondam,
Æris alieni vt ſarcina leuaretur:
Infamibus peruſta dorſa clitellis,
Exulcerata ad oſſis vſque vincturas,
Petunt, rogantque, liberaliter dicas,
Quo dira fata te abdidere terrarum.

Gallus

Gallus, & Hiſpanus.

Gallum imparatum adortus ater Hiſpanus
Fortaſſe pellas. vis parata vecordem
Te ventilabit, turgidum vt ſolet follem.

Senatus non Senatus.

Centumuiratum de iuuenculis centum,
Queis diſciplina nulla; forma ſed quorum
Analphabetis prorſus æquat ætatem:
Et queis adhuc nutricis os olet pappas,
Fecit neceſſitatis impius terror.
Nouas vetus prouerbium vices explet:
Rerum tyrannus omnium pater bellum.

Ad Petrum Rufum.

Alumne iuris Rufe, iuris eiuſdem
Medulla viuax, plena, pinguis, abſtruſa,
Ex qua beato flore prodeunt fructus:
Quod te Calendis Ianuariis, nullis,
Olim vt ſolebam, verſibus ſaluaui:
Id imputabis ægritudini diræ,
Quæ me deartuauit, efferauitque:
Mihi hoſpitem me fecit; exinaniuit.
Solus relictus eſt memor tui cultus
Amore miſtus, vnde ſemper admiror.
Quare vicißim non amabis obſcure,
Nec negligenter, vt ſolent Agennates,
Tuique amantem, neminique cedentem,
Et cogitantem mente cum ſua, ſolum
Exemplar eſſe te æquitatis, aut nullum.

Ad eundem.

Non me fatigat, magne Rufe, veſtigal,
Quanquam trientem radat aſſe de noſtro:
Me nanque ſubuenire non piget, pro me
Noctes, dieſque principi laboranti,

Armis

Arma induenti, barbaros repellenti:
Non mi molesta sarcina est senectutis.
Nolens senex mœrere, morte præuertat.
Sed nec quod artus dira rupit arthritis.
Id est ferocis præmium iuuentutis.
Non me meo deturbat e statu durum
Inexpiato saua fronte paupertas.
Sic firma perstant sceptra mentis inuicta.
Non bella terrent, nec feræ mine cæli,
Quas voce Indus impudente mentitur.
Sed quod Cleones iudicant meas lites:
Sed quod perenni vita lite non vita est.

In quendam.

Es ater, esque simus, & truces orbes
Visus ministri sunt cruore suffusi:
Tum labra prominentibus toris turgent.
Es Nitiobrix, & nothus nothi patris.
Eras monota iuris oblitus spumis,
Nunc lema iuris, & feri fori brucus.
Rubiginoso dente lingua perplexa.
Isthæc crumenas lingit, hic vorat nummos.
Et sustinet te terra? ten' tegit cælum?
Quem debuit texisse terra, sed putrem
Proculve terra pensilem pium cælum.

In mutuos laudatores.

Suos amicos quisque cum canit vates,
Se mutuas captare sat docet laudes.
Sic fœneratur ille nomen, & famam.
Verbum vetus fit: Mutuum scabant muli.

In Monotam.

Putat Monotes esse se parem nobis,
Regno quod vno temperamur hoc sacro:
Cælum quod vnum haurimus, atq; spiramus:

Murus

Murus quod vnus orbis ambit, ac cingit.
Mea quod vna sumimus cibum mensa.
At, o Monota, nobile, & sacrum hoc regnum
Haras sibi arcet, & greges asellorum.
Spirat leoni ac cimici aura communis.
Templa, atque olens lupanar vrbe cinguntur.
Mea catellus lambit ima bascauda.
His tu, Monota, tetriorque peiorque
Tuas tenebras, crapulaque nidores
Pares putabis esse posse fulgetris?

In Tholerium.

Tholer cacantem vinolentus vxorem
Bacchi superfluente rore perminxit,
Vt pene cecus semisomnus errabat.
Hasque, ait, ad offas hoc parabis embamma.
At illa, vbi se vertit haud minus fundens,
Quam tres boues effunderent aratores,
Vultum nouo colore vineum pinxit.
En, dixit, offa, quam popposcit embamma.

Ad Iouem.

Pater sereni, ac nubili, pater rerum
Quæque videntur sole, que vident solem:
Quousque me obsidebis imbribus diris,
Bacchante continenter improbo Coro?
Octauus hic nos ambit exules mensis,
Postquam me acerba ex vrbe pestis exegit,
Exercuitque dira, lacinauitque
Terrore, solitudine, atque egestate
Ægrum gelu, morboque nec minus curis,
Et qua vocatur, nec vocatur, ætate.
Et nunc parantem iam redire sub tuto
Torues minaci territat polus vultu.
Quid amplius vis? o sacri sinus terræ,

Nullus

Nullus quieti si datur locus supra:
An subtus esse denegabitur nobis?

In psalterium Græcum vetustiss. quod mihi dono dedit Vidus Brassacus præses Burdigalensis.

Brassace, quod virtute fultus antiqua
Donaueris ætate munus antiquum:
Huc parte pulchre conuenit tibi atque illi.
Hoc pulchrius sed conuenit tibi, atque illi,
Quod regis ille cantus, & canit regem
Iustum, supremum, et omnium patrem regum.
Tu stemma gentis inclytum gerens priscæ,
Regis supremæ sceptra, regis inuicti,
Qua fluctuoso regnat amne Garumna.
Pulchre ergo Vide conuenit tibi atque illi.

In Brochum Parisiensem.

Brochus nepotes de suis bonis, deque
Vita parentis, iure tum sepultura
(Nanque hoc agebant, hocque disputabatur,
Humine putris esset, anne sublime,
Ludibriumve turbido cinis Cauro)
Periclitantes, supplicesque opem orantes
Illo ore duro, & impudente despexit.
Quin impulit dryphacta iam sat trata,
Vt hac misselli pellerentur e vita.
Hoc te volebam scire: nec necas monstrum,
Diroque iustus subiicis pias flammas!
Non: Hic sat esse pœna cum queat nulla,
Seruetur orco, vindicique fortuna.

In Plutum.

Boni benignis Æsculapij succis
Olim videndi, Plute, computem factum
Quisnam Deorum, quisve classe de nostra

Te

Te nocte rursum cæcitatis affecit?
Nam tu videre se videntibus tanto
Fastu tumente Porticoque Brucoque
Et Æschrione rege fœneratorum
Quisnam scelestos perditos inaurauit?
Quis nos pudentes fecit esse mendicos?
Inepte, quid nugaris, aut quid argutas?
Est Plutus iste nullus. At Dei nutus
Peruersa quos ob facta quærit vlcisci,
Istas cruces obtrudit, haud opes trudit.

In leguleios, & magistratus Gallici rapacitatem.

Cohors inanis & pudoris & recti,
Et iure quicquid iuris attinet iuri:
Præceps rigore, sponte nesciens æqui,
Et quicquid æquitatis ex bono, atque æquo est:
Si mentiar: crudelium ferox diro
Serpentium Megæra me necet nexu:
Indesinenteque hauriat iecur flamma:
Quoad perustus aridus cinis fiam.
Sin fur beatus legibus tuis viuens,
Per te triumphans nostra carpsit impune:
Impune perpetrare si licet cades:
Opprobriis lacessere impius calum:
Si sanguisorba sanguinic minus fugit,
Quam tu crumenæ sanguinisque, viteque:
Scis quid deinde, quidve postea dicam.

De Nola ex Gellio.

Magno exhibere carminum Deo, fontis
Libethridos perennis aureo fonti
Quod nulla nullos Nola noluit fontes:
Dispuncta sacro nunciacet nihil libro.
Tu quod meos contaminas sacros fontes,

Ascripta

Ascripta nostro sis nihil sacens libro.

Ad P. Rufum Consiliarium.

Magnanime Rufe, nobilis decus sceptri,
Quod Rex severus vibrat in manu vestra:
Cum tu bene institutus omnibus punctis,
Per ambulacra maximi Stagiritæ,
Perveneris ad culmen vltimum legum:
Tibi vel vni vel potissimum par est
Rerum meas narrare difficultates,
Quibus scelesta facis vnus e face
Coegit explorare, si fides vsquam est.
Is vt relictas ab auia satis lautas
Exgurgitauit perditus facultates:
Excogitauit artis abditum nodum,
Quo duplicaret patrimonium eroſum.
Proscribit, & producit, & statim vendit.
Abutitur pecunia, helluaturque:
Quæ vendidit, reuendidit mihi quædam.
Et sic habere, & non habere, nil differt.
Æque ex vtroque comparare si possit.
Te nunc, severe Rufe, læsus appello,
Astræa quem respexit, & sacra Musa,
Vt qui malignus, & proteruus impostor
Se stellionem de malo viro fecit,
Sit stellionis despicatus ob turpes
Notas, notati stellionis exemplum.

Ad P. Natalem.

Natalis, huius splendor, ac decus cæli,
Germana proles vndecunque quacunque
Biuerticisque montis, atque virtutis:
Mecum pusilli ruris hic suburbani
Carpes opellas: vt caniculæ diræ
Siticulosas æstibus minas frangas:

Qua

Quæ collis vmbras, vitreas specus fibras
Viuesiana villa pauper, at læta
Tibi, & mihi promittit otio pingui.
Iam fumat hœdus musteusque pinguisque,
Matrisque proles iusta cura perdicis.
Parata perna est arte Cantabri insani.
Quod si sitis timetur: at tibi præsto
Rubiginosa pruna purpura admista,
Quæ transmarino Cyprus orbe consecit,
Et succulenta roribus Damascenis.
Vterque Bacchus, candidusque gluiusque
Vasconicis adultus in saburretis
Blando liquore tinget aridum guttur
Ientabis, & prandebis, & merendabis:
Cœnabis, & cubabis. Inter & risus,
Et læta condimenta sobria vitæ,
Vitæ tyrannas enecabimus curas.
At interim valere te iubet Musa:
Cuticulam curare. Nam tui quantum
Furaberis, habebis id tibi solum.

In Bibinum.

Fulsit Bibinus sicut ignis in pingui,
Nullis opertus, aut coactus in cryptis
Diris Monota cum lateret in claustris.
Is post, cuculla cum pudore deposita,
Maligna fusca luce flamma stipata est,
Tanquam vitrata, corneave laterna.
At nunc optimis porcus auctus in sacris,
Nati Neoclis, vindicator impuri,
Ingurgitatus otioque, vinoque,
Vllo sine igne est fœtulenta laterna.
Quem dixeris, aut cuius esse naturæ,
Qui lux in vmbra, in luce factus est vmbra?

In Thermum.

Balbutit ore mucidoloquens Thermus,
Francus videri vt possit esse natiuus.
Sic de Cemenno, scrupeoque latrone
Se lege sola hac vendidauit vt Francum.
Non semper atqui Thermus ecce balbutit,
Sed sobrius tantummodo. Ast vbi vena
Mero tumescunt, concalentque, fringutit.
Non ergo blæso semper ore balbutit:
Sed semper ore pipilante fringutit.

De Tololatum vecordia.

Qui temperant Rempublicam Tholosatem
Salarium dant annuum scicinnistis,
At literatis nec teruncij solam
Formam, nec vmbram, nec sonum quidem monstrant.
Quid ergo causæ, quidve moris hoc dicam?
Egent amusi musica: id cate curant.
At Catalanos hispidos, Hiberosque
Ciuilitatis Gallicæ feros hostes
Nulla volunt, nec forte, si velint, possunt
Formare literæve, literatiue.

In Nostradamum.

Si Nostradamus, quid pudere sit, nescit:
Quod est paratum, nec reconditum, & præsens,
Quanam futura notione mentitur?

In Strumam.

Struma sedentis in sedilibus primis
Subter nates sunt lily sacri flores.
Sic lily, sic iuris aqua sors: nanque
Oppedit almo lilio, inquinat iura.
Sed lilium emit, sancta iura diuendit.

In eundem.

Olim dicacitatis igneæ Struma,

Acerbitate

Acerbitate dictus alter Hipponax,
Acerba dicta nunc severus abnutat.
Ergone derepente factus est purus?
Non. Cum malis latronibus malus latro
Olim faciebat paria prauus ex æquo.
Nequissimus nunc: ideo nunc timet cultrum.

De Bibino.

Cocus Bibinus si fuisset, & vino
Lixare carnes debuisset: has carnes
Conuiua semper esitasset assatas.

De eodem.

Tollens Bibinus ebrias manus cælo
Facetablesa voce vota concepit.
Post aurei, atque argentei, æris, & ferri
Sæcli quaternas te precamur ætates
Pater, paterni regna qui regis cæli.
Hanc vltimam fac esse de mero vino.

De Struma.

Conuiciatur Struma non nisi sera
Hora diei, cum vigil sacrum cælo
Iubata Vesperugo lumen accendit.
Ergone pura lucis aureæ proles
Mœret ruentis solis igneum currum?
Non est: sed astris astra quotquot apparent,
Suum cuique cymbium propinauit.

In eundem.

Quisnam putaret optimum virum Strumam
Deesse amico? debet hic ei vitam,
Plusquamque vitam, plusque quam quod est vita,
Si vita plusquam vita scripta sunt cara,
Quæ fecit illi scripta de suis scriptis:
Quisnam putaret optimum virum Strumam?

Comparat mercedem legulei cum mercede medici.

Quid est, in vno plura dona quod solo
Die tulit clamosus iste patronus
De litigante, quam diebus in centum
Ego tuli de febriente quartana?
Et plus ego laboris in die exhausi,
Quam centies diebus ille bis centum.
Malos malane praestat arte corrumpi?
At integris, bonisque nil opus donis.
Sed sola soli praemium sibi virtus,
Opusque poscit conscientiam solam:
Quae sancta aliis tam rara, tamque despecta est,
Vt solo in vno forsan extet, aut nusquam?

In saeculi sui perfidiam.

Fidos amicos cum deesse mirarer
Mihi, qui amicis non deesse me ostendi:
Intelligebam non mea reos factos,
Reumve me, sed saeculi rei culpa,
Scelere quod omni putret, atque computret.

De eodem.

Iratus est me aduersus acer Hipponax,
Quod non sat acer scribo, nec sat iratus.
Quare vel imis Tartari locis septus
In me minatur facta se esse facturum.
O parce parce dure mi senex dure,
Si non queo plus, quam queo. veni atque audi,
Audi, videque, tum videbis, vt vires
Supra tuas sit omne quod scelus regnat.

In Bibinum.

Quando Bibinus vina potat aestiua,
Aestate dicit esse frigus in fundo:
Turumque verso cymbio videt fundum,

Quando

Quando Bibinus vina potat hiberna.
Cur ergo frigus ille quærit in fundo?
An est Bibino semper æstus æstatis,
Et semper æstas æstuoja potanti?

De solitaria vita.

Thesaurus almus solitariæ vitæ,
Imo repostus flentis in sinu mundi,
Siquem beavit, ille solus est dives.
Beavit autem solitarium, verum
Non qui remotus a frequentium cœtu
Consauciatur a frequentibus curis.
Sed quem frequentem cum frequentibus ciuem
A prostitutis abdicat Deus curis
Locis frequentem, mente sed sibi solum,
Exemplar vi sit solitariæ vitæ.

De otio.

Vulgus negotiosa facta detrectat:
Se se reducit, colligitq; secum.
In otio reponit optimam vitam.
Contra beatus, cui Deo frui, vita est,
Sibi instat, vrget, vndequaque distringit:
In otio recensot irritam vitam.
Mens literata cum quieſcit, est amens.

De Bibino.

Ædes Bibinus cum meas frequentaret:
Eramus ambo voce, mente concordes,
Ciuilibus contentionibus fratres.
At postquam ab illis est malignus exactus,
Plusquam paterna mente nunc sumus fratres,
Nulla mala dissensione discordes:
Non vult venire is, ego venire eum nolo.

De quorundam perfidia.

Sunt qui me amicos puritate viuendi

Vel eruditione poſſe, vel rara
Humanitate comparare contendant.
Vt iudicentur ergo iudices iſti,
Siſtant & argumenta, res, & euenta.
Primum parem eſſe ſe mihi volens Caſca
Mox ſeruitutis ſtulta vincla tentauit.
A morte noſtra ereptus arte Nigrinus.
A peſte pulſum nec procul ſalutauit.
Qui mutuatus eſt Lycus meos nummos.
Ne reddat, impudenter hos peti clamat.
Cornus meorum, gracculuſque librorum
Tulliſe multa nil putat, petit cuncta.
Quod factionis eſſe particeps nolo,
Iurat Bibinus me virum eſſe neſcire.
Apage, cremari nolo, nolo fiſcari.
Iubet fugari a ciuibus Dei Tunger.
Hem quos amicos balneare neſciui.

In Strumam.

In eruditione ſiquid errauit,
Vel elocutione, vel modo rerum:
Cum quis monendo corrigenda monſtrauit:
Circumuenire ſe calumnius clamat.
Non vult amari, non amare vult Struma.
Non vult amari Struma, vult adorari.

Ad Maumontium.

Vindex ſeuere veritatis inuiſa:
Pudore plenum pectus, & pio ſanctum,
Feruens fideli caritate Maumonti,
Cui tanta debet, quanta fert meum nomen:
Poſt lugubres epiſtolas, querelaſque,
Audi, remoto Muſa quæ canit fletu.
Vt implicatis expeditus e ſiluis
Actus Zibynis, morſibuſque latrantum

Cernus

Cerua pauore liberatus excusso
Hausit quietis dona: dona securus
Nemoris capessit, & liquentibus lymphis
Cœnosa crura, & aridum luit guttur.
Sic inquieto mortis impiæ morsu
Dudum appetitus, lancinatus, accisus
Plusquam fugis exercitatus, extrusus
Volo uoloso lauere guttur hoc uersu,
Iraque fati uel trucis frui inuitu.
Post multa luridi aeris, locorumque
Tentata iura, post subinde mutata
Audi malorum pharmacum, atque solamen.
Casa est reposita in pestilente conualle:
Nam languido Austro pestilentius nil est.
Et tota totum uallis hac bibens Austrum
Erecta sub Septentrione concludit.
Raro hic uidetur nec trihorium Phœbus.
Nox ante noctem est, uix diem dies nouit.
Male imbricatas tegulas, hiantesque,
Nec bene equitantes, aff abreue commissus
Supra lacessit imber, & natant infra
Infessa riuis imbrium pauimenta.
Quin & culinæ murus in foco, in flamma
Rimis paratus imbre flumen eructat:
Vt, esculentum siquid hic tibi speres,
Sit potulentum, & turbidum uores cœnum:
Porta, & fenestra non minus patet clausa,
Quam cum est aperta: tum satellites diros
Hiemis furentis, atque flumen admittit,
Tanquam hospitalis hospites salutantes.
Ad quæ benignos si paraueris ignes:
Votis quibusuis uelle te foris clames
Algere nudum, per pluuiique sub dio,
Prout sceleſtus, quæ dabit cruces fumus.

Curis angi se.

Quot sunt, tot execrabiles mihi curas,
Vicarias quietis exulis ducunt
Quæ noctis intempesta signa collucent:
Sic somnolentæ utrinque sortis exortes.
Nox clara, & atræ corda subruunt curæ:
Quid ergo fit, contrariis vt ab rerum
Idem creetur qualitatibus: tanquam
Recto feratur, quod feratur obliquo?
Nisi in ruinam, perditamque fortunam,
Meam ruinam funditus, meorumque
Elementa coniuraſse cum Deis dicam!

Xenia ad Margaretam Vitelliam.

Dies vetusto sacra turba Saturno
Ruentis anni lubricas vices, lenta
Traiectione mittite in nouas luces:
Vt incohetur annus ipse eventurus
Omnes in annos, quotquot in poli gyris
Seſe indsuendo cana ſæcla detexunt.
Omnes vt anni quotquot in ſinu cæli
Sinuantur, & voluuntur, & reuoluuntur
Vitelliæ parentur inclytæ vitæ.
At ſi ſuperba vota caſſa ſint, tandem
Repetet quod ipſam patrium ſibi cælum:
Omnes vt annos, quotquot e penu mundi
Promuntur, & conduntur, & reconduntur,
Fatis ſuperſtes, mortis horridæ victrix
Erit in meis, ac potius in ſuis libris.

Ad Erinnyn in tempore peſtilentiæ.

Si de reatu, deque rebus afflictis,
Deque furiali morte, morte vinci
Exire, pœna eſt: O miniſtra pœnarum,
Quæ diritate ſontium fatigantur,

Tandem

Tandem seuera, nec seuera venisti.
Funesta gemitu cuncta, cuncta languentium,
Cuncta morientum tabe, mortuorumque
Constrata aceruis: quaque iam sepultura
Solebat esse terra, tecta fœtente
Cadauere est sepulta non sepultorum,
Vt mors sibi ipsa posset esse terrori.
Sed quid patratum est? passus hac iners vulgus
Iniuriæ paratus vltimæ sortis,
Iniuriarum fœdus autor, immanis,
Dirus, ruinis creuit illius diris,
Fundens torosa verba torua ceruice.
Molitur animo fœda facta furaci.
Regique iam, si detur, auferat regnum.
Ergo Dei te iusta si manus misit:
Quid iudicandum est? anne quos peculatus
Cruore pingues, pauperumque sudore,
Atræque vittæ, & pupuli facultates,
Quos sacra iusta, quos profana pascebant.
Quando illa defecere, quæ vorauerunt,
Ipsos deinceps esse se voraturos.

De Bibino.

Annos, Bibinus inquit, esse viginti,
Quod non fuisti, (æsur, ebrius, credo.
Tam parcus es, tam teque duriter curas.
Audi, Bibine, quæ tibi inuicem dicam.
Tam largus es, tam teque molliter curas.
Tibi bis annos, ter, quaterque viginti.
Te nox dieque semper ebrium vidit.
Quod si ebrium non vidit, at malum vidit.

In Bibinum.

Bibinus ille factiosus, & durus
Mentisque, mente pruriente decoctor

Diris monota cum lateret in claustris:
Tum literis, & voce literatorum
Calente seſe continebat in cella
Quales monotis nominare, ius fasque est.
Vt se inquinatis abstineret a stupris
Et temulentis contineret a rixis.
At liber extra dira claustra claustrorum
Nunc per plateas, viculosque fœtentes
Discurrit, vt se spurcus inquinet stupris.
Quod si coacta sorte, non coacta ave
Non per plateas, viculosque discurrit,
Vino calente continetur in cella,
Quali monotam inebriarier fas est.

In Strumam.

Famam dedi, famæque plena momenta.
Scripta approbant testimoniis vanis.
Quibus foueres illa, gratus ostendi.
Qua sustineres cautus, abstinereque,
Dedi roganti scripta nostra, qua furtim
Infame lemma nominis tui ferrent.
Tuam dedi iam, mox meam dedi famam,
Non ambigens, mollive restitans cura
Totum meum transfundere in tuum totum.
Et tu meum, sceleste, nomen arrodens
Non credis arrosisse sic tuum nomen?

In quendam.

Mirare, quod te qui prius viri docti
Miris solebant ferre laudibus quondam,
Opprobriis nunc perditum secent miris?
Quondam benignus, sobrius, pius, comis
Omnes trahebas, versa nunc vices mutans
Natura versas mutat & simul mentes.
Lingua impudica, durus halo, lurcoque,

Scortator,

Scortator, aleator, & popinator,
Dirisque factionibus tumens, putris
Auertis: auertuntur, & ferunt monstrum.
Quos tu fugasti, te fugare miraris?

In Strumæ vanitatem, & ambitionem.

Quid? Struma Græce callet, & calet Græce.
Miscens Latinis Græca, Græca transfundens,
Calo Latino, vocibusque, donauit.
Sic psittacus, sic pica dant suum χαῖρε.
Eburneos sic Lygdamis gerit dentes.
Coma coempta sic sibi placæ Lyde.
Olympiorum præco sic erit victor.
Sic fiet idem præco Reuve, prætorve,
Si quando eorum nunciabit edicta.
O Struma, quisquis voce non sua turget,
Is tibia est: & alter ille tibicen.

In eundem.

Sese ambitus incommodis fatigari,
Famaque tangi ventilantis assultu
Solet negare Struma. si probes contra:
Deum Deorum iurat, esse se immunem.
Atqui dicatum Ammonio nouum librum
A quodam amico vate cum recepisset,
Ut mitteret librario: statim nomen
Ammonij deraſit, & suum scripsit.
Idem undecunque Græcitatis ignarus,
Tamen Latina Græca voce donare
Cum pruriat: cum captet hanc si bi fama
Opinionem, perditusque tabescat:
Opem, munumque mutuatus Ambacti,
Ah ah misellus ille pro suo vendit.
Ergo ambitus se iure iurat exortem.
Non ergo mutuatur improbe famam:
Sed & benignus mutuat suum nomen.

IVLII CAESARIS SCALIGERI SIDERA.

DIVAE CATHARINAE FRANCORVM DELPHINAE NATALIA.

Magnanimas acies, ac Thusci robora Martis,
Et formidatas Romanis collibus arces
Exoriens aperi roseo Matuta recursu.
Dumq; vehis, terras radiet qua lumine, lucem
Altera lux cælum illustrat procul edita terris.
Arne, quid adstreperas Tyrrheni volueris undas?
Siste fugam tacitus placidisque relabere lymphis.
Huc, vbi perpetuos fasces, sceptrumque vetustum
Mole noua cumulat nascenti in virgine Meddix.
Huic fas, Diue, tuas tumidum summittere ripas:
Et dare adorantem diuinis oscula plantis.
Nanque Iouis deducta sinu, & Dijs æmula virtus,
Quanta viris fuerit, quanta est ventura puellis,
Atque poli intentas vires, atque astra fatigans
Huic dabitur: patrijs qua maior honoribus, olim
Maiores etiam sistetur numen ad aras.
Surge nouum genus in veteri. date lilia plenis,
Quaeque rubent vitae saturo flammata colore,
Quaque niuis superant vestra candentia lucem,
Alpigenæ Nymphæ calatis. hinc illa profecta

Rursus in antiqui imperij sua iura redibunt:
Et secum referent rerum felicia palmas.
Gallia compescens bellacibus omnia turmis,
Gallia pacati studiorum mater honoris,
Crescere qui poteris? cresces tamen ardua: quando
Henrico Catharina pari iungetur amore.
Squammigeri gregis vndivagum qui stemmate regem
Præferet, & sceptris augebit sceptra Britannis.
Illa tuis propria interseret artibus artes,
Et regnis poterit regna, & fata addere fatis:
Hic priscis ille est deductus sanguis ab Oscis:
Vnde securigeros peperit Tyrrhenia reges.
Ante etiam quateret quam res Romanus, & ante
Ignea quam faceret tumidos Bellona Quirites:
Immenso imperio, supremo numine Meddix
Floruit: & patrio tremefecit Marte Latinos.
Post, vbi per varias clades, & mutua rerum
Excidia, vt visum est superis, Oenotria tellus
Fata sequens, Latiis sese commiscuit armis:
Tum cognatorum se Thusca ad limina regum,
Auxilium non tam quærens, quam robora portans,
Hostibus in vacuas sedes, tutosque recessus,
Regni clara trahens insignia, contulit Oscus.
Olli per pacis studia, & certamina belli
Terra data est ingens, tum regni in parte locatus
Meddicis æternum nomen transfudit in ævum.
Bissenos etiam populos cum conderet Arnus:
Huius, dimidium moderandum cessit, habenis:
Quot semper gerat ille suis insignibus orbes.
Salue magna Deum soboles: gens addita Diuis:
Tot claros latura duces, tot regibus orta,
Tot reges genitura. At tu qui sidera torques,
Omnipotens: seruare genus, generisque nepotes
Sancte velis: & auis similes regnare parentes.

Ipſi inter ſeſe pacata fœdera mentis
Perpetua inſtituant: & claris otia Muſis:
Vnde ſibi pariant ignota in ſæcula famam.

Diua Margarita Valeſia diui Franciſci regis F.

Natura exhauſtas cæleſti in corpore leges,
Et grauius leuis onus intolerabile terris
Admirans canerem: mihi ſi ſatis ardua montis
Virginei momenta forent: totuſque recluſus
Sufficeret numeris Helicon. o maxima rerum,
Quas cælum tegit, & terrarum ſuſtinet orbis:
Cuncta tuis meritis longe, longe omnia votis
Inferiora meis. tibi tu quæ ſola fuiſti
Vnica, par, ſimilis, non noto numine tantas
Sola potes noſtra hæc conferre in carmina vires.
Ergo te ipſa canes: proprius non laudibus vt te
Exuperes: ſeruo ſed opem latura precanti.
Nam quæ alios raris felix virtutibus æques,
Tota tua eſt pietas, tota eſt clementia, totus
Humanis miſcens cæleſtia mentibus ardor.
Quis te mane videns, labenti veſperis aura
Non fruitur? quis te alloquitur, qui munera vitæ
Oblitus propriæ, abs te accepiſſe negabit?
Audiit, & veniens extremis hoſpes ab oris
Viditque, obſtupuitque: & vix ſibi credidit ipſi:
Magnanima facilem cum maieſtate decorem:
Fulgureat vt grauitas vultu condita ſereno?
Cum belli egregias, paciſque ediſſeris artes,
Candida magniloquum vt referat facundia patrem:
Patrem cui tantum debent hæc ſæcula, quantum
Vel Phœbi placidi, vel duri Martis honores.
Quem gens lecta Deo, gens magnis debita fatis
Et ſequitur iuſſa, & non iuſſo imitatur amore:

Virtutum

Virtutum exemplar rarum, lumenque Deorum.
Nos quoque quos ſtupidos naturæ detinet ordo:
Quorum animus dubio fortunæ fluctuat æſtu:
Tam varias vno miramur pectore mentes,
Factaque, dictaque & excelſo pendemus ab ore.
Nec ſatis eſt ſpectaſſe ſemel: iuuat vſque tueri:
Fallereque oblitas labentis temporis horas.
Siue paras dictata tuis intexere chartis:
Seu proprio conaris opes depromere cenſu:
Et canere antiqui prima incunabula mundi:
Seminaque & rerum veras euoluere cauſſas.
Maxima quæ a ſanctis diuinitus hauſta magiſtris
Iam facis eſſe tua: ingenio dum candida amœno
Condis, & grauibus conungis pondera dictis.
Nec tamen hunc tantum cælorum dotibus auctum,
Atque antehac nullo compertum tempore numen
Vlla dies, vllusve locus videre ſuperbum
Regium erat, poſſe: ac merito fortaſſe decebat:
Diuinum fuit, hunc ſortis ſuperare tumorem:
Vnde tuis ceſſit ſuprema potentia fatis.
Vt cum animos rapis, ipſa tuum donare fateris:
Quantaque vis vultu, mens tanta in mente benigna eſt.
O regni decus, o patriæ lux, aurea virgo,
Virgo decus cæli, virgo ſpes vltima rerum,
Quas Phœbi in gremio, Martis necat impius horror:
Nil maius patre, nil melius genitrice canemus:
Fratribus immenſis nihil eſt diuinius. horum
Omnia ſola ferens: raris ſola artibus augens
Perge nouis formare ſacrum virtutibus orbem,
Nec tuas animas conſorti reddere cælo.

Diua Margareta Valeſia Nauarræ regina.

Te patriæ columen, te cæli ſtella ſereni

Cantabria

Cantabriæ regina cano. Res ardua. verum
Te duce, per tua dicta, per immortalia magni
Facta animi, tecum sperato inuoluar Olympo.
Orbis ades; rady quem vis colluſtrat Eoi,
Quem vis Heſperiis operit deuexa quadrigis:
Te totum in ſola rerum mirabere luce.
Qua te cæleſti proles Valeſia lingua
Prouocat: atque animo felicibus imperat aſtris,
Seu biſido libuit deducere vertice Muſas:
Seu ſanctos grauibus numeris innectere ſenſus:
Et placidas patry cæli recludere leges.
Ipſa etenim veteris mundi labemque, ruinamque,
Et deſolatas canit atro crimine ſedes,
Donec ab æterni deſcendens culmine regni,
Illam morte ſua pia ſuſtulit Hoſtia mortem.
Pro quo (Nam quis plena tuo de pectore, magna
Margaris, attonito ingemitu ſuſpiria neſcit?)
Decolor vt terras vdo Sol cinxit amictu:
Tollens ſidereos cognata ad ſidera vultus
Flammato captum, ac vinctum lacrymatur amore.
Mox vbi pura dies cedentibus ingruit vmbris:
Te ſolum te, Chriſte, petens, tua vincula plangens,
Tecum abit ad proceres, ac tetram principis aulam:
Tecum hauſit rapida crudelia iurgia lingua,
Et ſputa, & plagas, & noxia verbera ſentit.
Heu quoties diris facies ſonat icta flagellis,
Brachiaque, facieſque, & multum illuſa tyrannis
Pectora, perpetuam rerum ſitientia pacem:
Illa ſuos toties lacerari intelligit artus,
In te abiens, tecum montis ſubitura cacumen.
Hic, vbi Tartareis regna execranda triumphis
Exuis: vnde patres miſeros, vnde omnia tecum
Traxiſti, trahe me me etiam, rex optime, dixit,
Et rex, & pater: hinc potes, hinc te velle precamur.

Sit

Sic ait: & quod mente sibi capit, explicat orbi.
O felix pietate tua, virtute tuorum:
Seu veteres Carolos felicia numina, seu tu
Franciscumque patrem, Franciscique inclyta patris
Pignora, magnanimos gaudes præferre nepotes.
Quorum animus laude, inuidia, certamine maior,
Imperiis quantum præstet, tantum arroget armis.
Quid memorem, quantos surgentia secula plausus
Ingeminent? cum tu populo præfecta potenti,
Martia qua feruet duris aquitania bellis:
Fraternas inuicta metu moderaris habenas.
Regnum ingens, ingens frater, res plurima coniunx:
Fratre iubente tamen, facili cedente marito.
Auspiciis stat tuta tuis pars optima regni:
Et licet in mediis Phœbi terere otia turmis:
Atque frui nondum comperta pacis honore.
Quid mirus, quam vt bella ferox sibi sentiat hostis,
Inter mille fugas, & mille erecta trophæa,
Commissis tibi marte tuo summotus ab armis:
Et placitæ populus capiat sibi commoda pacis?
Has tu olim sancto diuina matris ab aluo
(Obstupuit sexus) retulisti protinus artes.
Atque hoc præripuisse viris, vt maxima res est:
Sic maior, traxisse illos ad præmia cæli.
Nos etenim, quos dira trucis contagia mortis,
Cæca animi rabies, falsæ ludibria mentis
Captiuos tristi (infandum) obsidione premebant,
Te dulcis Christi nomen dictante salutis,
Discussis, o sors, reparata e mente tenebris,
Luce noua fruimur læti, & vitalibus auris.
Ad quem igitur potius mea mens se conferat? in quo
Spem ponat? sibi quem petat auxiliaribus armis?
Seu quæ dura meus timeat procul abditus hostis:
Seu qua solicito læti discrimina pellant:

Quod scelerata pius, ipsa impia, turba minatur.
Sancta mane mihi: sera tui pete lumina cæli.
Interea rebus, quas tu facis ipsa, secundis,
Æterna longæua doce pia semina vita.

Diua Ludouica Sabaudia diui Franciſci regis mater.

Poſtquam nox animis auguſto funere noſtris
Inſedit, viduoque ſua eſt lux reddita cælo:
Lata Deum nitidas ſedes, numerumque piorum,
Duro exuta chao, ac tenebris Ludouica profundis
Auget: & atherei ſupereuolat æra pennis.
Ergo omnis longo proles Valeſia luctu
Soluitur. ingenteſque ſonant plangoribus ædes.
Aſt vbi diua parens regali condita fulcro
Compoſita eſt: iacuitque altis extincta tenebris
Heu lux regni, & magnanimum ſpes tanta nepotum:
Circunſtant heroum acies, denſæque cohortes
Certatim ſeſe agglomerant lugubribus aris.
Nec fletu ſaturat oculos, nec pectora planctu:
Inſtituuntque toros. trepidant funalia longo
Ordine flammarum, & late loca lumine complent.
Atque ea dum penitus lugentum parte geruntur:
Inuictuſque animis, & fati turbine maior,
Hoc vno victus pietatis numine natus,
Pro teneris lacrymis, pro fœmineo vlulatu,
Defixus rigidos oculos ſupet: atque ita fertur;
Qualis vbi aut gelidam ſerus prope flumnis vndam
Eridam, aut Baldi deprenſus vertice paſtor.
Ille ferę tempeſtatis ſecurus, & imbris,
Aut numerat capita, aut venientum cornua diſcit.
At procul vt trepido cælum tonat omne tumultu;
Obliqua de nube ſacer Iouis attigit ignis
Afflatum: crepitanſque vago cuma murmure fumat:

Ergo

Ergo vbi conceptus diuum in pectore regis
Erupit dolor, & pulsus se effudit in auras,
Flebilibus tandem lacrymans ita vocibus infit.
Bis me igitur patrio cælo, atque illustribus armis
Alma parens, patrumque mihi monumenta priorum
Restituis: gratasque frui me luce iubebas:
Vt mihi quod dederas, illo te lumine cassam,
Atque hoc sic positum antiquo sine nomine corpus
Alloquerer: surdasque onerarem questibus auras?
An ne etiam atheria diuinum sidus ab aula,
Debita perpetui spirantem pignora amoris
Me miserum, implicitumque piis accentibus audis?
Quid queiar? an ne ingens regni mihi lumen ademptum,
Consorteque manus, firmamque in matre quietem?
Haud equidem felicem animum, veramque coronam
Diua tuam: qua nunc mortalia fœdera temnis:
Sed meipsum; modo quem miserum sub carcere cæco
Mortalis vita, repetens tua regna reliquiis.
Mene sub incerti, ac duri certamina Martis,
Non potuisse diu quæsitam ad vulnera mortem:
Vt traherem amissam hanc alieno in funere vitam?
Heu pudor, heu pietas, heu vitæ candor, & illa
Magnanimæ species mentis, ac debita cælo
Pectora, sidereis iam tandem adscita maniplis.
Aspicias vtinam vultumque habitumque gementis
Sancta anima, & dubiis iam non obnoxia fatis.
Siqua tibi super vlla meæ nunc mortis imago:
Quæ mihi per casus varios, operumque labores,
Labentemque animum, ac vix dum genua ægra trahenti
Ingratas tenui producit munere luces.
Nam mihi quid sine te gratum, aut quid dulce futurum?
Cui sine me patriæque nitor, vetereque triumphi,
Heroumque acies, tantique opulentia regni
Sordebant? & adhuc vitales demoror auras?

Crudelis. neque naturæ tibi iura sequenti
Abs te iterum acceptam potuisse reponere vitam?
Ah quoties creperi miscentem incendia belli,
Feruentemque, tuis lenibas, optima, dictis.
Maternumque metum, & laudis veræ inter amorem.
Plurima quæ mandata dabis? quæ plura daturam
Vt vetuit dolor? vt lacrymis obsedit amaris?
Interea ancipiti tantarum in turbine rerum
Si qua mihi dubios verset Fors improba casus:
Cui tandem trepidi committam commoda regni:
Quæ mihi tanta tuo steterunt interrita nutu?
Quid mihi mentis erit tam desolata videnti
Regna tuo lacrymosa obitu: felicia quondam
Auspiciis seruata tuis, & reddita nobis?
Rene pater, patrius positus qui terminus agris,
Culta fluentisono scindis celer arua tumultu:
Vosque graues rigidis stantes cernicibus Alpes,
Obice qua inuito nostrum disclusitis orbem:
Quique ferox sceptris tumidus Neptune Britannis:
Quique per angustas prono citus agmine fauces
Europen Libyamque obsesso interluis æstu:
Tuque iugo fera barbarico portenta Pyrene:
Hic mecum date thura, piis date manibus aras.
En decus, en columen vestrum. sic gloria sceptris
Fœmineis seruata, truci tacet obruta leto.
At non & diuinum animum, dextramque virilem,
Pectoraque aduersis non vnquam exterrita fatis
Mors rapit. Illa Deum sedes, superosque Penates
Explet; & aerias tuto iam despicit oras.
Diua parens, auctus gaudet quo sidere mundus,
Alma fave; populoque tuo te redde precanti:
Æternumque meo salue, ac vale, inclyta, luctu.

Diua

Diua Constantia Rangonia.

Cur mihi post veteres laurus, post inclyta regum
Semina, & emensi felicia sidera cœli
Crescit opus, trepidatque nouo mens mota tumultu?
An ne ego, qui emerita speratam fronte coronam
Orabam, vix prospicio de carcere metam,
Me minor, & domito nequeo superesse labori?
Ecce meum fessis rerum Constantia sidus
Exoritur: solum antiquo quod defuit orbi:
Antiquoque, nouoque: grauis fultura ruina,
Siqua & aquis, siqua & mortalibus imminet igni.
Lassa manus, quo te vertes? quæ robora sumes?
Et tu magnanimis iam grata heroibus, & iam
Diis magnis, maiorque essæta in sæcula fama,
Vis animi, vis magna volens, magna omnia voluens.
Quo cupies magis, hoc poteris minus, & minus: olim
Vt felix inopem faciet te copia rerum.
Audendum tamen: & factorum imitanda tuorum
Pars mihi: quæ cœlum diuinis dotibus ambis.
Dum paro, dum meditor, magnis dum molior ausis
Isti mentem animo componere, carmina menti,
Cui neque iustitiæ tollit clementia partes:
Nec laudata diu multis, nullique recepta
Mollia magnanimum pietatis pondera pectus.
Nata aliis mitis, rigida tibi mole tua stas.
Nullis fracta malis, nullis tremefacta periclis;
Quæ Fortuna tibi variis assultibus audax
Obiecit, nequicquam audax, & debilis autor.
Illius intentata auidæ tibi fulmina dextræ
Irrita te obstupuere. latent sub numine vires
Inuictæ, imbriferis assuetæ obsistere nimbis,
Pœnituit voluisse, pudet nequiisse superbam.
Tum Fatum ingemuit, tantum licuisse furenti.
Sola cares gemitu, sola inconcussa resistis.

Quaque horrent alij, nunquam tua vulnera sentis:
Sola minus animo tantum stipata minaci:
Cætera lenis, & hoc vultu composita sereno,
Quo lacerata malis demulcet corda ruinis
Blanda grauí concors in maiestate Venustas.
Talis erat victrix positis Tritonia telis:
Saua giganteos cum demolita furores
Lanas transfixi Patagonis sanguine tinxit:
Pacatoque supercilio desedit inermis;
Indicens calathis operas, & carmina Musis.
Sic tibi nunc facilis numerosum spirat Apollo
Indefessa canens larga tua munera dextra.
Cui neque diues opum cunctarum plurimus orbis
Suffecisse valet: quo tu tibi sola superfis.
Hinc digressus obit ciuilia munia cantu,
Vt memor exacti labentia temporis acta
Cuncta tenes: vt consiliis, rebusque gerendis
Præcipui ancipites felix prudentia casus:
Vt verax animat cordata silentia nutus:
Lactea flexanimam vt ditat facundia linguam.
Seu tua Cecropiis splendescunt dicta figuris:
Siue audis, vultumque adhibes attenta benignum:
Tum trepidat, pendetque tuo narrator ab ore:
Vt soli sapiat, vulgi securus inanis.
Haud aliam poterat cælesti e semine prolem
Diuo Blanca parens speratam diua parenti
Edere: cum magnum, rarum, inuiolabile Fatum
Sidera Bentiuolis Rangoniamiscuit astris.
Iuppiter ancipites operoso examine lances
Excutit: & miratus opus, quod fecerat, auctum:
Vade, ait, o felix anima, atque incognita sæclis
Præteritis, sæclisque modum factura futuris:
Una parem cunctis æquans virtutibus orbem.
Sic ait, & niueo membrorum obduxit amicta.

Dat

Dat frontem optatam ſuperis: dat eburnea colla:
Colla, manuſque ambas, auguſtaque pectora, ſolo
Seſe digna Ioue, & nullis exterrita fatis.
Circunſtant cœli Indigetes, magnique Penates.
Inceſſum dat Iunonium, nutumque ſeuerum.
Alma Venus, ſed caſta Venus, nec nota marito,
Et ſibi quam ſimilem tunc eſt ſtupefacta Minerua,
Eſſe ſui ſpeculum, & pignus te fecit amorum.
Talis ab æthery gremio demiſſa receſſu
Inter tot, mihi ſola graues miſerata labores
Erectum, extorrem, miſerum, rerum omnium egenum,
Nec vatem ſine te; nec dignum nominis vmbra,
Nec iam me, veteris nec notum Martis honore
Alma foues, pauidumque tuas, bona, ſiſtis ad aras:
Fœmina, vir, Dea: forma, animo, pietate coruſcans.

Margareta Vitellia.

Hactenus aſtrigero fulgentia lumina mundo:
Nunc lucis cane, diua, ducem, ſeu nocte ſilenti
Occupat æthereos ſupremi tramitis ignes
Cynthia, & effundens pleno ſe explicat auro:
Seu potius radiis atque ignibus alta coruſcis
Flammeus oſtentat lætis Sol tempora terris.
Nam Phœben præſtare parum eſt. Vitellia Solem
Alma dabit, non hibernis qui noctibus impar
Pallidus extremo deuexus languet ab axe:
Sed qui veris obit genitalia munera, ſed qui
Lentus in Erigone maturis ardet ariſtis.
Aſpice ſiderei leniſſima fulmina vultus:
Sentis te vidiſſe diem: verum aſpice, ſancti,
Si capere & ſi ferre potes modo, pectoris aurus:
Hauri animi anguſti rariſſima pignora, linguam,
Sideraque, & Phœben & Phœbum æquare videbis.
Si modo cum radiis ſunt lactea flumina Phœbo:

Qualia nectareo Musæ dictantis ab ore
Excipiunt, formantque nouas Permessidos vndas.
Olim magna operum in textu sibi visa Minerua,
Serica suspiciens auratis plexa figuris,
Obstupuit, seseque autorem optauit in illis:
Sed magis obstupuit, patria cum vocis honores
Hausit, & in mediis audire putauit Athenis
Ora Palaphatios late exinuantia nodos,
Cæteraque in numeris monumenta abstrusa vetustis.
Quare etiam sacros septena cacumina colles
Numen Romula terra tuum visura relinquet.
Romanumque forum mirabundique Quirites
Summittunt fasces & pura munera lingua.
Sic quoq; quē neq; magna mouent neq; multa morantur
Ardor agens rapidæ cælestia semina mentis
Præcipitatq; vrgetq; tuæ me inuoluere famæ.
Fas modo luce tua tenues animare lituras,
Et terram informem vestro componere calo.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ANACREONTICA.

AD

Petrum Ronsardum.

Vo te carmine, qua prece
Quo pinqui Genium thure adeam tuum
Immensi sobolem Ætheris,
Qui Musis animi prodigus imperas?
O cantus decus aurei
Qui solus stupidis auribus immines.
O flexus veteres novo
Quos felix superas, nectare condiens
Sublimis fidicen lyræ,
Graiis picta notis Celtica temperans:
Qui solus scatebris tuis
Late Pegaseos imbuis alueos:
Te solo magis ac magis
Implens Castalij consilium chori.
An frustra, an trepidus meus
Blandus, suauiloquus, dulcis Anacreon,
Ronsarde, ad liquidam chelyn,
Hinc ausit niueis vectus oloribus,
Nunc primùm e tenebris pudens
Sacrum stellifero ferre caput polo?
Cuius luce frequens, pari
Illum luce tua flammeus obruis,
Mortes præripiens truces,
In quoscunque tuus spiritus ingruit.

Quis Anacreonta blandum
Mihi quis senem elegantem
Suscitabit ad choreas
Non elaboratum ad pedem?
Age comites Lyæi
Soluite sugum Camœnis,
Vt amore liberali
Repetamus illa prisca
Concinendi mysteria:
Nec pes cohibeat modos
Qui citatur ad choreas.
Satis inclyti Lyæi est
Animus calore vinctus.
Tetrica hinc facesse Musa.
Claudicare mi iucundum
Titubante gressu fari.
Sat seruiuimus, sed non sat
Lusimus. Iudamus ergo,
Cantillemus, & bibamus,
Basiemus, basiemur.
Precio libertas nullo
Venditur. Si quis grauatur,
Nemo tenet hunc, abito.
Numerosque mollicellos
Flexuosos hic relinquat:
Talis arcus est amoris,
Tale celum, talis aura.
Famula Chloridos in capillis
Pasithea ventilatæ
Anfractibus mille mouetur.
Quocunque differtur leuis
Cincinnus, huc sequemur.
Sequetur cor sequentes,

Nec

Nec fugiet illos nodos:
Sed captum ibi hærebit volens.
Nec dimisso abire cura est,
Nec se respicit, aut se probat
Nisi quod probatur illi.

Transmarina Venus, dum
Quæ tetricos Opicos latuisti
Horridos, hirticapillos,
Tauricordes, ore duro,
Veteres iocos recentans,
Sparge Teij venusta
Seminaria roris.
Indue te in meos versus
Et ostende Latio
Quanti Liberum esse putes,
Omnia cui seruiunt.

Delitias fare Musa,
Præripe Charonti, præripe prædam.
Lucrifacere, lucro est.
Si tu prehendes, quis reprehendet?
Altrinsecus tene tenentem.
Euasimus. ergo viue mihi,
Ut tibi Dea viuam,
Cum victrice Pasithea:
Qui viuente quis me vincet?

Postremum me vides, Dea,
Nisi me, benigna, vides,
O venusta Pasicompsa:
O beata virgo, cuius
Viuam mortem fert ocellus.
Quid lucri, quid ergo lucri

Duri

Dura torvitate mitem
Contaminare ocellum?
Quid cælestis eboris
Noctu coloribus iris
Contenebrare lucem?

Insuauia multa sunt
In vita hominum, quia nos
Spes nostras occidimus,
Lepido victu, lepidis iocis,
Liberali cantione,
Vinula, venustilla,
Liberaliore gutto,
Vinulo venustulo.
Occidamus occisores.
Pereat perire volens:
Et qui nos perire vult.

Accipite Bellerophontides
Pro vestris nitidæ aquis
Quibus cum hausi furorem,
Qui me vigiliis necat,
Tepidæ nitidæ puellæ.
Nam Iouis ignea fulmina
Vigiles incutiunt metus.
At Semeleia fulmina
Somni concutiant moras:
Accipite Bellerophontides
Pro vestris mea vicissim
Munera muneribus,
Floreum halantia nectar,
Suauis munera Nyctili,
Quæ fessulis nobis canendo
Placidum afferunt quietem.

Sopita

Sopita libamine Musa est
Suauis muneribus Nyctili
Baribromij choreis omnicola
Quid agam destitutus?
Quis mihi bella carmina
Spirabit? quis dabit iocos?
Quis venustulos lepores?
Quis nisi qui somno Deam
Depositit placido Deus,
Ab ea surripiat sibi
Quos tibi restituat numeros?

Sæpe rosam alloquitur
Morula non patiens amans.
Sæpe rosæ comparat
Veris breuis leuitatem.
Mihi senticeta vestra
Quæ seris in corde meo,
Exemplar, o cæli decus,
Comparanda sunt rosetis
Sine flore mordacibus.

Silene quid vacillas
In versibus politis?
O tene Pasicompsa
Vidit suis ocellis:
Obortaque est tenebra?
Hæc eadem mihi pedes
Loco mouet canenti,
Quæ dubij titubantis
Insesit quo sistat loco
Micordis hausit auram.

Patere

Patere miserula animula,
Dea lepidula fieri,
Cum te transmoues in eam,
Qua te sibi figurat,
Exemplar vnicum Diis
Rerum quas beata stupes.

Aureole pes, manus eburnea,
Eburneole pes, manus aurea,
Corallina labra, Zaphirina lumina
Rosella, quibus integram
Non audet, non audebit
Aspirare igneam lucem.
Verba quibus alta parent,
Ponuntque maria furorem,
Euruſque Notuſque conticescunt:
Accipite odoratas aras.
Quas non olidus imbuat hircus:
Non Venerea columba.
Qui meretur illa mortem?
Sed miserum meum cor,
Quod mauult isthic perire
Victima destinata quam
Hic viuere mecum.

Actutum ocius vndique,
Quas micare vides pruinas,
Dissoluet luce sua mea lux.
In rores abibit omnis
Spumigeni gemma liquoris.
Inde omnia florere videbis.
Natura quid mirum facit,
Si floſculos florem parit?
Mirum, rigens Neara

Si nix ſoluit pruinas.

Libet inſanire dulce,
Et ſapidum furere furorem,
Curru gemmeo voluptatis,
Regna vitæ quæ cluet,
Capitinas ducere curas.
Manibus poſt terga reuinctis
Illas diſcent ferre catenas,
Libera quibus mentes
Carnificem ſubeunt iugum.
Illæ diſcant vincla ferre,
Quibus alma ſerenitas
Non audet mouere pedes.
Illas diſcant tenebras pati,
Quibus ingenuas amori radios
Opacant nebuloſæ.
Illos diſcant ſtimulos dolere,
Quibus cæleſte hominum genus
Immerito quatefiunt.

Nec texit ætas me grauit
Obiectu aggeris annorum?
Nec me gelu torpidum
Vindicare potuit ſero
Propinqua lux diei?
Quin dulcis Paſicompſa,
Ætate diſpar, animo impotenti,
Proterua vultu, moribus igneis
His quibus me pellit, lactet
Condimentis venuſtatis:
Nec quibus me fugit, fuget?

Naides ammicolæ,

Si vos præceperit æstus:
Si vos Sirius exanimet:
Quo tenuis obrepat liquor
Satis ad vestra fluenta
Alia, atque alia, atque alia:
Accipite has lacrymas,
Quas sua niue Pasicompsa
Vertit in pluuium fluorem.

Si fatale fuit mihi,
Vt morerer ante mortem:
Cur fatale non item fuit,
Vt viuerem ante vitam?
Sed si non valet hoc fato
Fieri, vt ante vitam viuam:
Fortasse fiet, & erit
Post viuere mortem.

Suspiria & cymbia simul
Indixere mutua bella,
Quæ diuersa natura fouet.
Suspiry lacryma est parens,
Cymbia parit voluptas.
Quare nemini vtrunque licet,
Vt suspiret, atque bibat.

Æterne facularum come,
Nitidi poli Quirites,
Fulmina lucis peremus,
Tremulum crispantia lumen,
Aurei Luciferi greges:
Vestris qua vadere queam,
Ostendite viam, ignibus.
Dum condit Panthea suos,

Omnis

Omnis me indiga luminis
Intempestæ premit nox.

Cui paras placidum malum
Subdola Malacia?
Ego vt fidem credam dolum?
Ego vt dolum credam fidem?
In me dolum esse, in te fidem?

Si quando placuit mihi
Vri, nec piguit mei.
Ex dolore fuit nata voluptas.
Si quando libuit mihi
Solui & pœnituit moræ:
Ex voluptate nati sunt dolores.
Sic vitæ precium est mori?
Turpis erat sacchus,
Cupido erat molestus.
At acuit vterque Musam.
Lepido lepore vna duo
Temperat & diluit mala,
Facinusque imponit, boni
Quod, & expectant seueri.

Ardet Sirius, & sitim
Squallentibus iaculatur comis,
Tremitque vibratus vapor.
Silet æquor, silet æther.
Flumina siderata stupent.
Naides flexipedes,
Fratris comites Lyæi:
Ne ingulate Deum.
Sed nexæ coniugy boni
In temporis tyrannum

Canisculam siticulosam
Conturate fideles,
Latices laticibus.

Thesaure sancte vita,
Vitæ annua valetudo,
Cui comes est iuuentus:
Tibi Thensa, tibi tuba, tibi Capis,
Tibi thurea mica pingui
Tabescit igne puro.
Accipe benigna serium,
Verbena quod plectit tibi.
Morbos procul repellé.
Nec, quæ est sibiipsa morbus,
Sit duplex morbus senellus.

Quatuor anta, quatuor inuia,
Deuia quatuor, obuia quatuor,
Mens, animus, oculi, sonus.
Quies, fides, pietas, Panthea.
Spes, metus, ira, pax.
Bacchus, Venus, Musa, Cupido:

Saluete omnes, & omnia,
Mista dulci, amaro cinno,
Cum lacrymis chorea.

Quis plura præstitit Deus,
Quam iactauit amens amans?
Quod plura fatum mala,
Quam defleuit mendax amans?
Quæ plura euaserunt plura
Quam quæ euasit miser amans?
Quid fuit omnia, vt fieret nihil,
Quam qui omnia & nihil est amans!

Non

Non desinam, non Iuppiter
Si iratus e cælo tonet.
Non si maria refluo
Tartareo de fonte refusa
Terrarum faciem necent.
Non desinam, non si iubet
Aut Iuppiter, aut Ioue prior,
Qua vultu stupefacit æthera
Rerum domina Panthea.
Non desinam, non si desinam,
Tunc cum desinam amare.

Adolescentis anni
Soboles, ver coronatum
Redde mi meos ocellos.
Ii in floscvlis tenellis
Qui in fronte Pasicompsa
Cælum & plusquam cælum halant,
Hærent. misere misellum
An memores, an immemores
Ad herum redire negant?

Mihi quis tinnitus aures
Implet, acuit, agitat, ferit?
Quis me nominat? Neeran'?
An Lyæus, an Cupido?
An Cypris? an Camœna?
An somnus, an chorea?
Eua. quis impetus me
Mihi abstulit meipsum?
Quone me vertam, quis scit?
Qui scit, benigne dicat.
Nam si cuncti me vocant,
Qui potem ad omnes ire?

Sic ego, sic alma Cypris:
Ad vnicam Neæram.
In ea nanque sumus omnes.
Non, inquam, Hera, o non, inquam.
Ibi cæteri estis omnes:
Sed somnus a vobis abest.
Ibine somnum capessam,
Vbi fulmen igne vastat?
Ibi qui somnum capessam,
Inimica vbi quietis?
Ibi somnum ergo capessam:
Nisi somnum tu mortem vocas.
Vnde tot suspiria
Si vnus est amor, vnus
Metus, detestatio vna,
Vna Pasicompsa?
Ah miser, nonne vnus orbis,
Et tot orbium rotatus
Noctis, & vices diei,
Nereusque refluus?
Verum: at illa in se recurrunt.
Ego ad me non redeo.
Præsaga mens olim malorum,
Quæ multa me fefellere,
Inter edera corymbos,
Laureas inter auras,
Ad vmbracula myrti:
Non audeas imminentem
Sperare tibi quietem,
Quam suis promissam ocellis
Panthea parat in sinu?

Rosa, viola, lilia, calthula,
Quæ tempora designatis?

Laurea

Laurea virga, myrtea baculu,
Quas poscitis vobis manus?
Ciboria, cymbia, Amyſtides,
Quos hauſtus deſtinatis?
Euie, Bromie, capripedes greges,
Ure, quate, rape, trahe, contrucida.
Si quis reſtitat, & negat
Aperire animum, exporgere frontem:
Vibrate pedes, vigeat chorea.
Et iucunda iuuentus.
Cura pereat, & caperata
Fronte ſenectus, ſoboles Megæra.

Aperite heus aperite, quis
E veſtrum, iuuenes, Choro
Admittit Bromium volens?
Ferone eum, an me ille fert?
Exeo ne, an ingrediar?
Arcana ſane myſtica,
Qua ſeipſos homines celant.

Si non eſt amor, eſt furor.
Si non eſt amor, horrida eſt
Horrida ruſticitas.
Si eſt amor, eſt voluptas.
Si eſt amor, aurea eſt
Aurea vrbanitas.
Nec in pectus deſcendit,
Cui non libens beatam
Vitam polus propinet.

Redimitum caput aſtris
Attolle virgo Paſicompſa.
Attolle ſimul & diem diei.

Exere iubaris iubar,
Simul ignem, simul Æthram, simul omnia.
Mihi quid aliunde queram?
Vel lumen a serena,
Vel ab auersa nubilosa morte?

Caelesti me Panthea sinu
Gelidulum vt foueas senem?
Vt faciã? non facies fera.
Vt faciam? non equidem volens.
Ex illa glacie quid meo
Aliud quam mors reperi?

Si tam es lepidulus senex,
Quam es gelidulus, & voles
Foueri in Panthea sinu:
Non es tu glacies, ego fera,
Qua mitibus oculis Deos
Incendo, & potius quod Diis.
Huc ades o Musarum caput
Cuius reperem Panthea
Ignis efficiat ignem.

O Pasithea rerum tyranna.
Quid mi puero simplici
Luce tua caco, ferox
Arcum surripuisti, &
Tela, & tela altera faces?
Latrocinium hoc non nouum est,
Qua caelum quatis & domas.
Non sic tamen abibit.
Iactura mi stabit lucro.
Dixit, & cum dicto simul
Igneis insedit ocellis,

Cumisque

Curuisque superciliis.
Atque ait, uno arcu mihi
Tremebat Tellus, omnia.
Quid nunc gemino potens?
Quis geminas ferat faces?
Quis tela numerus aquet?
Quis hoc exhauriat mare?
Nec blanda prece victricem
Fatigare cogat, ut mi
Fabricet aligeras acus.
Cedite maria, cedite cali.
Cedite crepericrepa fulmina.
Peristis si modo aspectam vos.
Hac iactans tamen uritur
Ipse, nec loca que cœpit,
Nec locorum dubios ignes
Iam pati potest. Quique carebat
Arcu pharetra, facibus, sagittis,
Nunc toto opere geminatis
In potiori in fortiori
Se caret opulentia.
Crescit opus in opere,
Quoties pœnitet amoris:
Ætatis excuso nives,
Et capitis pruinas.
Adest ferox tyrannus,
Atque duplicat sagittas,
Ut quantum mihi deest,
Tantum mihi geminet ignium.

Dum uiuimus, amemus,
Canamus, & bibamus.
Qui in glacie fomitem fecit,

Vnde Pasicompsa meis
In versiculis triumphat,
Vltimo grassante die
& fomite cinerem dabit.

Alibi quare Cupido
Nouum tibi hospitium,
Quicum bellus belle cubes.
Nam si in glacie hac vltima
Diutius morere,
De facibus actum est tuis.

Non abibo, patere, fer me,
Ingrate, tui cadauer:
Nam viuus absque amore
Viuum est sibi cadauer,
Nec te faces metuunt meæ,
Regnant & in cinere,
Forte quas si extinxeris:
Rediuiuas igneis
Rursus animabit ocellis,
Quæ te aduras, Pasicompsa.

Amœna iuga leniter,
Qua molli porrecta cliuo
Viridi imminetis vmbræ:
Dum pacamus Sirium
Rore fontis, rore Bacchi,
Madidis pocillis,
Et consonat canenti
Garrula lympha susurro:
Noti arsidos furores
Arcete pestilentis.

Florilegulæ,

Florilegula, mellifica gens,
Rorilegula, melligena cohors,
Quæque Hymetthia thyma,
Quæque Hyblæa dona croci
Veris decora populamini:
Quæritis rosas? lilia quæritis?
Vobis viola, calthula vobis
Ridet: omnia sic, omnia omnia
Modico gyro consita Venus habet.
Ne vago murmure sparsa
Auia fatigate iuga.
Ne iniuriis ludibria Cauris
Sitis leuiculæ pusilla.
Illa videris lactea colla,
Vitream columellam alabastrinam.
Sistite remigiolum huc vestrum.
En tibi rosa florisuccula, aliuola
Rosa flammigena, rosa coruscula,
Quam labiola turgidula pandunt,
Quam corallina lucida
Gemina conserit coronis.
Inde fugite, rapite. væ cui
Illa libuerit lingere mella.
Certa turget ille venena,
Quæ me interimunt, nec vbi tango,
Quid tum faciant, si quis attigerit.

Pax. date mi qui bibam,
Qui madeat Genius meus
Gelidulus, tremulus, aridulus,
Entheo Phœbi furore,
Ignibus cupidinis.
Qui veteres euerrens focos

Flammam tenuem excitatam
Leni ventilat ala.

Poteram & debueram
Fortaſe, ni fallor, amens
Plumbea ſenectute
Aligeros premere amores.
At illi velle me nolunt,
Et circumuolitantes
Placere faciunt mihi,
Quod credidi moleſtum.

Poſt exilia, poſt neces,
Poſt ſeruitium, poſt fugam,
Poſt præcipites minas,
Poſt iras Genij mei,
Anime mi, quid moraris?
Abſiſtere dolori,
Abdicare te querelis,
Deſinere te macerare?
Quin teipſum reſumis?
Atque in gremio Panthea,
In nexibus eius coma
Captiuus illi, tibi triumphas?

Si mi ſæua proteruitas
Indicit numeros, neque
Hærentem in manibus ſemel
Deponere lyram licet:
Ah quid me fieret, mihi
Si res de meo amore
Vellent eſſe ſecundæ?
Concinniore verſu?
Cupidinem canamus, &

Almam

Almam Cupidinis parentem.
Huc Gratiæ decentes
Simul Voluptas, & simul
Ades racemifer Lyæus.
Seu vos vocat sopor, seu
Vigil lucerna cum face
Fauet loquacibus susurris.
Vtrinque pulchra, vtrinque
Par fulget astris, prouocans
Deos decore Pasicompsa.

Hæc sparsa legerat Cupido
Et libero dictata passu.
Risit, & ait, sic esse
Meos docui milites.
Vt ordo sit negligere ordinem

Dicite, hoc in cymbio
Quot latitant poeta?
Quot cymbia in hoc poetâ?
Quot cymbia hoc in cymbio?
Poeta quot in poeta?
Age cymbio hoc sodalis
Cymbia excute, & poetas.

Multa simul, multa seorsum
Queror, iacto, gaudeo, neque
Idem aliis sum, neque mihi.
Talia sunt regna Cupidinis.
Ventosa sic agit ala
Seque nosque qua vel volens
Vel timore vagantes.
Nam qui consilium attribuit ei,
Eget ipse consilio.

Marmoreas

Marmoreas pande papillas.
Solidulæ ſtrophio non egent,
Scintillas oculi cremas
Excute luminibus.
Aperi conchigenas
E pyropis guttulas.
His captum teneas Deum.
Cætera tege, contege,
Ne captus peream miſer.

Serum mihi eſt diei,
Tibi mane. ros tibi ergo,
Mihi imber ex ocellis.
Tibi flos in rore turget.
Cur ergo fructu carebo?

Nata delitiis benigna
Relinquens querulæ iurgia lyræ
Quæ facio Veneri, & Veneris puero:
Fac mihi delitias Thalia.
His e floribus aureis:
His e floribus omnicoloribus
Apta ſerta meis comis,
Adde laurum. Phœbi laurus eſt.
Iunge myrtum. Veneris myrtus eſt.
Adnecte ederam. edera Liberi eſt,
Cumq; his puniceas plecte ſimul roſas
Dicata ſerta Gratiis,
Sine quibus inuenuſta Venus.

Audite cæli, quæ loquor.
Audi, titulo parentis
Quæ fundis omnia, Tellus.

Gremium

Gremium nouans vetustum,
Audite, humentia terga
Quod secas squammigerum pecus.
Audite liquida via,
Quas aligera premit cohors.
Aliquid vtinam vestri fierem,
Quando melius essemi
Obfuit ab vna puella.

Semel vt concitus œstro,
Veluti qui (larias aquas
Ebibere loquaces,
Quo plus canunt, plura volunt,
Vt rota qua mota semel
Per seipsam superat gyros,
Sese fugiensque sequensque
Suos inse implicat gradus:
Ne queo silere quantum
Insideat vitifer mihi Deus,
Miserone anne beato.
Qui de me victor, & victus
In meis malis triumpho.

Saturos tocis lepores,
Madidos mero susurros
Meditamini, (camœnæ.
Age Bacche, Bacche, Bacche,
Thyrsiger semorigena,
Taurifrons, Euan, Bimater,
Euie, tympanocrotale:
Percute me percute.
Nam sine te Phœbus aret,
Velut arbor absque liquore.

Decreueram

Decreueram nil amplius
Gestire cum Camœnis.
Iurraueram post hac nihil
Futurum cum Lyæo,
Horrebam, si modo semel
Audirem, hic est Cupido.
Mi rorulenta prata,
Mi rosida luna, mi niues,
Mi flumina, quanta pater
Oceanus dat, atque accipit:
Fulmina horrida videri
Opinione sola.
Arebam, ardebam, vrebar.
Valete mi, Thaliæ.
Abite abhinc, sorores,
Aiebam. at illæ mota
Motis alis abire
Dum fingunt, in me tota
Se celeres infinuarunt.
Quid agam iam misellus?
Sic sarcina hæc ferenda est
Seni siticuloso,
Nisi exuam meipse?
Qui leuicula hac putabit
Incondito mollia pede:
Si pectore candido facit,
Mecum haud faciens, tamen facit
Si liuore minor facit.
Haud mecum faciens facit,
Secumque solus sentit.
Secum valeat sibi ergo,
Qui nescit, quid sit venustas.
Plus seminegligta placet

Errore

Errore picta blando
Natiua ſinceritas.

Cum me rapuit Bromius,
Cur in Bromio non ero?
Cum me Muſa rapuit ſibi,
Cur non Muſa tenet ſibi?
Cum me lancinat Cupido,
Cur non hauſrit corda ſibi?
Sed ab illis ſæpe raptus
Sum ſemper in Paſicompſa,
Quia fas illos, Paſicompſe,
Cui venantur imperanti,
Potiori laborare,
Fortiori cedere.

Sat eſſe ſat putabam,
Cum ſemel animum induxi,
Sapere, eſſe deſipere in loco.
Verum, ſemel illud vt ſemel
Occepit ſe inferre, arduum
In me vt continuo furit,
In me perpetuo furit,
Nec pote retrahere pedem,
Nec ſi queam, poſſe velim.

Eſt deſiderij latex
Inopiæ de fonte fluens,
In quo ſtridentia tela
Stringit ferox Cupido,
Scintillantia temperans:
Ibi igneas deponunt
Mulciberi ſtricturas.
Sed fulmineas vicißim

Flammas capiunt ab illo,
Quæ mortalia corda
Variis fingunt figuris,
Aliis vt alia cordi sint.
Me lucidum Lyæo
Voluptas, & venustas
Placido sinu Thaliæ
Mollissime cubantem
Mulcent, caput reclinant.
Quæ somnia potiora sint,
Quam vulgi vigilia manes.

Igitur sopore fracta
Tanquam tuba Gradiui
Hic cymbios vocato.
Me carnifices curæ lacerant:
Inquieta vigil
Membra recursit Amor.
Quid ergo me victum fleo,
Si Bacchus victus iacet?
Vis incitata fluminis,
Et pigra vis Bootæ,
Et vis amoris vulnerans,
Et corda vulnerata,
Hæc quatuor non sentiunt
Nocturna dona somni.
Flumen deorsum vergitur,
Circum piger Bootes.
Spargit Cupido vulnera,
Tum corda vulnerantur.
Non dormiente vulnere
Dormire corda possint?

Anime fuge, rape te

In quacunque loca velis.
Extra omnia loca si velis
Fuge res, fuge teipsum:
Fugere nequis Pasicompsam,
In qua teipsum reliquisti.

Cum mettor animo meo,
Quantum abierit spatij,
Et secum abstulerit mei,
Nec quicquam attulerit sui:
Mens glaciata riget.
Nec mea Pasithea
Quod rigido negauit nutu
Referet in meliora.
Quare, nequid praterea
Tale quicquam eueniat,
Amemus, mea lux.
Et qua præsens simplici
Offert vultu, duplicemus.
Affectus omnia domat.
Quod pro nobis, nos feremus.
Et si non erimus, erimus.

Quin canimus, o sodales?
Quin canendi occasio
Non abripitur a nobis?
Si non adest, illam adesse
Vel faciamus vel putemus.
Vel fingamus in cypellis.
Sceptra, commoda, gaudia.
Cuncta Basareus permutat.

Nectareola basiola credulus
Olim speraui, nec mihi

Detrusit spem proteruia.
Nunc vbi serena vultus
Lux mitior resulsit:
Despero. cui credibile sit?
Atqui sic habet, & ratio est.
Si qua ratio est in amore.
Nam si prodit spes e malo,
E bono cur non sit metus?

Eodem e fonte surgunt
Metusque spesque lenta.
Sic Iuppiter, sed idem
Nunc ridet in sereno,
Nunc nubibus minatur,
Quam satius est, quam melius,
Qui semper arridet Deus,
Bromius, Vannifer, Euius
Ululocapiterotator,
Hunc sequi? sequamur. Ipse
Tu qui cantharum pro tuba habes,
Pro lancea thyrso ferox,
Pro galea caliginem meri:
Agite, imite praelium,
In quo sit victoria somni.

Flexanima blandiloquentia,
Quæ spiras ab ore Dea:
Perdanima torui mentia,
Quæ vibras ab oculis Dea:
Misereſcite, misereſcite,
Seu dignus videor, siue non.
Me dignum efficiet Dea,
Quæ fecit toties suum,
Me nolente: cur volente

Nunc item non faciet suum?

Hæc canimus sodalibus,
Non hispidis, incondtis,
Aut rusticis ineptis.
Canite canentes ergo,
Accinite accinentibus,
Detergite rubiginem
Ex animis verticosis.
Sistite, sistite fugaces
Latitias, iucunditates,
Pellite, pellite restitantes
Acidas, asperas querelas.
Sed canenti materia sit
Eademque quæ forma, tener
Madidus, mollis Iacchus.

Moribunde Cycne, quid est?
Quid id miser negoti
Tibi fabula faciunt,
Horrenda iura mortis
Cantu senem paciſci?
Quin præuenis canendo
Quod pollicetur æuum,
Non quod minatur orcus?

O cærulo creata ponto,
Salsas ideo lacrymas exigis?
O instabili orta elemento,
Ideo quatere fidem lucet?
O gelido generata loco,
Cur letiferas ventilas faces?

Parentis officinam vt

Ingreſſus eſt Cupido,
Extinxit illico ignes.
Sic maior in minorem
Graſſata flamma regnat.
Hic coripes moleſte
Ferens, Cyclopas ergo
Iubent, iubet, caminis,
At puer amara ridens,
Vt ventilauit alas,
Liquata ſunt metalla.
Quæ poſtea Cyclopes
Sine malleo figurant.

Dum cano, bibite ſocij,
Vt canentibus itidem bibam.
Dum cano, canite vos quoque.
Accinite accinenti,
Vt bibentibus adbibam,
Vt bibentes combibamus,
Canenti accinite.

Noua Cytherea, noua,
Depone Panthea velum,
In quod vt tua oſcula libet
Zephyri lenis aura polo,
Seſe infecit ab occiduo
Mollior tremente rore,
Mollior tuis capillis,
Quos motitare veretur,
Ne frontis vaſtet honorem.
En dimouet ſerica texta,
Et te baſiat aduena,
Per tot maris æquora vectus,
Hodie veniens, hodie abiturus.

Me firma fides, & tua
Proximum in terra genitum,
Commendans Genius, nihil.

Tot per maria vectus hic
Pura sedulitate
Meretur precium viæ.
Basiet vtcunque libebit,
Ne ingrata videar bonis.
At te potiora manent,
Vnde nec inuideas Deis.

Io triumphe, Io heus,
Quota portio beati
Est is muneris, labores?
Age laureate myrte,
Age myrteate laure,
Gemina mihi tempora cingite.
Nondum victoria stetit.
In tanta res spes pluris est.
Qui expectat, sic potitus est.

Tenella germinilla,
Succiplenula puella,
Molle anni ver humani,
Queis mane vita vibrat
Mentis lucem serenæ:
Adeste, vos Cupido
Nitide promus Iuuenta,
Et aurea Voluptas
Inuitat, huc adeste.
Præsente vere flores,
Præsente sole lucem
Carpite, sublegite.

Quid fingitis futurum?
Vbinam est praeteritum?
An quod non est, tuuabit?

Si candida flamma, candida nix,
Cur torrida flamma, frigida nix?
Quid interest tua, si
Natura curat, vt hoc
Quod sit sibi tale, sic tibi sit.
Sic sit sibi tale, quod tibi sit?
Sed interest tua, quod
Superba Pusicompsa.
Cum candida tibi, candida sibi,
Tibi flammea sit, sibi gelida sit.

Inflata vela, Erato,
Tumentia vela, Thalia,
Laxa, remitte, molli
Aura dehinc vehendum.
Quid fluctibus iratis,
Et Cypridi ridibunda?
Quid fluctui tumenti,
Æquabilique Iaccho?
Quid insomni Tethyi,
Et curineca quieti?
Vos o graues cothurni
Ciuilibus theatris.
Apagete lites impia,
Et impiae bellivices
Cum sertis & nitidis toris
Mutanda (quis neget?) piis.
Sic hoc iubet Cythere.
Sic imperat Cupido.
Sic ianthina Camœna,

Risus.

Risus, iocus, voluptas,
Charitesque cum Lyæo.

Quas vsus tulit olim,
Post atas consecrauit
Licentias canendi.
Natos placere iussit,
Placere, commendari:
Cur non debinc futurum est,
Vt vsus hæc ferat, qua
Conjecret posteritas?

Et lux solutur in tenebras,
Et nox in se recurrit
Sic, post vices diei.
Et quæ trudit, his hiems cedit
Tempora temporibus.
At mea tempora temporibus tuis
Vrgentur vsque & vsque.
Neque est quo se reducant.

Dic nocturna Hecate,
Siue inter astra bicornis
Errare vides amantes.
Siue te triuiorum anceps
Non ancipitem tenet orbita,
Quæ tenet ancipites amantes.
Seu te myrtea silua tegit
Imis Elysiis leui
Populo iura dicentem,
Cui dubij placuere amores:
Ecquid miserius vides
Adusto facibus Dei,
Qui pharetra temperat orbem,

Pallidulo lucifuga amante?

Si cæli continentur amore,
Si matrices omnium
Elementa coaptat amor,
Ut ex amore fiat unum:
Ah ah cur alius amor
Totus integer ingruens,
A me abest dimidio sui?

Quando non deerit, quod querar,
Nec me afflictum miser amplius,
Miscens gaudia lacrymis,
Nexibusque liber ab his
Incipere cupiam esse meus.

Qui misces animos, puer,
Deprome tela, queis te,
Meque regnes ultus. acri
Stet fixa dolore Pasicompsa,
Quæ sub tuo fleat iugo.
Nam si mei nil te piget,
At regni misereat tui.

Mala merx putris senectus:
Mala res caduca vita:
Fera sors ruina vitæ:
Fera subdoli maligni
Carioſa dona fati:
Quod nos morti destinatos
Mori iubet ante mortem.
Verum Musa misereſcens,
Mellitis picta verbis
Solatia tulit mali,

Oblinens

Oblinens miseriam
Appellatione mitis,
Pellaci blanditia
Viriaem canens senectam.
Bona Musa, bona Dea,
Quid reipsa mala nostra
Hac tegis benignitate?
Quid viriditate pingis
Quod cras & ante cras, mox,
Atrum & aridum est futurum?

Olim lepore blando,
Litis versibus
Candidus Anacreon
Quam pingeret amicus
Descripsit Venerem suam,
Pariterque singulas canens
Detornauit carmina.
At dicta supprimunt mea
Superantque cogitantes,
Quæ sunt leuiora dictu,
In diuina Pasicompsa.
Quid sint cætera, quis curet?
Quare Sueue pictor,
Quare artifex supreme,
Pictor optime maxime,
Pinge quod scis, quod haud scis.
Pinge quod potes, quod haud potes.
Extra aleam manus tua,
Quod nec speculum ipsum potest,
Eritque Pasicompsa.

Geminillæ papillulæ.
Eburneola colostella,

Lacteola marmorilla,
Acerbicula modo vix modo
Primulum sororiantes:
Si fiat aliquando tener
Infantulus vt vos fugat,
Ah ah misello quid fiet?
Quales sitis futurae,
Qua nunc mihi, qua nunc meis
Tanta incendia fundistis.
Venena tot paratis
Bibentibus mortem sibi
Letifera lumnibus.

Defluxerat penna sagittis
Longo trita ministerio,
Carioſa ſanguine atro.
Amor flammipuga flammam Dia
Ad penna ſubſtituit loca.
Nunc in miſeros vagantur
Gemina peſte tremenda
Vtrinque cuſpidata tela.
Sed prima pluſquam cuſpide ſauciant.
Flammata vtrinque tela
Plus prima quam cuſpide vrunt.

Bene ſit bonis puellis,
Lepidillis bellis puſillis,
Aligerulis Cupidinillis.
Qui tetricas Muſas meas
Vultuoſas, faſtuoſas,
Tubicrepas, odioſas,
Marte duro turgidas
Gelido cruore fœdas,
Melle Attico irroratas

Nectar

Nectare proluerunt.

Here Cupido, here Venus,
Postquam me sub ingum datum
Volentem detinetis,
Domitate Pasicompsam:
Ne me vestrum laceret,
Aut lacerum sinite abire.
Vt, cum suum senserit,
Forte velet misereri.

Redimere me volebam.
Sed redemptitia mihi
Deerat pecunia.
Volui dedere animum.
At deerrauerat animus.
Obsides ergo obtuli animos.
Risit proterua Cypris.
Quos, inquit? an fretum?
An qui deseruerunt?
Nam vtrinque horum habes nihil.
Quod non est, quid pignus siet?
Respondi quoque, non esse me
Alterum, alteros valere.
Vbi promoueo nihil:
Accipe pignori fidem, inquam.
Accepit ergo pignus id.
Dedi me protinus in pedes.
Nam qui seruem quod non habeo,
Cum tu habeas, nec serues?

Candidum Bassarea
Tulerat vtero parens.
Sed fulmine perustus

Puniceum

Puniceum colorem
Traxit ab ignibus atris.
Teli nunc etiam trifidi
Spirans grauem furorem
Inspirat ignis haustus.
Furiatque mentis arcem.

Si furor est Cupido,
Si furor est Lyæus,
Si furor est Thalia,
Quoties furor, furor, furor
Amans, bibens, poeta?

Dum Mars sinu Cytheres
Fotus fouet vicissim,
Notisque flammis percitus,
Flammas ciet vicissim,
Carpensque carpitur satur:
Deposita galea
Exarmatur clypeo,
Thorace reclinato,
Et lancea reposta,
Ignei Cupidines
E somniferis sagittis
(Nunq; omnigenas pharetras gerunt)
Vnam in Martis viscera dirigunt.
Ille illico soporem
Atque oculis atque animo capit,
Et capitur supinus.
Illi cachinnum tollere:
Suaue ridere mater.
Exultim ludunt, aduolant:
Qualis mellifica cohors
Verno tepore sueuit.

Humoque

Humoque in terga tollunt:
Oh oh tolle, tolle oh oh.
Ibi princeps Ioue satus,
Solus qui sigit Deos,
Solus facit poetas,
Inclyti Ionis genus
Collocatur eques sedens,
Et Paana concinunt.
Bullatum ab ense truci
Baltheum recingunt.
Quem clypeo currus vice
Nectunt, & intentum humeris
Pennigeris lorum trahunt
Nauticum celeuma canentes
Vt helciary solent.
Quis comparet Bacchi tigres?
Deoidis dracones?
Et Cybeles leones?
Pictas Iunonis aues?
Columbulas Dionis?
Apollinisve cycnos?
Quin vt sellam curulem
In eo galeam reportant.
In qua locus sublimis
Ridens, sedens triumphat,
Ast aly facto agmine
Disturbare properant.
Illi contra repugnant,
Et volant, & reuolant,
Et conuolant, & subuolant.
Plebeia donec victa gens
In thoracem subiit.
Vnde tecti, qua parte hiat,
Osculis manusculisque

Imitantur.

Imitantur lemures,
Vt illi tum triumphant,
In me vt omnes triumphant.

Ioue genitus (ſupido
Venatur. egreſſus, leuium
(Ah miſer orbis ah miſer
Quantus tibi furor inſtat)
Fratrum imſummiuolantum
Ad communis prædæ lucrum
Trahit igneam cateruam.
Varia turba, laſciua cohors,
Varius color igne tinctus,
Vultus idem, vt fratres decet,
Alius vt alio genitore ſatos.
Sunt hi Vulcania proles
Sine ratione ferox.
It ſatus Atlantiade patre
Furto melior, & dolis.
It Apollinis decora
Soboles meditata carmen:
Zephyrus quoque ſuos ſibi
Ventoſa genuit agmina.
Sunt qui de ſpumarum notis
Nati ſunt ſine patre
Simul cum Erycina matre,
Cum primum genitalibus aquis
Extulit os ſacrum polo.
Nec Martis amplexus fert,
Et inuidoſa Deis
Ambroſiæ vigilia
Steriles eſſe videntur.
Væ quibus incubuit grauis
Tempeſtas hæc rabie ferox.

Hi tum simul omnes simul
Fratrem comitantur principem.
Huic Noctua pugnum premit
Illa scurra flexicolla.
Hic nictat, nutat, annuit,
Et contra colla fleltit,
Et digitulum mordere dat?
Morsumque fugit ore.
Dein talitram rostro incutit.
Uter plus gesticulatur?
Ille filo sutam gerens
Fert illicem palumbem.
Hic humeris rete habile
Reuocauit a tergo prorsum,
Et plagulis faciem texit
Fratribus mormolyssans.
Fert viscum hic, ille arundines,
Ille fissili stipula
Acanthidem emulatur.
Modos vibrans, retorquens.
Quales nec ipse Cerylus,
Nec Terei placidum nefas,
Nec dulcis audet Aedon.
Expeditiores alij
Menalios fugaces,
Roseis cataphractos nimbis,
Roseis loris reuinctos,
Roseis mullis feroces,
Panos munera salacis,
Catellos copularunt.
Sonat auium nemus, tremit
Latipectora Tellus,
Quacunque tulere gressus,
Quaqua ventilarent alas.

Cognatus ridet Æther
Nouo incitatus æstro,
Atque in terram refusus
Impiet rerum parentem.
Illis operam spemque simul
Anteuertit, & superat
Omne prædæ genus, omne
Ima, summa, media
Volentia, nolentia,
Captiua detineri
Postquam noluere, volunt.
Nec cælum expers ignium est,
Sed seipsum promouet,
Ipsumque se propagat.
At princeps Ioue genitus
Nec retia, nec catellos,
Nec aliud telorum genus
Meditatur, vt vinctos trahat,
Sed lenia ex radiis fulmina
Cælestibus ocellis,
Quos Panthea iaculatur,
Reticulo intercipiens,
Auersus, ne & ipse videndo
Misellus pereat prius,
In me vrget. illa ingruunt
Eamque ferunt insaniam,
Pro qua non sapere iam velim.
Eamque mortem oppignerant,
Cuius vice nolim viuere,
Si aliter sit viuendum mihi.

Fortuna, si partes meas
Eadem tam geris atque tuas,
Vt me ludibrio habeat

Tenero

Tenero puella nutu:
Tum ferre me negantem
Nouo quatis flagello:
Nunquam vices meas mi
Per te gerere licebit?
Vt ferre me hæc volentem
Nolim pati flagellum
Nescire me virum esse?

Si sunt cantina mollia,
Cur durus hæc dictat Amor?
Si durus hæc iubet Amor,
Cur mollicella verba?
An qua imperat Amori
Panthea mollicula
Scintillantibus exerit
Mi nectar ex ocellis,
Quod in meos ocellos,
In corda; verba, cantum
Sese induens, triumphat?

Domitor puer virorum,
Domitor puer Deorum,
Domitor puer omnium,
Domita tuos rebelles,
Et militantis annos
Permitte o imperator
Dulci senescere aura.

Cupido, cum manus dedi,
Quas vinculis coercitas
In seruitutem agebas:
Non tibi satius fuit,
Quo te carmine pingerem:

Solueret? permittere
Tibi vacare potas?

O nuntium grauem, meas
Qui nunc percurrit aures,
Ab auriculisque corda.
Panthea me supplicem,
Panthea supplices preces
Contempsit, & risit ferox?
Nec me vltus es, o (upido?
Contemptus es, (upido;
Et tuis sterilibus aris
Imponier poscis honores?
Inultus es (upido,
Et vis Deus vocari
Sic victus a puella?
Ineptus es Cupido.

Orata me pridem Venus
Emeritum militem
Dono remunerare,
Pete, inquit, vt vis, & feres.
Aio, vt quiete viuam,
Perfunctus tot labores:
Quæ me cura adusſit vſque adhuc
Vratur vt viciſſim.
Ergo illico vt audiuit
Scelerata nocenſque turba,
Seſe abdidere cordis
In intimos receſſus,
Harum vetera luſtra ferarum.
Tum Venus e capillo
Plexo reticulo feras
Nequicquam latitantes

Implicuit

Implicuit inuolutas.
Atque e nati sagittis
Compositum fasciculum
In his, quas prope habuit, sibi
Destinatis aris
Subdit impositas: statim
Ingens flamma reluxit,
Et momento citius
Tum scelus id consumpsit.
Bene tibi sit flamma vltrix,
Quæ mihi olim trux fuisti
Ab igneis sagittis,
Nunc pia quæ fuisti
Olim letiferis sagittis
Nunc vltricibus sagittis.
At vos nocens, dura, fera,
Maleominata turba,
Male conciliata turba,
Quæ me aridum fecisti,
Exuxisti, ebibisti,
Oculos cauos fecisti,
Ossa pene denudasti,
Siqua lutitas intus adhuc,
Quæ retia effugeris Dea,
Pari supplicio pœna
Par, etsi sera, manet.
Et si qua nunc reperta sit,
Carnifices protinus mei,
Vrite ignes in ignem.

Cum poculum popoſci,
Nec poculum datur mi
Pro poculo morantem.
Moram ebibi moleſtam.

Cum mi dari popoſci
Aut turturem aut palumbem,
Nec mi datur palumbes,
Moram illico voraui,
Cum Pantheam popoſci,
Nec Panthea ſe mihi dat,
Sed in mora mora eſt ipſa,
Ego non moram hæc voraui,
Sed me mora hæc voranit.

Cur amo, ſi non audeo?
Cur non audeo, ſi amo?
Amor, & diſſidentia
Ex magnitudine obſtant,
Hæc faſtus, hic decoris.
Exurgedum Cupido.
Et quod facis face ergo,
Vt, quantus es, tantum audeas.
Vterque, tuque, faſtuſque
Eſtis ſoboles decoris,
In me tu vt anoluiſti
Reſedit ille in illa.
Adiunge te ergo fratri:
Ibique pene regnes.
Tum fratre ſubdito, mi
Audaciam parabis,
De vtroque tum triumphans.

Quot Amor habet ſagittas,
Tot miſer ego vulnera,
Nec feſſus ille, nec ſatur
Niſi hoc, haud ſaturum eſſe.
Nec ſibi deerit, quin me faciat
Pecudem, canem, capellam.

Poſtquam

Postquam fecerit leonem,
Omnia vertat, & euertat:
Quæque ademerit, referat versum
Omnia, nisi meipsum.

Bacchus, Musa, Cupido,
Tria sunt diuersa regna,
Haud tria diuersa monstra.
Vnum furiat, vnum insatiat,
Vnum expectorat ipsum pectus.
Uno vinctus se exuit homo.
Qui tribus ego victus?

Rerum vicissitudo,
Cur in me non statuis vices?
Tui oblita semper cedes
Nec releges vestigia?
Ut, vnde discessum est prius,
Dia regna libertatis
Vecordia relegata
Resipiscens reuisam.

Quæ Thessalis venena
Tibi indicat, Cupido,
Queis cuncta transfigures?
Quin est duplex venenum.
Nam pristina in figura
Nouam induo figuram.
Tamen haud sit ista quicquam
Accessione lucri.
Nam qui esse vult vtrunque
Quod ipse, quodque amata:
Neutrum est, neque hæc, neque ipse.

Soboles genitalis Ætheris
Pelluciduli, turgiduli,
Roſcula, tumiduli, gemmei,
Quales concha globulos parit.
Teretibus tremuli guttulis:
Vobis ſi flamma quoque
Coruſcare queat, mea
Vos ego Paſicompſæ
Comparare libens queam.

Imperabam ego olim mihi:
Nunc mi imperat Cupido.
Sed mi imperans Cupido,
Non mi imperat, nec ego mi.
Non ego ſum Cupidini.
Qui ſim illi, ſi non ſum mihi?
Sed uterque Paſicompſæ.

Cape fructum amoris, inquit
Mihi Venus renidens.
Et mi oſtendit Paſicompſam.
At qui capiam, quod non capitur,
Nec vult capi, nec capi poteſt?
Non ſat, inquit, eſt videre?
Nam ſol, qui, quam tu, pluris eſt,
Nil plus habet, & ſat habet.

Recita mihi, quot dolores,
Quot ſpes alit, quot reponit
Dia deſperationes
Quæ nes dies, Atropos,
Scribiſque vitæ elenchos.
Sic ego, ſic Dea; quæ nec dies.

Quot in te sunt vecordiæ
Tuique obituiones,
Qui (va) Deo relicto
Tibi stulte fabricas Deos.

Animaduerso furore,
Quoties memet reprendo,
Toties reprendo iustas
Statim reprensiones.
Nec mi mora sit vlla,
Quin supine desipere ausim.

Comitatus, imperium, loci
Prærogatiua, cultus,
Soboles ambitionis,
Abite quo vocat vos
Ampulosa stultitia.
Aurea mediocritas
Ostentat vberes sinus.
Vnde si licet recessim
Aliorsum me amouere,
Vitam velim solutam,
Quæ diuos sibi eligit,
Curas iugulare, Musa
Pauperis in gremio.

Nec morte nec vita queam
Placare durum amorem.
Nam vita fulguritis
Ægrescit in medullis,
Nec tamen recedit ille.
Ergone mors supereſt?
At nonne morte peior est
Mors a seipso abire?

Illa morar morte aliis.
A je hac morior mihi ipſi.
Nec tamen resedit ille.

Regina Calliope
Frange citharam canentis,
Citharam vt reparet Neara.
Et tu florens Thalia
Auſer numeros canentis,
Vt det numeros Neara.
Et tu lenis Erato
Lacera animum canentis,
Animum vt integret Neara.
Et tu ferox Cupido
Vre ſpiritum canentis,
Vt refrigeret Neara.
Nam ſi quæcunque velle vos
Pro me intellexit, omnia
In aduerſum retorquet.
Vt contra vos mihi agre ſit.
Contra vos mi faciet bene.

Nonne hæc dies ſerena?
Cur nubilus animus mihi?
Natura ſi contraria hæc,
Cur nubilum nubilum mihi?
An ſol communis aliis,
Communis haud item mihi?
Sed Dia Sol ſolus mihi
Fert nubilum & ſerenum?

Quam metuo, ne ha pruinæ,
Quibus albicat capillus,
Inſidant verſiculis:

Et

Et frustra in his flores quaram.
Sunt tamen & hiemi
Sui flores, suus nitor
In pinguibus racemis,
Propter aquas gelidas,
Pater quas Renus patri
Vitreo vitreus Iaccho
Hieme subeunte propinat.
Quare in corpusculis meis
Si vinea non floret ver:
Inturgidis nitescit.
Autumnus hic racemis,
Cum lucido Lyeo,
Et fratribus Lyæi.

Tenelle ros iuuencularum:
Rosa candida: suaue lilium conuallium:
Aura matutina cœli,
Siticulosus Sirio siccante lacunas:
Pruina senientis anni:
Inamabilis adamabili spina in rosa:
Floscules Nemeæus Auster:
Flammis anhelo Sirij cor acre cordi:
Age te explica, atque ostende nobis,
Vtrum esse vis, vtrum esse non vis,
Aut te exue, aut nos exue.

Lumen alterius vitæ,
Quæ mox mihi paratur,
Salue, nec ignaro tui
Nec trepido obrepis mihi.
Non me tamen, quasi via
Decurso spatio, puta
Ad te aduentare sensim.

In me tener Cupido
Securus audaciter tui
Renouat mihi iuuentam,
Qua spirat in Paphia.

Concinniore versu
Hodie canere volebam.
Cupidinemque inuolabam,
Quem pedibus astringerem.
Men' pedicis? ait ille.
Haud facies, hoc Martis est
Sub rete cum matre simul,
Vt inter heroas suos
Vinciatur a poetis.
Mihi frustra non data ala.
Abeo, dixit, & auolat.
Et me, meosque versus
In libero furore,
Venustulo furore,
Nulla religione
Vel pedum, vel carminum
Sic liberos reliquit.

Postquam Iouis iussu mea
Stamina necessitas
Prodiderat Atropo secunda:
Almum Capuolium,
Quod vegetum Anacreontis
Lepidi caput reclinat,
In Elysiis viretis
Me excipiet sensibus integrum,
Cum Musis & Marte fero,
Multiplicique Phœbo carum,
Nec inuisum Gratiis.

Et

Et militem Cupidinis,
Lenis comitem Lyæi,
Blandæque Voluptatis,
Sobria quam paris Venustas,
Edera, myrto, liliis, Iouis
Esculo coronatum,
Fratre seruato patreque,
Et aquila recepta
Ad Cadmias ruinas,
Alcida Iouis æmulum
In literarum monstris,
Populo redimitum.
Nouo clarum triumpho
Beabit æterno bono.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI LACRYMÆ.

AD

Diuam Constantiam Rangoniam.

NE mecum, Dea, quod nitidi decus ardet Olympi,
Cui se sidereæ supposuere faces,
Ne corrumpe graui cælestia lumina fletu.
Qui potêrũt damna hæc post reparare Dei?
Me sine perpetuis damnare hæc fletibus ora:
Conuenit vt sors hæc sortibus vna meis:
Quo non pulsus ego? quid non perpessus? vbi non
Extant excidij iam monumenta mei?
Ipsi qui fuerant, qui sunt mihi pœna recessus,
Fuderunt lacrymas in mea vota loci.
Tu quoque diuini post impia fata mariti:
Impia quæ poterant tollere ab orbe Deos:
Alpigenas profugo superans pede protinus arces,
(Barbaricas te isto pectore ferre mues?)
Insoluto domitans infamia fata labore,
Fortunam aggressa es velle docere, quid est.
Vidit & inuentis summisit genua latebris:
Cessit, vt aspectus horruit illa tuos.
Illa tuos, quibus ipsa tamen nitidum æthera mulces:
Atque refers patrij sidera magna poli.
Vt quanta est in magnanimo Constantia vultu:
Se se agitet tanta Fors tremefacta fuga.

Abstineas

Abſtineas igitur. ſatis eſt, me audire gementem.
Si me audire voles, lacrymarijus erit.

Cauſſæ luctus, amiſſæ ſedes auitæ.

Æterna lacryma, memoriſq; infamia luctus,
Triſtia flebilibus murmura fuſa notis,
Et miſeri accentus, & lamentabile carmen,
Et grauia ad viduos verba vlulata rogos:
Vos fletu humentes vitta, crineſque ſoluti:
Iu materne graui vulnere fixe dolor:
Ite huc in miſeros numeros, diuiſque ſiniſtris
Dicite inornata carmen inane lyra.
Quod neque deprenſus viridi ſub rupe viator,
Raptaue de dura matre puella legat.
Cui nec odoratus tædarum luceat ordo:
Neue tener pellens agmina thyrſus agat.
Sed qui funeribus miſeri torquentur acutis:
Quique fera dominam compede ſtringit humum:
Ille ego, cui rigido tam blandum luſit Apollo,
Quem fouit patrio Martia flamma ſinu.
Ah quem nulla vnquam docuit fortuna timere,
Nulla leuem facili ſuſtulit aura gradu,
Diſtrahor in vario populantes vulnere curas:
Ah ſatis, ah nimium, ſi niſi cura fuit.
Aſt ego perpetuo mortis damnatus amore,
Heu tamen auerſo quem fugit illa pede,
Et primo tenuis fraudatus flore iuuentæ,
Ante etiam vita cognita dona cadam?
Sic dira æternos intentant omnia luctus:
Sic ego ſum rapido raptus ab hoſte mihi.
Communemque lupiſque, auibuſque ad retia captis
Cæli hauſtum patrij turba cruenta negat.
Quippe ego ſum noſtri viuum hoc in funere funus:
Exercetque alio mors ſua iura gradu.

Cum

Cum memini, quantorum acies effusa malorum
Fixerit in miseros spicula dira Lares.
Euersique Deum manibusque iraque Penates
Nil prabent reliquum, quam mihi flere diu.
Qualis vbi pallens propter cua flumina pastor,
Sub scabulis numerum dum studet esse suum:
Alitis afflatus crudeli fulminis igni,
Attonitum nescit qua ferat inde caput.
Sape ego Barbarica nigris in rupibus vmbra,
Illa fouens curæ semina dira meæ,
Qua patri Eridano fontes rumpuntur, & vdis
Turbat inexpletum pinguia culta vadis:
Aspectans sacrum laticem, rex optime, dixi,
Rex fluuiorum, Italæ rexque paterque, plaga,
Ecquid, vbi ad veteres torques tua flumina ripas,
Qua rapidas Athesis arua fatigat aquis:
Has tecum lacrymas, æterni elementa doloris,
Restituis patrio tristia dona solo?
Sic ego: sic pleno decurrere grandior alueo,
Vndaque sic precibus visa fauere meis.
Vnda fauet, versosque oculos in flumina, fluxu
Perpetuo similis, quos imitetur, habet.
At tu, qui ad luctum placidus leuia otia vertis:
Quem iuuat his miseris lata necare modis:
Iuro tibi Genitumque tuum, cineresque meorum:
(Nam quid ad auersos sint mea verba Deos?)
Iuro tibi infami damnata hæc lumina fletu:
Vt morerer, me etiam hac commeruisse manu.
Non licuit. Verum hoc munus ne crede Deorum:
Qui mea non vna funera morte volunt.

In Alpibus æger Apollinem & Aesculap. alloquitur.

Magne, minorq; Dei: quanquam mihi magnus vterq;:
Magne pater, solo sed patre nate minor:

Magne

Magne pater. medicas si rite sacrauimus aras:
Si colui præsens altera sacra puer:
Aspice me, miserum, extorrem, rerum omnium egenum:
Quem tenet ignoto barbara terra sinu.
Aspice me dulcis linquentem luminis haustus:
Cuius adhuc nullus pectore gustus inest.
Quique bonis infans carui miser exul auitis:
Quique tuli duri vulnera seruity:
Nulla cui mœsto ridens Aurora reluxit:
Nulla cui faciles condidit hora Deos:
Quem diuus genitor fraudauit lumine, diro
Funere, quem diro funere diua parens.
Saltem non potuit sera ventura senecta
Præterita exoriens spes relenare mala?
At me perpetuus crudeliter obsidet æstus.
Nec maior Sicula est ignibus Ætna meis.
Accipe qua tristes expugnat Sirius vmbras:
Qua steriles rapidus Cancer hiulcat agros:
Aut in desertis Lybies, vbi letifer atros
Per populos siccis Auster anhelat equis:
Et quæcunque graui pariter quocunque jnv orbe
Feruida languentem colligit hora sitim:
Illa sitis, sitis illa leues mihi condet haustus.
Sic miser in medijs ardeo mersus aquis.
Ecce igitur misero facilis succurrit Apollo,
Et defert gelido gramine lætus opem.
Vos ego fatales succi, vos gramen adoro:
Viuificus vestro caule superbit honos.
Vnde mihi lucuit fugientem ducere vitam:
Funeraque extructis tollere sulta rogis.
Vosne ab Hyperboreis spirauit Cynthius auris?
Vosne sub Odrysio pastor habet nemore?
Vosne ab Acidalijs misit Venus aurea campis?
Aut Paphio facilis fonte rigauit Amor?

Qui

Qui mihi conceptos in morem fulminis æstus,
Iussistisque atris ignibus ire faces?
Non Venus, aut tanto statuit Puer ales honore.
Ah quantum flammarum illa, vel ille trahunt.
Unde igitur? Pholoes glacialia pectora nosco.
Unde fuit toties mors mihi, vita venit.

Angela Paulina accepto falso nuntio e clade Rauennati de mea morte, venenum hausit.

Me miserum. quid enim? mihi post mea fata superstes?
Te mihi defuncta, Lesbia, viuus ero?
Tecum una nostri perierunt, Lesbia, sensus:
Et sedet exangui tristis in ore dolor.
Non mea festiuo titubant vestigia Baccho:
Nigrave nocturnos decipit vmbra pedes.
Quæ veniam petere, & faciles qua frangere rixas
Lingua, nec ad lusus iam tibi visa rudis,
Inque tuum mihi te solita appellare furorem,
Iussibus heu quoties facta diserta tuis,
Nunc misera in luctus, ac verba vocantia mortem
Soluitur, & truncos integrat atra modos.
Tantum nescio quæ, posito sub nocte silenti
Quæ referam tumulo carmina, garrit Amor.
Nec suuat insuauis lacrymato potus ab imbri.
O pereant oculis pocula dira meis:
Pocula, quæ nostram potuistis perdere vitam:
Pocula tartareis annumeranda malis.
Tecum vna nostros hausisti, Lesbia, sensus.
Nunc ego sum toto corpore truncus iners.
Nec tibi suratis oculis miser vtor: at illis
Sunt tantum lacrymis ianua facta meis.
Crudeles dij; si tam didicistis amare,
Et siquid modo sunt; quid nisi turba nocens?

At

At tu, perfida, ſpes potuiſti fallere noſtras?
At ſine me tibi mors, Lesbia, grata fuit?
Vobis inuideo, manes: vos noſtra videtis
Pectora, vos roſeis ora relicta notis.
Vobis illa meos forſan nunc narrat amores:
Signaque ſub tacitas dicit operta fores.
Irrita tum blandos inter conuicia luſus:
Quaque facit nimio nox ſuperata mero.
Abſentem externis vt me quæſiſſet in oris
Audax infida freta puella rate.
Ah mecum vt foret, ah tantum exhauſiſſe viarum?
Quid fuit hoc? patrio quam procul illa ſolo eſt?
Adria non potuit trucibus violentus arenis,
Me miſerum Stygia diuidit amnis aqua.
Heu quoties animo ſubeunt molliſſima rerum
Tempora, & ignigeno pectora victa Deo:
Tunc tua mi ante oculos, tua Lesbia obuerſat imago:
Menſque ſtupet rigidis non bene nixa malis.
Te ne ego conſpicio funeſtis, lectule, tædis?
Te ne pati his poſſum cernere luminibus?
Luminibus: qua poſtquam illum videre nitorem,
Cernere iam poſthac digna fuere nihil.
Aſt vbi poſt ſomno reparanti clauſtra laborum
Cedit pernigili cura ſoluta pede:
Robora ſideream nutant cum feſſa quietem:
Cum ſopor in tepidis frondibus vrget aues:
Te mihi tum ſeris nox votis atra reducit:
Umbraque crudeli mota dolore, fauet.
Sola mea propriis tenebras miſerata tenebris,
Perſimilis noſtris conuenit apta malis:
Te teneo, rogitoque: venis mea, Lesbia? viuis?
Et pia iam lacrymas audiit vnda meas?
Tunc hæres, fixoque petis mea lumina vultu:
Sauciaque incerto fluctuat ore fides.

Mox Aurora rotis nigrantes verberat auras:
Et fugat amplexus inuida diua tuos.
Exurgens auidos moueo per strata lacertos:
Hei mihi pullatis strata maligna iocis.
Et bene qua lusus seruant vestigia nostri,
Implentur lacrymis humida facta meis.
Quodque meo nunquam saturantur perdita fletu:
Quam commune sua cum domina illud habent?
Ah tum quam vanis tabescunt pectora curis:
Nec potis est infans addere verba dolor.
At qua finis erit lacrymis? quæ causa doloris
Mors fuit, hac ea me morte leuare potest.
Mors mala, mors, ah mors raptarum infamia rerum,
Sat mihi, nec toto me bene tange pede.
Sic sum ego nuda mei, nil prater nomen, imago:
Quod melius de me est, Lesbia nostra rapit.
Extinxti te, meque simul, mea Lesbia. Verum
Is miser est, iterum qui perisse potest.

Ad Aequicolam.

Maxime vir, geminas cui circum tempora laurus
Purpurea facilis nectit Apollo manu:
Æquicola Aonidum decus, acceptissime rerum
Numinibus vestris, numinibusque meis:
Quid faciam miser? aut mea quo mœstissima vertam
Pectora, perpetuis nubila facta malis?
Quam non fausta sacra huic fixi vestigia terra.
Irrita sic lento me coquit igne mora.
Quosque male institui numeros, diuisque sinistris,
Nunc etiam leuis edimus auspicius.
Exulis huc animum primum detrusit Apollo:
Nec minus hos ideo non probat ille modos.
Vix dum etiam attigeram maturi luminis oras:
Præludit teneros cum pia barba dies:

Excidimus

Excidimus patriis rebus. Patriane relicta
Mitis ego in primo vertere flore solum?
Mitis ego? & longa confectum ætate parentem
Mecum desertas vidimus ire vias?
Ah quantum illius tangebant fata, nec vltra
Metibar casu funera nostra rudi:
Tantum alios merito moueant mea fata parentes:
Teque, Mari, imprimis qui potes esse pater.
Qui pater es vatum: dextris qui carmina Musis:
Atque pares fausto condis amore iocos.
Te sine, quæ aduerso Parnasia numina Phœbo
Conspere in duro contigit exilio,
Nequicquam domine moueant cælestis acumen.
Haud ita me facili lumine fata vident.
Sed male diuerso cœpi cum tempore vestras
Ah puer incautus solicitare Deas:
Nunc quoque sentio quam non spiret numen amicum.
Fortuna referunt semina prima suæ.
Aspice: cæruleo siccat dum rore capillos,
Pellit & obliquo limina salsa pede.
Vos obseruantem iam me videt altera Phœbe:
Dum redeat voti meta suprema mei.
Mantoi colles & collibus addita sanctis
Numina Ateſtinis consociata Deis:
Tuque tuo pater Andino cum flumine: per quem
Tollit odoratum Roma sub astra caput:
O si vos quicquam vatum nunc pectora tangunt:
O ego sic aliquem si vocor ad numerum:
Dicite me Mario desertam ducere vitam:
Dum fera præcipiti spes quatit ora metu.
Ille potest animum dictis firmare cadentem:
Languidaque humana corda leuare manu.
Hoc satis est, dicat: per me mitissima fiet,
Atque volens venict in tua vota Dea.

Ad Claudium Philomusum.

Quos mihi diuinos, Philomuse, ostendis honores:
Quosque udeat tepidos victima sancta focos:
Verte, nouos quibus arrisit Fortuna triumphos,
Et patet ad dominos semita certa Deos.
Heu, heu, me patry miserum tactura sepulcri,
Me Genius, veterum me decora alta patrum,
Amissum imperium, & clari mihi nominis vsus,
Quique trahit magnos ordo superbus auos,
Æternum, Philomuse, iubent lugere, nec inter
Candida viuendi munera luce frui.
Huc adeo mihi iam redit res omnis: vt ipse,
Quam quod sum, quiduis esse magis cupiam.
Aspice me, qui cuncta vides, cui dextra potenti
Mortaleis strepero territat igne minas,
Iuppiter, & Ionis o soboles Rhamnusia virgo,
Vindice qua constans numine cuncta quatis.
Humanos tu sola Deum miserata tumultus
Diceris obliquas corrigere vna vices:
Et tumidos hominum vitæ componere fluctus,
Et premere elati turbida facta animi.
Si quid ab antiquo mihi sanguine degener, vlla
Turpaui puras conscius arte manus:
Nec mea nobilitas veteri splendore refulsit:
Auersos etiam par sit habere Deos:
Atque pati merear miseranda turpia vita
Tædia, morsque auido surda sit vna mihi.
Atque pater tumidis Atheſis animosus ab vndis
Flumina barbarico sacra ministret equo.
Flumina Scaligeris libata. Penatibus, olim
Flumina regnato dantia iura Pado.
At si magnanimos antiquæ lucis honores
In me etiam ostendunt fortia facta Deos:

Ignotum

Ignotum, extorrem, miserum, rerum omnium egenum
Excute ab extremi puluere, diua, soli:
Sedibus & me redde prioribus: vnde tepenti
Sanguine pura tuos imbuat agna focos.
Tristia sin veteris renouas fomenta ruinæ.
Nec patet ad priscos orbita nota Lares:
Ah ne animum, quo me supremi munere luctus
Expleam inornato carmine, diua, nega.
Cætera magniloqui possunt quæ ferre Quirites,
Et Clarij numeris plenius ire ducis:
Hæc vos detineat facundus Claudius. At me
Æternis lacrymis nil nisi flere iuuat.

Ad Maturinum Almandinum.

Quid me iterum amissæ reuocas ad crimina laudis?
Quid me iterum ad cultæ fœdera rupta lyræ
Almandine? quid a veri me luminis hausu
Ad lenia, & tenuis pondera nulla roci?
Non atris ea conueniunt commercia curis:
Libera quæ grauibus pectora pressa malis
Ostendunt diuis crudelibus. O mea fata,
O patris, o patriæ funera dira meæ.
Nunquam ego te posthac visam clare orbis ocelle?
Atque oculo siquid clarius esse potest?
Magnanima regina plagæ, quæ sceptra potentis
Impery, & duris hostibus vna metum
Ingeminas: quæ prisca nouo tua frena tumultu.
O veteres orbi numina sancta Lares,
Nunquam ego vos posthac fumanti latus acerra
Inque dapes, tepidos inque vocabo sinus?
Nunquid inultus, in externis inglorius oris
Hospes inhumana contumulabor humo?
Spes ego qui veterum miser ostentabar auorum,
Recturus valida fortia regna manu,

Exul agor: nec certa salus super vlla pericli.
Nulla (ah fatorum crimina) certa salus.
O vexilla, & inundantes o sanguine campi,
Arida quos clari nominis ossa tegunt:
Huc me transmisistis? At hæc inuicta probata est
Dextera, vt & toto corpore victa foret?
Sancte, Deum atque hominum custos, ac præses Apollo,
Clare lyra, ac medicæ clarior artis ope:
Totne ego pestiferi superare pericula cæli:
Addat vt ingratos Parca rogata dies?
Scilicet in thalamis, & fœmineo vlulatu
Præstat luctifici funeris ire viam?
At mihi quærenti pulchram per vulnera mortem,
Vulnera, quæ quondam plurima dura tuli:
Non licuisse actæ clarissima præmia vitæ:
Et patrij vere nomina ferre viri?
Hoc est, illusisse modis, Fortuna, superbis.
Hoc est, de patria, sæua, fugasse domo.
Sic nunc ignotis miseri consedimus oris:
Si tamen ire, redire, ipsa sedere vocas.
Sancte Canis, Canis & soboles mea numina manes,
Vix capiunt magni quos pia regna poli:
Si veras animi moles temeraria virtus
Extulit, & vobis nomina digna tuli:
Accipe me iam. hausi vestro qui munere lucem,
Iam pudor est, sine te, me sine, luce frui.

Ad Io. Proliachum Burdeg. Senat. F.

O decus extremis ingens vbi flexibus æquor
Audit honoratæ iura suprema plagæ:
Quas tibi victuro meritas pro carmine laudes,
Quæve feram numeris munera digna tuis?
Dum mihi diuinos vltro decernis honores:
Diuinis ingens fis Deus ipse modis.

At me crudelis deflentem facta puella,
Atque amissa animi pignora certa mei,
Improbus huc vestra luctus subducit ab aure,
Pallidaque incertis obsidet ora notis.
Per tibi ego, tibi sidereos mea sidera ocellos,
Per qui oculos oculis imposuere meis:
Iurato misere quicquam si credis amanti,
Nec tollunt facilem verba vetusta fidem:
Iuro miser, nihil antiqui mihi luminis vsus,
Munera nec mentis, quæ prius, vlla super.
Heu quoties digitos Musarum admouimus aris:
Mollis vbi argutos ventilat aura sonos:
Durus Amor tacies subit importunus, & imis
Ossibus infestas induit igne faces.
Humida qua vacuos fumans Aquitania campos
Explicat, Hispanis addita regna iugis:
Qua vagus aurifero flexu Garumna superbit,
Et pinguem innumero gurgite sulcat humum:
Perque truces sequitur populos: perque inuia montis
Monstra, peregrinis clara cadaueribus.
Ille subalpinis conceptos collibus amnes,
Nostra vbi iam tenuit subdita colla iugo,
Liquit: vt ignoti fugientem ad limina mundi
Deprensa extremo frenet in orbe fuga.
Dumque sibi excelsam speculatur callidus arcem,
Vnde ferat cordi spicula dira meo:
Illis sidereis, illis insedit ocellis,
Qui in me vni domim pondera iuris habent.
Inde mihi horrendæ tratí fulminis iras,
Et reducis patior vulnera sæua necis.
Inde serenatæ letos mihi frontis honores,
Luminaque æstiuo lucidiora die,
Amissumque animum, & vitæ hoc spirabile lumen,
Sentio, & intactæ gaudia plena morę.

Aſpicis, vt primo imbaris ſurgentis ab ortu,
Cum fugiunt roſeum pallida caſtra diem,
Rettulit excelſo Venerem mea Nauia vultu?
Tam ſimilis iam iam non ſit vt illa ſibi?
Vt vera inceſſu fulget Dea? iamque loquente
Mobilis excluſo conticet aura Noto?
Explicet aureolos per eburnea colla decoret:
Eheu heu animi vincula certa mei:
Non tam ſol celo miſer aurigatur aperto:
Quærit & ignotas ille pudore vias.
Seu placet auguſto mea tollere nubila riſu.
(Ah qua votiui ſemina rara boni)
Differor: atque imis penitus liquefacta medullis
Attonito rigidus concutit oſſa tremor.
Aſt vbi conuerſo tacsturna Proteruia vultu
Pallida luminibus vulnerat ora ſuis:
Vt vetus antiquis radicibus erutа pinus,
Ardua montani gloria pinus agri,
Illa procelloſi furtis obnoxia Cauri
Concidit, & vaſto ſternitur icta ſolo:
Sic miſerâ, & toties validis iactata ruinis
Mens iacet, excita & fluctuat in lacryma.
Quique Deoſque, hominesque ferox, qui durus honores,
Quique minas audax, quique ſuperbus opes
Sperno, puellaris patior quæ iura triumphi?
Quæve catenato pondera dira pede?
Nec volo poſſe meos, nec poſſum velle lacertos
Captiua excutere fortia vincla manu.
Quod te, per Genij decora, atque inſignia veſtri,
Cui nitidus multo nomine venit honos:
Conſolare amentem animi: atque opis omnis inanem
Excita in antiqui priſtina iura mei.
Tu potes Aonio voces animare lepore,
Languidaque altiloquis tollere verba modis:

Et

Et trahere in varios discordia pectora casus:
Demereque, aut leuibus addere rebus opem.
Me tibi redde, mihi me redde: nec ipse periclo,
Quæ tua sunt, & erunt, mitte perire tuo.

Carolum a Longauilla, qui ad Ticinum periit, deflet sub persona Francisci regis.

Flos hominum, flos idem hominum, sobolesque Deorum:
Dignaque magnanimo dextra superba Ioue:
Quæ voci via prima graui laxata dolore
Excipiet fletus murmura trunca mei?
At non & molles lacrymæ, fractæve querelæ:
Quæque gemit viduis virgo relicta rogis,
Lugebunt validum Gallorum gentis honorem:
Hunc animus luctum non capit ille tuus.
Magna, atque innumeris anima expectata triumphis,
Vera cui semper vincere vita fuit:
Quam nunc nobilibus commistam exercitus vmbris
Hoc licet hostili viderit orbe mori:
Vicisti: & victæ rigidis ceruicibus Alpes,
Et rapido cessit hostica terra pedi.
Nobile nec viridi spoliatum lumine pectus
Fudit ad hostiles verba, precesque manus.
Armaque tam raris vni tibi debita fatis,
Hostibus haud vnquam clara trophæa dabunt.
Fortes exuuiæ, æterni tristissima planctus
Pignora, & ignoto robore Martis onus,
Quid fueras, vbi, cum sic sunt in corpore tanto,
Atque animo totidem vulnera facta meo?
Nigra dies, quæ sæua diem, lucemque retexit;
Magnorum vt caderet luxque, diesque ducum:
Ausa nefas immane, quibus caput extulit oris?
Quonam pallentes duxit ab orbe rotas?

Tene ſub horrificis aluit fera turba tenebris,
Cui tetricum curuo palpitat angue caput,
Vt ducis vnius diro ſub vulnere cuncta
Tentares mœſtis perdita caſtra notis?
Nonne vides quanto mœrentia turbida luctu
Depoſcant numerum Martia ſigna ſuum?
Et nunc regna Italis toties exercita fatis,
Sueta Deum varias ſolicitare vices,
Amiſſo anceps tam certo fulgure belli:
Quanto oculis nunc ſunt viſa minora meis?
Cum noſtros Fortuna animos defixit in vrnam:
Atque pari certant damna, decuſque modo:
Quam tibi nunc memori ſumis magna vrna ſepulchro:
Quam magni pugnax agminis inſtar habes.
Quæ validum patrijs momentum Martis in armis,
Miſtaque terribili vulnera dura tuba,
Terrorem que Italum, ac Reni: quæ parua minacem
Inuicti molem principis vna tegis.
Cum ſatis hæc: tecum tamen & viuentia corda
Regia perpetuo condis; habeſque loco.

In Symonis Thomæ medici præſantiſsimi obitum.

Vnde mihi dolor, & lacrymæ mortalia tentant
Pectora, & infauſto lumina rore premunt:
Inde ſimul cur & pietas diuina canentum,
Non poterit ſacris corda ciere modis?
Hoc potius decuit: neque enim labentia rerum
Semina flebilibus ſunt reparanda notis.
Nec miſer infami luctus renouatus ab æſtu,
Inſano aut lacrymas æſtus amore nouans
Debet honorati producere funeris auram.
Lugeat extinctos mortua turba ſuos.

Viuit

Vivit adhuc Thomas de morte trophaea relinquens,
Haud moritur, solitus rumpere mortis iter.
Pura anima & patrio tandem tibi reddita cælo,
Augens sideribus sidera magna suis,
Nunc spectas, quæ condideras sub pectore sancto,
Quodque vides hoc es, lumen, & aura Dei.
Tamque sitire placet, quam posse haurire, nec, illud
Tollitur hoc. paribus perstat vtrunque viis,
Vt nos hic trepidos gelida caligine septos
Tecum abiens mentis lux tremefacta fugit.
Et vidua ante oculos vrbis versatur imago
Teque manente manens, teque ruente ruens.
Aspice, quam mœsto misceantur mœnia luctu,
Inque vno tota vrbs funere funus erit.
Ah quem præterea miseri imploremus? & vnde
Vita erepta habeat posse redire sibi?
Tantus abest fati domitor. tam certa nocendi
Mors valet in vacuo ponere signa solo.
Quod voluit, potuit. quis nunc audebit, ab alto
Ducere spirandi semina dia polo?
Ille dabat conclamatas producere luces,
Et cæli reduci regna tenere pede,
Flore nouo reparans fugientis lumina vitæ
Amissumque iterum posse videre diem.
Gaudeat, an doleat, dubitat Natura: quod alti
Est immensa operis lumine victa sui.
Dum sua, tanta, simulque stupet pariterque superbit
Imperia ætherius artibus aucta tuis.
At nunc se minor, & crebris spoliata triumphis
Sese in te, atque tuas quærit, & optat opes.
Nos quoque qui tecum esse aliquid sperare licebat,
Externos nobis iam stupor esse facit:
Vixque etiam incomptis, pauciſque his vocibus hisco.
Nam quod erat nostrum, tu tibi solus habes.

Ad

Ad Margar. Vitelliam pestilentiæ tempore.

Si mihi quod fuerat meliori in pectore mentis,
Et mentis validus corde vigente vigor,
Cum potui rapidos deflere Cupidinis arcus,
Meque ipsum in medio quærere sæpe meo:
Tempore in extremo trepidos percurreret artus,
Et veteres firma sorte foueret opes:
Nunc canerem grauiora feris exercita fatis,
Pingeret ac duros mœsta Thalia deos.
At simul antiquos amisimus oris honores,
Maiestas vbi quod quærere vellet, erat.
Sic color ignauus nitidus de mente recessit,
Torpidaque ipsa sua mole ruente iacet.
Nec potis est blandum componere pectore Phœbum,
Sed misere præsens exulat ipsa sibi.
Quin etiam rabido in luctu via clausa dolori est,
Seque grauem cumulis obruit ipse suis.
Aspice fertilibus marcentia semina sulcis.
Iam præsente malo desinit esse metus.
Tetrior informi macies incondita leto est,
Corporaque ostentat mortua viua fames.
An miseris satis? ipsa mihi fortuna videri
Iussit & infernas impia iunxit opes.
Haud negat amplius: at largo dat munere vitam
Vnde petas, mortis pignora certa, cibum.
Heu heu quis locus hic tetrici sub crimine planctus,
Quæve cadaueribus terra sepulta vacat,
Quid, quod &, heu, quæ nos vitam sperare iubebat,
Exitium miseris attulit ipsa fuga.
Ipsa fuga exitio est diraque in funeris hora,
Quod volui fugiens, solus abesse queror.

Hic

Hic igitur quos præterea mulus hauserit ensis,
Atque minax plenis hostibus ignis agris
Crimina, cuncta vorans duplici mors vlta flagello
Vlterius non iam quo fera tendat, habet.
Se sibi sufficiens vasto dum crescit hiatu
Materiam regni sustulit ipsa sui.
Mene igitur fratre amisso, amissoque parente
Qui duo terrarum lumina lucis erant:
Mene etiam fratre occiso, occisoque parente,
Qui duo terrifici fulmina Martis erant:
Vltima dessecta duxisse ad limina vita
Quos mihi lenta dabat, seraque Parca dies?
Vt quod honoratis toties obiecimus ausis
Corpus inornata morte periret iners.
Non erit. ecce mihi Vitellia magna superstes,
Dumque erit illa mihi vita, superstes ero.

Isabellæ Scaligeræ filiolæ tumulus.

Vna dies mundo te hæc intulit. hæc eadem vna
Abstulit: vna fuit vltima: prima eadem.
Quid valeant luctus, quid acerbi murmura planctus?
Quid iuuet atratis picta querela notis?
Heu patrem, ah quo me ipse malo consoler inani?
Euincendum etiam num mala mi esse bono?
Esse, canunt miserum: non esse, informe: manens sic,
Sic abiens, sentis esse, nec esse nihil.

Margaretæ Scaligeræ bimulæ acerbus interitus.

Audite heu surdi cineres, surda ossa querelas,
Quas nequicquam amens fundit vterque parens.
Alloquere heu mutus cinis: heu muta ossa parentes,
In lacrymas quorum versus vterque cadit.
At si auersa piis ea sors singultibus, audet
Hunc sensus miseris dura negare modum:

Eben

Eheu quonam animam, quo carmine compellabo?
Terrigenas superis praferet illa homines?
Filiola heu sicci cineres, sicca ossa, parentum,
Ah saltem miseras ebibite has lacrymas.
Ebibite has lacrymas: supremaque funera: qua vos
Æquum erat inferius reddere mi, accipite.

In Caroli Valesij obitum Ducis Aureliani Diui Francisci regis F.

O fatum infelix: o non iam sidera: non iam
Aut calum, aut siquid calitus esse potest.
Occidimus: res Scaligera, ah res Itala. iam spes
Excisa est. mihi mors omnia. vita probro est.
Ergo tibi haud poteras, calum, calum esse sine illo.
At tibi cum es calum hoc, tartara dira mihi es.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ÆNIGMATA.

Quis putet, (& tamen est,) operosis otia Musis
Et struere insidias, & dare verba sibi?
Si neq; ludus iners, blandi neq; murmura somni
His sine, nec tacito pocula picta mero.
Fœmineas inter rixas, tremulosque cachinnos
Et cyathum, & choreas hac tibi facta dedi.
Sic redeunt alacres, posui cum seria, nuga:
Nec cedit reduci pectoris æstus aquæ.
Cuncta, rube, dicet, faciet, dabit: omnia. Tantum
Garrula (ne prohibe) bucca tacere nequit.

Aenigmata.

Qui seipsos fecere reos iam mortis Homeri,
Illorum e numero turba proterua sumus.
Horum vnum peperit fallax quæ fœmina quondam,
Exitio misero quo data turba fuit
Immani ingenio monstri superata dolosi
Nec miseranda suis artibus ipsa perit.
Fœmina] Sphinx.

Deus.

Quis queat infinitam ænigmate condere lucem?
Quo maior tamen est, hoc minus ipse patet.
Non capere est, quod vbique manet, non cernere certum,
Non aliis dare, sed nec retinere sibi.

Natura.

Natura.

Artifici cordata manu ſubnixa nouerca
Attamen agnoſci nomine matris auet.
Efficit, vt factum haud poſt multo dirnat. aufert,
Vt reddat. tota eſt quæ ſibi, nulla ſuis.

Neceſsitas.

Qua Deus eſt, veteresque Deum pluſquam eſſe canebant,
Inque Deo nulla eſt, hanc tibi me eſſe puta.

Fatum.

Quod vitare nequis, tamen euitare laboras,
Orbis ſum priſci, ſumque catena noui.

Fortuna.

Sum vero, at quid ſim nemo deſcribere nouit:
De me qui loquitur plus, minus ille ſapit.
Si quid agis, me egiſſe refers, clamaſque tyrannam:
Atque petis dira voce ſupinus opem.
Si ſum, ſum Dea. Quid duro male litigat ore
Seruus? ſi non ſum: ſtultitia ipſa tua eſt.

Caſus.

Quod tibi nec fortuna dabit, nec fata dedere,
Hoc ero. ſed quid ſim, forte ſcio nec ego.

Fama.

Non vir, non mulier, non mas, non fœmina, non ſtirps,
Non animal, retinens vndique, viuo aliud.
Nunc notam, nunc mendaci diſcrimine primum
Vorus, dehinc multi me genuere patres.
Haud pedes, haud eques, haud naui, non prapete penna
Velifico, ingredior, ſto, nato, curro, volo.
Qui me deſcripſit, nihilis quæſiſſe videtur,
Quam me. cui faueo, non fauet ille mihi.

Spes.

Que reliqua ex omni numero deſidit in vno,
Nec cruce confixum deſerit illa reum,

Blanda

Blanda quidem specie, lento sed numine fallax.
Numenque & nomen decoquit ipsa suum.

Sol.

Quale animal, dic, esse putes, quod mobile, totum
Est oculus, neque pars præterea vlla manet?
Quottidie gignit natum sine matre creatum:
Qui tamen vna ipsa hac interit ille die.
Cuius item soror absente est genitore creata,
Partita imperium fratris & interitum.

Quottidie &c.] Dies. *soror*] Nox.

Ignis.

Crescens deficio, ingratus matrisque vorator.
Mors tamen illius morte parata mea est.
Saxa, domue secreta palam vel nocte videbis.
Inuenisse tamen cæcus & ipse queat.

Aqua.

A meipsa, ad meipsam egredior, remeoque, eademque
Atque alia, præceps, prona, supina, manens.
Instabilis, constans, mutans, mutata relinquens
Qua repetam, repetens linquere qua aggrediar.
Nulla mihi facies, facies tamen omnis, amara
Et dulcis, facili difficilisque modo.
Multisona, at multi populi sum mater. inani
Consilio efficiam, qui metuunt, vt ament.

Vita.

Quam cupiunt omnes tamen, at sum tractus amarus,
Mirum: me, qua sum, quæ nihil est, perimit.
Altera magna soror mihi tum succedit inani
Carnificem interimens iure superba meum.

quæ nihil] mors priuatio. *Altera magna*] vita æterna, quæ mortem perimit.

Cinis.

Quod rectum, & curuum, quod transuersum atque ad-
Et viride, & siccum, fum nihil: ante fui. (amussim

Spuma, aut bulla.

Instabilis mater cum rupta est, nascor: vt olim
Vipera, sed rursus pristina fio parens.
Quin prægnans orior, rumporque puerpera. proles
Non nostri generis illico nata volat.
Meque vehit mater dum viuo, recepta sorori
Illius, hospitius & pietate fruor.
Nulla manu, aut capite, aut pedibus discriminor. Est par
Quæ vita est hominis omnibus una locis.

proles] act inclusus. *sorori*] tertiæ.

Nix.

Candidior multo multum candente parente,
Lenta magis motu, viuidiore opera.
Tota ego sum donata insignia prætextato.
Tum vigeo, quando plurima morte cadunt.

Tota ego] bulla. *Tum vigeo*] hiems.

Vox.

Signum animi, plusquam tonitrus, res extera, rerum
Res, vnum a paucis tertia rebus ago.
Nescio quo pacto iam me videre Latini
Qui non viderunt vera videnda, sibi.

Signum animi &c.] Nota specierum. *tonitrus*] quia plus vox, quam sonus. *res extera*] quia extra animam. *tertia*] Res, spes, vox. *Nescio*] Nota specierum. *me videre*] Visa vocem audire militis. *vera videnda*] veritatem Iesu Christi.

Puteus.

Ventris inexhausti purissima viscera cernis
Aluo ima captus redditur ore cibus.

Arbor.

Ad superos traho demissa de sede parentem,
Doque pati summo vertice posse Iouem.

Mi cantum assimilat Siculi bona Musa poetæ.
Hinc etiam vitam carperet ille sibi.
Maxima de minimo & fluxo robusta, superba
Ex humili, talis qui tibi magnus eras.

parentem] terræ succum. *Doque &c.*] in arborem mutans; *Mi cantum*] ἀπὸ τοῦ. *vitam carperet*] glandem.

Currus.

Cruribus ipse meis, quanquam sunt firma, moueri
Non moror. hoc munus dant aliena mihi.
Me tamen haud tergum trahit, insideove gerenti.
Quin equitum mea vel pondera torga gerunt.
Pro quibus officius vectori porto benignus
Multa dapis placitæ munera, nulla mihi.

dapis placita munera,] fœnum.

Charta.

Eius, quam texi, nomen gero. commoda primum
Candidior nunc sum, mollior ante fui.
Sedula sepositos commissa voce saluto,
Pro quo sæpe ignes, vulnera, vincla tuli.
Quod prius officium dederat, quod verna Canopi,
Hoc mihi Parcarum & Pallados explet opus.
Bellumque & pacem, vitam mortemque paciscor.
Res sacra me quondam resque profana tulit.
Hæc quoque, quæ dedit hæc, sine me nequiisse videtur.
At supplere valet filius ignis opem.
Quæ cælum scicidi, ad cælum terrestria vexi
Non nisi præscissa hac iam tibi dona dedi.

Eius] tela. *nomen gero*] scripta. *Sedula &c.*] literæ. *sepositos*] longinquos. *ignes, vul.*] lacerata, scissa, vsta, lino iuncta. *prius officium*] membrana. *Parcarum*] linum. *Pallados*] tela. *Hæc quoque*] penna. *filius ignis*] carbo pro atramento. *Quæ cælum*] atrum. *dona dedi*] scripturam.

Ionas in ventre orcæ.

Sum nondum dira confectus morte, sepultus.
Haud urna, haud saxum, non humus vlla tegit:

Et loquor, & ſapio, & vitalibus abdicor auris,
Meque capit vnus, meque vehit tumulus.

Glacies.

Sto, quæ currebam: ſed non tego, quæ tego. Mater
Olim, nunc ſterilis, rurſus eroque parens.
Quæ conſtat facies, non conſtitit. horridus illam
Iuppiter inſtabilem ſed tamen eſſe dedit.
Aufugio tamen, & velles me forte tenere,
Aut tota aut ſenſim ſubtraho me minuens.

non tego] tranſlucida. *Mater*] aqua. *eroque parens*] liquefacta. *ſenſim ſubtraho*] lubrica. *me minuens*] liquefacta.

Aurum.

Et curuum & pauidum durumque fuiſſe libebit.
Quin etiam audacem & præcipiti ore dabo.
Imperium in fratres quanquam virtute potentes
Eſt mihi, ſed multo fulgure pondus iners.
Sum vulgi votum, ſapientis abominor auram.
An poſſis, valeam, dicere quid valeam.

in fratres] metalla.

Vitrum.

Infelix terra me filius edidit, & qui
Materna patrius arte petitus aquis.
Inde gero tibi lætitias, conuicia, rixas,
Si pergas: ſi non, mellea verba, iocos.

Materna patriu &c.] lapis fluuiatilis.

Arcus.

Littera ſum pecoris capiti detracta minacis,
Cuius, ſiue canis viſcera tenta traho.
Hæc pellunt ſeruum fugitiuum: ferreus illi
Dens, clunes, auium legibus inde volant.
Altera mi ſimilis cognataque littera maius
Edit opus. ſapiens tectus vtraque cane.

Littera ſum] Σ. *viſcera tenta*] neruus. *Hæc pellunt*] Ex Athenæo. *ferreus illi Dens*] ſagitta. *Altera*] Φ. *maius Edit opus*] ſibilum. *tectus vtraque cane*] arcum & balliſtam.

Lima

Lima.

Non edo pascalem, non pascor carne solocis:
Dentis at innumeri robore rodo meos.
Me tamen hac macies deformat dira vorantem,
Atque etiam exeso corpore fio minor.

rodo meos] ferrum.

Laterna.

Nomine mendaci, re verax, fallere nullum
Assueui, torui filia tersa proci.
Furibus infensa, insidiis inimica latronis,
Agnosco vitam non nisi morte meam.

Nomine mendaci] Quia non latet. *proci*] Tauri.

Ostrea.

Hic habito in valuis, hic sum mihi tota supellex.
Ianua sum tota, & tota fenestra mihi.
Sublatum tamen a summo curuamine tectum
Admittit, sed non aeris orbe, diem.
Nil video tamen, & iuxta est lux, atque tenebrae
Pinguis sed plana luce minore magis.
Sed quae non fugiam, cur ergo retia tendunt?
Fioq; cum castris splendida praeda meis.

admittit] Aqua. *luce*] Luna.

Pompilus.

Remigium inuersum Zephyro mutante carinam
Rectum pacato turbine vela vehunt.
Haec eadem tibi mensa cibum dabit orba paratum,
Qua mihi perpetuo tempore fida casa est.

Testudines.

Non tectis capimur, nunquam extra tecta vagamur.
Quin etiam gratae quo gerimur, gerimus.
Nec vox, nec sine voce sumus. dum viuimus, edunt
Mortua concordes corpora nostra sonos.

Nec vox] sibilus. *edunt mortua &c.*] chelys.

Spongia.

Planta fui, nullo officio radicis alebar.
Sed nullo ore vorans innumero ore animal.
Castigare malos licuit persæpe poetas.
Facta eadem vna opera & dempta litura mea est.

Planta fui &c.] ζωόφυτον.

Sepulchrum.

Durum iter, & varie confectum emense viator,
Prisca tibi officio patria terra patet.
Hic vbi conuiuas tanto tractabis honore,
Apponi vt non daps carior vlla queat.

conuiuas] vermes. *carior*] teipso.

Tegulæ.

Sicca acies, quantum voluit, bibit: inde sedenti
Dulcia dat fratri pocula quisque suo.

Carbones.

Infima quos olim florentes vita fouebat
Viuentes, alia nunc ratione sumus.
Mutabit solum tamen, vt nox atra, colorem.
Instituam, veluti lingua diserta, loqui.

Infima] Arbor ex tribus animantibus infimam habet. *viuentes*] carbones viui. *Mutabit*] carbo extinctus. *Instituam &c.*] litera notata carbone.

Luna Solem alloquitur.

Quod mihi das, plus absente accepisse videbor.
Et quo plus prope sum, tum minus illud erit.
Copia me perdit, me perdit amicitia. vna
Et triplex. Quod non tango, queo trahere.

Copia] lucida dies. *amicitia*] ♂ ☽ ☉. *triplex*] Triuia. *queo trahere*] maria.

Campana.

Excubat os nitidum patulo mihi semper hiatu.
Sacra ministerio ferrea lingua dei est.

Nunquam

Nunquam ſponte loquar, nunquam niſi iuſſa, tacebo.
Excutere at vocem verbera ſola ſolent.

Acus.

Imbellis facit acta viam per vulnera cauda.
Sed nunquam repetit, qua facit, inde viam.
Officioſa tamen facit, vt confecta creantur,
Vulneribus coeant vulnera priſca nouis.

per vulnera] futura. *cauda*] filo. *Vulnerib. &c.*] ſuendo ea quæ ſciſſa ſunt.

Farina.

Innumeri ſum dentis opus: de matris amictu
Excutior. fatum eſt dente perire nouo.
Diſſoluunt partes patrio naſcentis ab orbe.
Hæc ſedet, vt grauis eſt: hæc leuis acta volat.
Sum multa ex vno, rurſus coitura ſub vnum.
Poſt ero, quod facit, & quod fugit omnis homo.

Innumeri dentis] molarum. *matris*] tritici. *amictu*] furfure. *Diſſoluunt &c.*] volatica farina, & furfur, & granum. *Sum multa*] pollen. *vnum*] panem. *Quod facit*] ſtercus.

Anchora.

Magna, bibens, apridens, dentes fero parua quaternos.
Ingens pro digitis annulus in capite eſt.
Cum teneo dominam, nihilominus illa mouetur.
Et cum non teneo, magna auis atra volat.

dominam] nauem. *Illa mouetur*] nauis fluctuat. *magna auis*] vela.

Acetum.

Doni mentiuori iacet hic informe cadauer.
Dat, quam vult formam, qui fuit ante, liquor.

Doni mentiuori] vini.

Clauus gubernaculi.

Quis putet ad latus hanc caudam poſuiſſe Latinos?
Cætera poſtremo corpore turba dedit.
Inuitis pedibus, tricenis, ter tribus alis
In magna victrix vnica regnat aue.

Quis putet &c.] Clauus Latinis dicitur a Gallis, quoniam ad latus Romani olim, alij ad extremum nauigij.

Clauus ferreus.

Infelix fouea ſummerſus protinus ima
In per me facto funditus ore forem:
Magna tamen capite in noſtro ſapientia magno,
Quanquam percuſſo vitat adire lacum.

Pila luſoria.

Haud vnum genus, haud vno concludimur orbe,
Turba eodem tamen hoc nata ſub orbe ſumus.
Quodque aliis extra corium eſt, mea viſcera tendit.
Proque omni eſt aliis noſcere ſola anima.
Vt ſibi quiſque velit certa me ſorte fouere,
Verbere continuo longius a ſe abigit.

Orbe] globo. *ſub orbe*] mundo. *Quodque &c.*] fartura e pilo tomentaceo. *Proque omni*] In folle flatus ſolus.

Menſa.

Si dabis, accipies: tantundem lata reponam.
Nanque mihi ad larga eſt munera larga manus.
Mira mihi in numero luſit natura meorum,
Quadrupedique tripes vnipedique bipes.
Quin humilis repſi pedibus ſine, tempore priſco.
Sed plures, puto, ſic, cum volet illa, dabit.
Altera pars nitidi virtutum Sardanapali.
Quin ſcio, ſpes vitæ iam quibus vna fui.

quibus] guloſis.

Siren.

Me fugere pice, & velo victricia ſigna.
Quæ ſum, quæ non ſum fœmina, piſcis, auis.

Tela.

Recto & tranſuerſo directus tramite campus,
Sed tamen aliter ſtat, trames vt alter eat.
Mobilibus teritur pedibus. poſt funus & ante
Funera, nondum etiam mortua membra tegit.

Furfurs

Furfure conseritur. Das pro latamine seuum.
Nec nisi post pluuia munera gratus erit.

Alter stat] flamen. *trames*] trama. *Mobilibus teritur*] calceoli intimi. *post funera &c.*] sudaria. *membra tegit*] subucula. *Furfure*] texendo.

Speculum.

Mira tibi mater rerum fœcunda nouarum,
Quin etiam tecum te tibi sæpe parit.
Fœtus tam similis tibi, ne magis esse potis sit.
Attamen illius dextra sinistra tua est.

Tessera.

Quanquam eadem facies, tamen est diuersa precanti,
Vertas, subuertas, stat sibi semper idem.
Dupliciter peperit numerosum tibia natum.
Illa agit ad bellum, bella ego sæpe fero.
Si potes, abstineas, nisi sub sapiente, sinistrum
Dextrum multatum nomen in omen erit.

eadem facies] quadrata. *diuersa*] peracta. *Dupliciter*] Dupliciter numerosum, & quia multæ tesseræ, & quia cum numeris. *tibia*] e tibijs animalis. *Agit ad bellum*] Lacedæmonios. *bella ego*] ludo rixas. *nomen in omen*] Quia ludus non erit ludus, sed rixa.

Frenum. Calcar.

Vnius fratres de ventre parentis eodem
Diuersum officium fecit vterque suum.
Hic ventris comes est, oris comes ille voracis,
Attamen haud saturat. hic tenet, ille fugat.
Cornua nectuntur tamen etsi maxima. solum
Alterius multo vulnere cauda ferit.

ventris comes] calcar. *oris comes*] frenum. *Cornua*] Cornua freni, & freni cornua calcaria. *Cauda*] radiis stellæ.

Horologium.

Integra sum cæli semper voluentis imago.
Sic traho discretis tempora certa viis.

Sunt alij fratres multo virtute minores,
Quippe frequenti egeant ad sua facta manu.
Infinita vni seruorum turba ministrant.
Officium hoc alij candida Nais habet.
Tertia sors operas pacta est cum sole. dieque
Fecit opus: tacitam nox abolenit opem.

Quippe freq.] Clepsydræ volunt inuerti. *Infinita*] Aena. *candida Nais*] aqua.

Serra.

Dissidiisque inimicitiisque creata creandis
Non intellecto barbara torua sono,
Non nisi iens, rediens, multumque, vltroque citroque
Dentibus infestis rosa sine ore vomo.

Dissidiisque] Quia secat quæ continua sunt.

Sera.

Certa fides, nisi vis decoxerit apta mariti,
Qui me fœmineo numine blandus init.
Attamen, ille bene, aut aliter si forte gerit rem,
Perpetuum misero pondere pendet onus.

Certa fides] Clauis. *Perpetuum mis.*] Quia clauis pendet, tametsi non aberrarit.

Incus.

Mutua quot patior, pugnax tot vulnera reddo.
Qui me icit, plagis icitur ipse suis.
Quanquam idem pater & nati fidissimus auter
Atque eodem natus semine frater erat.

Qui me &c] Malleus incudem fabricat. *semine*] ferro.

Malleus respondet.

Non sum hostis tamen etsi infestus vulnere multo.
Sed pater, atq; eodem semine semper eram.
Quod si quis medius nos interuenerit, ille
Sentiet illa suo nomine bella geri.

Quod si quis med.] ferrum.

Pons

Pons Cæsaris.

Dissita coniunxi porrecto limite regna,
Ne tereret trepidus mobile miles iter.
Indomitus stupet ipse sibi noua vincla tyrannus.
At sola exercet fibula grammaticos.

mobile] Pontonibus, lintribus. *Indomitus*] Renus: *At sola*] de fibulis pontis.

Tollenones.

Non bibo, demisso capiti nisi cauda superstet
Demissa rursum non meo ab ore vomo.
Sto. pede non moueor. cessans contemplor olympum.
Ars mea: vicini viscera sucta traho.

non meo] sed a situla. *vicini*] putei.

Aratrum.

Ore gero gladium, matrisque in pectore condo.
Vt mox, quæ nunc sunt mortua, viua colas.
Dux meus a tergo, caudamque trahens retrahensque
Husta, non me, vt eam verberat, ast alios.

matris] terræ. *quæ nunc &c.*] fruges. *Dux meus a tergo*] At duces præire solent. *Caudam*] stiuam. *Hasta*] stimulo.

Cunei & Securis.

Mi caudam feci multo de corpore primam,
Qua facio caua, ab iis exeo, non habito.
Quot fratres sine cauda habeo, tot in arte ministros
Victores, qui post prælia facta cadunt.

Victores &c.] Ligno scisso cadunt cunei.

Crepitus ventris.

Ima e sede ruens cognatus fulminis alti
Summani videor rite venire manu.
Vicini fugiunt, quatiuntur tecta cachinnis.
At si mutus ero, iurgia sæpe cio.

Summani] Fulmina terrena Summani manu iaculari dicebantur.

Tentorium, Papilio.

Talis ego e terra qui munere fabrus aquarum
Nunc sub forma ignis arceo fidus aquas.

Mollis

Mollis eram: nunc plus, sed molli hoc munere durus
Et Mars, & duri munera Martis agunt.

Talis ego e] e lino macerato. *nunc plus*] sub forma pyramidis. *Mollis*] lini plantæ. *Nunc plus*] tela.

Furnus.

Dimidium cæli pars est ascripta deæi,
Altera cui noctis tempora fusca manent.
Summa est illa, ima hæc. Neutra est nec summa, nec ima.
Summa mea est. vno do tibi vtrunque loco.
Das, quo non egeo ipse. cibum. satur haud satur illum
Reddo tibi totum, quo saturere, volens.

Neutra est] Quia circularis. *vtrunque*] quia furnus, vbi ignis est lucet, vbi non, obscurus. *cibum*] panem. *satur*] plenus. *haud satur*] non comedit.

Ephippium.

Insideo, insideor. prisco olim tempore nostri
Vsum Germani dedecus esse putant.

Infundibulum.

Tam cito Flandra merum potum haud vesica reponit,
Quam cito quod poto fida refundo meum.
Illa tamen spurcum, & tetro tibi reddit odore.
At nostrum illæsum, qui volet, ille bibet.

Veges.

Non subscus cohibet, non neruus colligat artus:
Sed vicinorum brachia grata tenent.
Illa etiam frustra officio conentur abuti,
Ni vires digitis nexile præstet opus.
Non caput a cauda, non detur tergore venter:
Sed tibi qua placeat parte sedere queo.
Totum corpus iners quanquam est & inutile edendo,
Exuperant omnem viscera nostra cibum.

Sed vicin.] salices curuatæ in circulum. *nexile &c.*] vimina. *viscera nostra*] vinum.

Crumena

Crumena.

Materia infelix detracta cadauere forma
Tam varia, vt nec ego me mihi nosse queam.
Haud melius fatum. nam pendeo more latronis.
Ingenium sic me furis habere putant.
Si dederis, seruo. seruatum reddo petenti.
Non nisi at auriculis tracta referre volo.

Millus.

Qualis inaccessis iaculis defenditur hystrix,
Ferreus armauit tergora nostra pilus.
Pro domino fera bella gero: sed bella gerendo
Contineo domini colla reuincta mei.

Annulus.

Tota catena fuit seruorum, ego sola catena
Pars, sed me dominus induit ipse volens.
Italiæ vastator adest, qui victor amicis
Partitur modius millia multa suis.

Italiæ vastator] Annibal.

Atramentum.

Candida mater erat, genitor fulgore coruscus.
At facies nati tota colore nigra.
Prodiit ex aliis etiam genitoribus. vnam
Matrem de cunctis impius ater arat.

Candida mater] charta. *genitor*] ignis. *Prodiit*] factum ex aliis materiis. *vnam Matrem*] papyrum, chartam.

Echinus marinus.

Mi caput est venter, non differt aluus ab ore.
At domus est tergus, tela cauenda pedes.

Sal.

Quod molle, ac liquidum timuit temeraria puppis,
Nunc durum, & rigida mole carina vehit.
Rodo mihi lapides, atque horrida tergora ferri.
At carnes seruo, & piscibus abstineo.

Quod &c.] mare. *Nunc durum*] sal.

Statera & Bilanx.

Est vnum mihi, sunt duo brachia iuncta sorori.
Iura sed ex æquo iudiciumque damus.
Illa gerit geminos æquo discrimine ventres:
At mihi de geminis vnguibus arma vigent.
Consilium illa adhibet: leges ego tergore porto.
Suspicit, vt sapiat lingua vtriusque polum.
Væ tibi qui terras perplexo murmure vexas:
Iudicy cuius tartara lingua sonat.

Illa gerit &c.] bilanx. *geminus vng.*] vnci duo in trutina. *Consilium*] librat pondera. *leges*] numeros, notas ponderum. *Iudicij &c.*] iudex.

Pluuia.

Sublimi in regno, e regno digressa parentis,
Ipsa mei rursus pristina fio parens.
Pars remanet pura: ast alia est infecta sorore.
Si mea non veniant tempora, siccus erit.

Sublimi in reg.] nubes. *parentis*] aquæ. *parens*] aqua. *pars*] terra. *ast alia*] lutum.

Pecten eburneus.

Multi ex dente vno, multis cum dentibus omnes:
Dentem illum quanquam turba proterua negat.
Dentibus hi dentes sunt facti. non tamen vsus
Idem aliis nullum os. digero: hoc officium est.

Dentem] Quia dicunt esse cornua, non dentes. *Dentibus*] ferra. *digero*] discrimino capillos.

Caminus.

Sic niger, vt cernis, nimio sum lucis amore.
Me Latium patria voce carere iubet.
Perque hiemes caleo, perque æstum frigeo. quanquam
Me Temesa feruor sæpe calere facit.

lucis] ignis. Fumus ex igni. *Me Latium*] Quia Græca vox.

Hortus.

Si spectes veteris frugalia sæculi vita,
Do totum, at toto hoc vita carere potest.

Sum

Sum comes & frater pacis, ſtabulique piorum
Præmia quæ nobis pagina ſancta canit.

Do totum] ὅλον olus. *ſtabulique*] Elyſii. *Præmia*] paradiſus.

Scipio e ramo.

Brachium eram, pes ſum factus: ſed mutua cernis
Officia, hic: vt me, quem fero, & ipſe ferat.

[illegible]

Mundi quiſquilia, fax, recrementa latrinæ.
Quorum animæ plures, nullaque. inane pecus.
Alea, auaritia, ingluuies, periuria, ſomnus:
Eſt, & vbi (ah cælum) ſtercora dira placent.
Dotibus his ergo credatis, [illegible]
Viuit onus mundo, mortua turba ſibi eſt.

Organum muſicum follibus inflatum.

Multis exanimis plures in pluribus inſunt,
Illæ cum taceant, hæ coluere ſonos.
Mobilis inſilibus ſubmittitur aura reductis.
Iactet Cteſibios Græcia vana ſuos.

Multis ex animis] follibus. *in pluribus*] tabulis. *Illæ*] folles.

Mortarium.

Buccis ſemper hians patulis ſoror aſpicit infra.
Inuerſo ſed ego Iuſpicio ore polum.
Semper habet linguam nexam, quæ perſonat aures.
At mihi adeſt, & abeſt dempta, repoſita mea.
Annuit, vt loquitur, atque abnuit illa. loquar, vel
Non conſtare loco ſtat mihi certa fides.

ſoror] campana. *Annuit*] campana.

Ligula caligaria ærata.

Ambigua ceruice biceps, velut amphiſibæna
Roſtrum vtrunque æneum more trircmis habens,
Arcta canum ſubeo, mox vt traiecta redini,
Inſoluens ſpiris diſſita necto meis.

Molæ

Molæ farinariæ.

Quod defessa manus longa obsidione frequentat:
Quique in sese anni more recurrit equus:
Audax angustis veniens solertia rebus,
Efficere inuento pondere fecit aquas.
Pars angusta meat, patulo pars libera cursu:
Sic nostra tua fit irrequiete quies.

recurrit] rotando temonem molæ. *efficere &c.*] in fluuiis. *angusta meat*] canalibus. *patulo &c.*] fluminibus. *Sic nostra*] Quia non laboras trusatilibus.

Triticum.

Defosso, vt viuam: caso post funera, iuncto,
Verberibus tuso quod, mihi carcer erit?
Vt depromer item, lanier vt dentibus albis.
Impositum in naui me necet intus aqua.

post funera] messes. *iuncto*] in manipulos. *Verberibus*] tritura. *dentibus albis*] mola. *in naui*] in alueo ad panem.

Vectis machinalis.

Quodnam onus illud erat, quod si non tollere possis
Hoc simul, atque illud tollere quis melius?

Circinus.

Pes bipedis stans alter adest, alterque mouetur.
Signa tamen statuit fidus vterque sua.
Hoc infinitum est, motu quod dicitur ipso.
At nulla alterius omnia parte nihil.

quod dicitur] circulus. *At nulla &c.*] punctum.

Iris.

Pons ingens vario tractum depictus honore,
Quem super haud vlli se posuere pedes,
Nullas suppositi transmittit fluminis vndas:
Sed super impositis ipse grauatur aquis.

Nitedula, Cincindela, Lucula.

Non ignis, non stella micans, non candida Luna:
Me tamen in caca non nisi nocte vides.

Sic

Sic scribit sapiens, sapiens sibi lumina præfert.
At mihi sic sapio: lumina pene gero.

Cribrum.

Partes membra mea faciunt leuiora frequentes.
Quo plures addis, hoc leuiora facis.
Sin aliena grauis me pondere pondera trudant,
Queis fueram leuior, his fuero leuior.
Totum ego sæpe diem solo de limine vidi.
Nunc videas strictum per loca mille diem.

Sin aliena] triticum. *Queis*] foramina. *his*] horum opera foraminum. *solo de lim.*] in tergo pecudis.

Follis pila.

Non salio, nisi sit plenus mihi pondere venter.
Sum leuior, cum me sarcina tota premit.
Quam melius, quam tu, sperno sola muccida terra.
Autorem referunt semina prima suum.

pondere] aere. *sarcina*] aer. *Quam tu*] qui non curat cælestia. *Autorem*] aerem.

Follis fornacarius.

Exanimis iaceo. surgo cum ducere suctam
Tento animam. in cineres hancque refundo iterum.
Mi gemina est cauda: excipiturque & pellitur aer,
Quomodo delphinus pellit & haurit aquas.

Exanimis] sine aere.

Columna ad ædes.

Si non sto, non stas. si concido, concidis. vna
Virgo ventre carens, altera ventre tumens.
Est quæ rugosis internitet ornamentis.
Est quæ simplicibus pura nitet tunicis.
Est arcu similis quæ iungitur apta sorori.
Ast alia inducto iungitur apta iugo.
Persides, & Perse, calathus super additus vrnæ:
Hæc ventrem atque pedes, ille dedere caput.

Virgo ventre] Ex Vitruuio. *rugosis internitet*] striatæ. *pura nitet*] non striatæ. *sorori*] tornici: sustinendo

Aſt alia] Thuſcanicus. *dedere caput*] capitellum ex Vitruuio.

Ouum auis, piſcis, ſerpentis.

Fœtus auo ſimilis, ſimilis ventri ore parentum,
Quos idem genuit coniuge miſtus auus.
Patria tergemina eſt, triplici regnatur in orbe,
Vt cælum, ſic nos æquora, terra capit.

Fœtus auo] ouum ouo. *ſimilis vent.*] mari & fœminæ. *coniuge miſtus*] quia in ouo mas & fœmina potentia. *æquora, terra*] piſcis, ſerpentis.

Fœmina dormiens inter virum & mœchum.

Fœmina quæ ſola eſt, ſimul & non ſola: nec abſens,
Nec præſens: ſimul & qua ſit vtrunque ſibi.
Qua mota ac ſimul immota eſt: quæ vincta ſoluta:
Atque bono atque malo eſt apta nec apta viro.

ſola eſt] quia dormiens nullius operis. *non ſola*] quia inter duos. *quæ ſit vtrunque*] quia dormit abſens. *mota*] quia ſpirat: immotaque dormit. *vincta ſoluta:*] vincta ſomno, ſoluta vinculis. *bono*] marito. *malo*] mœcho. *malo apta*] idonea malo, non idonea marito. *apta*] iuncta, quia marito coniugata. Non iuncta, quia non actu coiens.

Muſtella.

Captaces animoſa capitque, voratque voraces.
Non tamen a genere hoc diſcrepat illa nimis.
Alterius generis vorat inſidioſa vorantem,
Ad furtum ſibi qua lumina nocte parat.
Non potuit vicibus natura ſagacius vti.
Cum furum furax, fur quoque fure cadit.

Cannabis.

Qui fuit, vt tanquam latro lacerarer iniquus,
Quæ bona inſtitia ſæpe miniſtra fui?
Telluris ſoboles Solis primum vror ab æſtu.
Mox pereo, tanquam naufraga puppis aqua,

Aut

Aut fluuio, aut pelago, aut ſtagno, putrive paludis:
Exercetque malus triſte cadauer odor.
Hinc tanquam graſſatorem me malleus vrget,
Durateaque premit forcipe crebra manus:
Viſcera dehinc laniat pendentia ferreus vnguis:
In capitata etiam pendeo lenta cruce.
Poſtquam, quiſne vnquam iuſſit torquere nocentem?
Me miſeram: nihilo torqueor inde minus.
Tum poſita in volucri ſcelerata Ixionis orbe
Voluor, & acta cita ventilat aura rota.
Poſt aliis alias mutatas ordine pœnas
Innumera tunſam dente fatigat anus.
Innumerus dens innumeras confercit in vnum
Comminus, & facie leuigat ora noua.
Atque hinc iam varios rerum quis dixerit vſus?
Vix ſatis ad tantos ſit mea Muſa modos.
Nam pars exiliis ſuſceptis ſponte vagantur:
Aſt aly furcis pendula colla tenent.
Necdum finis erit, rurſuſque ſubacta ſub vndis
Lubrica, qua ſpectas, æquora fio libens.
In quibus vt videas, quibus hæc ſint acta Camœnis,
Rurſus ab infeſtis ignibus vſta cado.

Candela.

Aut apis, aut hircus, vel pinguia viſcera pini
Oſtendere diem poſt ſimul ante diem.
Se ſibi ſufficiens alieno munere pinus
Non eguit, laqueis cætera egere vides.
Vires ſæpe vices has ſuppleuere Minerua.
Arte Promethea ſi modo fulta vigent.
Viua videt præſens, quæ nunc hæc ſcribimus: at de
Se, quid ſcripta velint nulla videre poteſt.

Oleum.

Tota meæ vitæ iam nutrimenta fuerunt.
At nunc inter nos hostica tota sumus.
Vinco tamen, facioque meis, quod nauis in vndis
Quin in diffidy tempore iuncta sumus.
Terra parens aluit, quæ lac dedit alma bibendum:
Si tamen attigero, me sibi tota bibit.
Munera Mercurij Germanæ munera poscunt.
Nam quod ego huic, illi tota palæstra fuit.
Nam quod ego] ego sum Mineruæ & palæstra Mercurij.

Pera nummorum, iterum.

Quod furum mala turba sibi furatur, & arcet,
Hoc ego non furans arceo fida tibi:
Sed fures si iure bono pendere iubentur,
Cur ego non furans pendeo iure malo?

Remi.

Alas, crura, pedes, potius, pinnas ne vocemus?
Hoc potius propry pro ratione loci.
Non mirum est nomen, cauda mirabile sola.
Innumeras, longas vincere posse breues.

Liber.

Vt cernis, vinctus fero nomina vana soluti,
Semitono quanquam syllaba prima vocat.
Me corium tegit, aut animal, mihi filia lini
Arborei spolij nomina prisca tenet.
Hæc hinc, atque hinc hæc, qua cernis, multa meorum
Membrorum alborum sunt nigra membra mea.

Otium.

Quod pauci norunt, Græca vt dicatur ab aure,
Datque ideo studiis nomen, & acta sua:
Mollius id quanto est, quanto est imbellius, hoc plus
Vrget, mollitia frangere plura potest.

Hæc

Hæc etiam, nisi te secreta mente foueret,
Non legeres: præstat nanque legenda tibi.

Ventus.

Magna boat sine voce, volat nulla actus ab ala:
Plurima diruere, nil fabricare potest.
Inque mari, inque igni, in terris, in nubibus altis
Vnus tot regnis tot sibi regna parat,
Auget & extinguit genitoris semina primi,
Hostis sæpe fouens prælia, vimque sui.
Clarius audieris hæc, se si conferat ad te:
Multa ferens, elephas quæ neque ferre potest.

Somnus.

Qua tollit, statuit: qua excludit claudit in imo.
Inque labore quies, inque quiete labor.
Vtque illum sensus tenuem non percipit vllus,
Sic etiam sensu percipit ille nihil.
Plurima capta vehit secum: sed quando sororem
Ille vehit, nil post amplius ille vehit.

Veritas.

Hæc mensura rei est, in mente vel ore loquentis,
Esse vllum in toto si tamen ore potest.

Aer.

Hostis, amicus, atrox, pius, intus & in cute notus,
Et capit, & capitur, nilque tenere potest.
Erumpentem adytis, rumpentemque excipit hostem,
Et vehit, & vehitur, nusquam & vbique manet.
Fratribus immitis furit, & pacatur, & ardet,
Et gelat, & patitur, & docet inde pati.
Præsserit is si te, vel si defecerit, ibis
Ad propriam, neque is vnde redire, domum.

Risus.

Lenia compositi placido tibi limina vultus
Denotat: iratam fixus in ore canem.

Quin etiam durus tumido contemptus hiatu,
Quin etiam viua est in moriente nota.
Sæpe leuis tremulo stolidus vibrat æra pulsu:
At sapiens presso limite signat iter.

Crepitus, iterum.

Terribili numeros sonitu tuba flexilis vrget,
Crispataque crepat vox tremebunda fuga.
Aurea materies non est, argentea non est,
Aut cornu, aut tenui ductilis ære via:
Sed quibus e latebris septem discrimina vocum
Obloquitur fidibus doctus Apollo suis.
Non tamen ex omni, sed tantum illius ab antro,
Quo streperi melior anseris ara fuit.

Gallina.

Cui lux ante diem, tenebræ sunt ante tenebras,
Sic vtrunque simul sedula segnis erit.
Quærere posteriùs, natone, priusne parente
Possumus, hoc quod nunc est, quod & ante fuit.
Fit melior peior, generique tuoque suoque:
Sed peior melior post modo vita tibi est.

Alueus apiarius.

Nobilis vrbs, populus iusto sub rege laborat.
Vix ædes, largæ vix numerantur opes.
Non me cœlitibus surgentia mœnia plinthis,
Vnica perpetuo sed pede testa capit.
Sæpe etiam solo cingit me stipite murus:
Sæpe etiam texto cratibus orbe tegor.
Intus nulla via est, secto qua limite quadret.
In medio tota est, sed sine lite forum.
Aut vbi seditio varius sub regibus orta est,
Soluitur antiqua religione fides.

Domus

Domus.

Terra pedes operit, costæ caput ordine texunt:
Quædam habet, ast alibi non habet vlla cutem.
Hæc tibi vestis erit, nec tanget pectora, nec tu
Attingas: omnis temporis vsus erit.
Sunt oculi in latere, in ventre ora: atq; ora per ima
Arcet, & admittit, quæ tibi vis, neq; vis.

Cithara.

Est dorsum tumidum, ventris planissima sedes:
Summa sibi dentes cauda reflexa tenet.
Intestina foris sunt, e quibus edere vocem,
Quod nequit, ipsa sibi muta ministra facit.

Bombarda.

Tota gula est, tota est porrecto pectore rostrum:
Multipedes pedibus monstra duobus agunt.
Ferrea vox, qualem sibi quondam optauit Homerus.
Si tamen audisset, nollet habere sibi.
Vt ricino, nullus postremæ est exitus alui:
Sed saturo, quod non suscipit ore, vomit.

Triremis.

Quam crurum numerosa cohors non sustinet, alas
Crura gerens potius sustinet ipsa sua.
Mota solo scissa vestigia nulla relinquit,
Et rostri in duro stat rigor ore minax.
Quanquam audax, caudam reuocat tamen atra sub aluum,
Quod facit aufugiens acta pauore lupa.

Cancer.

Ore bidens, bimanus, secus os. fastigia caudæ.
Vna est, in toto corpore, mole caput.
Curuum remigium vicibus pellitque trahitque:
Sed nunquam recto tramite carpit iter.

Turben lusorius.

Tensa citos equiti cursus cohibebit habena:
Tensa tamen cursus huic dat habena citos.
Non tamen in cursu spatium procurrit ad vltimum:
Sed retinet, sibi quem caperat ante, locum.

Veru.

Quæ longoque breuique modo sunt rostra volantum,
Cuncta comedunt, intus debuit esse cibus.
Hoc rostrum vario cooperium est carnis amictu.
Nec vorat hanc: alia lege voratur ab hac.
Cauda regit volucres prorsum moderata volantes.
Aſt hoc in puncto cauda reflexa regit.

Piscis.

Cui manus os, vigili cui sit sub lumine somnus,
Pars primas summas vltima & ima regit:
Omni prædo vorax, etiam si dente carebit.
Quendam etiam vera est fama vorasse patrem.
Aſt alius nunquam, quibus vtitur, euolat, alis.
Quæ nulla, & bina, & quatuor esse solent.
Quod super, & subtus, quod retro atque ante, geritque
Et premit, & pulsum cedit, & instat ei.
Partim epulis mistum tibi fit pro munere vitæ:
Partim epulas virus, quo tibi seruet, habet.

Ignis, iterum.

Qui magis in tenebris, minus aucta in luce videtur.
Sed tamen in tenebris multa videre facit.
Non oculos aperit cæci, fecit ve videre.
Sese aliter cæcum posse videre facit.
Mobilis immotum fecit, quod se ante mouebat:
Vt viuat, victum subtrahit ipse sibi.

Funis.

Qui breuis in sulcis creui bene potus ab imbri,
Excidium doleo longus ab imbre meum.

Qua

Qua iacit ad mortem memet tortura ministro,
Officy, & vita prabuit illa modum.
Captiuus capio, laxatus capta relaxo.
Atque trahens retraho, meque retenta traho.

Hortus.

Nobilis vrbs quadam rectis signata viarum
Limitibus, riguis sape beatur aquis.
Atque hac vrbs aliqua partim fundatur in vrbe:
Aſt montes alias, imaque rura tenent.
Ciui cuique sua eſt domus, vllus amicus amico
Vnquam in concilium non coiere simul.
Panca tamen coiere simul, ſeſeq; maritant.
Aut celebrant lecti vincula regis ope.
Maxima pars recto ſtat corpore, parua recumbit
Haud tollens preſſo pectora fuſa ſolo.
Crinibus, atque oculis dominus, pedibuſque recisis
Veſcitur. & ſoboles eſt numeroſa cibus.

Colus.

Herba vt me veſtit, ſic qua veſtitur ab herba.
Non tamen hac, niſi me veſtiat apta manus.
Illa non ſpoliant, ſpoliat manus: inde labores
Tum ſibi non aquos, dum fugit illa, creat.
Nam de veſte mea deuoluit viſcera longa.
Cur iungenda paruns ſeparat illa prius?

Annulus, *iterum.*

Pœna ſalutiferi furtis antiqua Promethei,
Nunc equiti & Nymphæ nomen honoris habet.
Addita viſceribus priſcæ ſunt oſſa parentis,
Qua dent mandatis ſigna parata notis.
Vnde etiam faciem, & proprium Balearica nomen
At non officium tela dedere ſuum.

Balearica nomen] σφενδόνη.

Subula.

Ferrea roſtra viam faciunt, retroque recurrunt.
Vis ſuis at tranſit, nec redit inde viam.
Quaque eadem, nec erant eadem, coiere ſub vnum
Ius, tenuat digitis quod tibi Morta ſuis.

Pons.

Nunquam ad amicitiam poterant ſeiuncta coire,
Quanquam immota nouo quæ coiere modo.
Nanque eſt imbriſera qua formain virgine, iunxit
Victis diſſidiis mollibus vna duas.
Sape & Hamadryades ſuperarunt Naida necdum
Tactam: vel pedibus diſſecuere ſuis.
Sepe &] pons ligneus ſuperauit aquas.

Arcus.

Quod prope percutiens faciebat vulnera pulſu,
Nunc neque contingens & procul illa facit.
Imperium domini, domini modo viſcera frenant,
Et rigidos cohibent mollia frena pedes.
Nulla ala it, bifida cauda aſt alata volucris.
Quodque caput texit, nunc regit apta manus.

Culcitra.

Quod volucris dorſo leue pondus & vtile geſtat,
Hoc ego compoſitum ſub cute condo mea.
Incubuere cutes aliæ, cutibus ſed in illis
In propria incumbunt oſſa repoſta cute.

Conopeum, iterum.

Penſilis explicuit faſtigia mollia metæ,
Quod tibi Ser nenit, quod tibi geſſit ouis.
Subter eum culices quæ non nouere procaces.
Abdita ne queras tu quoque ſcire mala.

Bolis.

Qui penetrant oculi ſummi ſub culmina mundi
Quo penetro, quare non penetrare queunt?

Atque

Atque equidem videor res bruta rudisque figura,
De cauda pendens non nisi pondus iners.
Ast oculi officio fungor sic certa videntis.
Meque oculata equit magna auis atra volans.

Sutor.

Ferro rem gerit, & stricto dat vulnera telo.
Sanguinis ast illis gutta nec vna cadit.
Tum sine sutura medicatur vulnera. Quare
Sic faciens, quod tum non facit, ille facit.

Nox & Dies.

Absentis, quod adest sum, absentis nil tamen adsum:
Nec me absente absens amplius illud abest.
Vno illud creat: ast ego pluribus haud queo regnum.
Vna tamen varia dat mihi regna vice.
Latitia dominus duros fert sæpe labores:
Autor mœstitiæ sæpe quietis opes.
Absentis] priuatio dici, quæ adest absente die.

Iter ad Mortem.

Quodnam iter est, quod nemo videt, potuitve videre?
Qui tamen ignoret, est prope nullus homo.
Plenis hospitiis, & blando munere captum
Fallere te tandem fœda ruina docet.

Craticula coquinaria.

Quis diuinabit mirande texta figuræ?
Totum animal costis, abdita cauda, pedes.
Plusquam ossis macies, carnem non induit vllam.
Imo etiam carnes hæc caro nulla gerit.

Sepulchrum, *iterum.*

Est domus, est paries longe antiquissimus eius
Perpetuus, quoniam ianua nulla patet.
Rumpitur hic facile, ast alis est saxeus: illis
Est sine calce, aliis calx quoque mista tenet.

Exule

Exule sole vacat nullis obscura fenestris:
Nec facilis tetricis murmurat aura locis,
Nulla loci facies, nec vis, sed frigida torpet,
Nec sedes, tota est nil, nisi lectus iners.

[illegible], iterum.

Quattuor in stabulis mundi jub [illegible] pera
[illegible] saturant semihominumque greges.
Est vocale genus: vario distincta colore
Vellera. sunt [illegible] pulla, nigra, alba, pecus.
Atque vtinam pecudum toto sint agmine mandra:
[illegible] etiam carnificina lupi.

Turris campanaria.

Longam, multoculam, vnipedem, caput vrget acutum,
Quod ridens Boream tegmina nulla gerit.
Cum clamat valide, longa intestina mouentur:
Non tamen ex vllo se mouet ipsa loco.

Ligula, iterum.

Flexilis hac, & vimineis amplexibus apta
Vestis erat, Dominam tecta tegensque suam.
Quale ferunt geminum ancipiti caput amphisibane
Nunc habet: at rostrum non aperitur ei.
Quin aperit potius. vestigia cæca Typhlina
Qualia, sunt oculi: tale quid ipsa gerit.

Rota.

Vnus pes paruis, magnis duo, sæpe quaterni.
Quale hoc cunque animal pondera certa gerit.
Mira pedum natura: loco non vlla mouetur.
Sed mutare locum, quod gerit, ipsa facit.

Furca.

Infans & iuuenis vetulaque ætate bidens est.
Nulla sed exertis dentibus ora patent.
Non herba, aut fœnum cibus est, non hæc sibi mandit,
Vt mandant, aliis suppeditare solet.

Echinus

Echinus marinus, *iterum.*

Cui nullum caput, a capite extant crura, sed illis
Ingrediens, nullo sub pede signat iter.
Os veluti radix: duo sunt longinqua propinquae
Vulnera fert extra: quod iuuat intus habet.

Litus & mare.

Quo ruis? insanis assultibus ecce resisto,
Quam sine fine rues, tam sine fine cades.
Frangeris, & fracto domita cadit impetus ira,
Nec cadit. indomitus sic sine fine furis.
Interdum valida vi munimenta retundunt
Innumeris alias turba pusilla globis.
Vt sterilis natura mihi, fœcunda tibi, sic
Est sterilis tibi fors, est numerosa mihi.
Qua licet inter se nunquam fuit apta coire:
Attamen a socio non abit vlla suo.

Fluuij & mare.

Sum patris, est nati mirus natusque, paterque:
Sumque idem, nec sum, si bene cernis, idem.
Infera nos, illum superum natura gubernat:
Vnde putes animal, nec tamen esse putes.
Sed tamen aut mouet, aut varia ratione mouetur:
Nos tantum e multis motibus vnus agit.

Pluma.

Quod tollit, premit: ima petens, sursum ara repellit.
Et summo premitur: nec tamen ipsa capit.

tollit.] auem. *premit*] bilancem, *sursum*] appulsa. in bilance. *somno premitur*] a dormiente. *ipsa capit*] somnum.

AEnigma.

Quaenam sunt tenebrae placidi tegumenta laboris,
Sub quibus vrbani lux latet alma salis?

Mos

Mos fuit antiquis, victori dona corollas,
Sed victo muria pocula plena dare.
Non ea barbaries nostras nunc asperat vmbras.
Sat pœna, & premi risus vtrinque leuis.

Excusatio ænigmatum.

Orgia qui tetricæ colis intemerata Mineruæ,
Cui nisi cœlestis pectore spirat amor:
Non est quicquid habes, non quicquid conspicis, aurum.
Sunt etiam paleis vtilitatis opes.
Hos nobis permitte leues haurire liquores.
Scit natura sinu ludere parua suo.
Si nihil hæc aliud, quam cœlum fingeret, esses
Tu quoque tanta loquens hac ratione nihil.

IVLII CAESARIS SCALIGERI VRBES.

AD DIVAM CONSTANTIAM RANGONIAM.

Quam te memorem, totis quæ viribus vſa
Natura, cæli maxima vincis opes?
Nam nec vox, nec mens hominẽ ſonat. O Dea certe,
O Dea, vel ſiqua ſunt potiora Deis.
Excipe caleſti tibi debita munera nutu,
Quem Fortuna ſacro numine victa timet.
Hic iterum per me natas miraberis vrbes:
In quibus & retines principis ipſa locum.
Stemmata dum fratris, dum ſtemmata dia mariti
Inſtituis magnos inter habere Deos.
Hinc Mutina, hinc Genua, hic claris Verona triumphis,
Inuidia incendunt ſæcula tota ſui.
Quam fato maiore viget, potiore parente
Iuſſibus exultat turba renata tuis.
Diſperiere aliquæ: vix nomina ſola ſuperſunt:
Nullaque, quæ non ſit interitura, manet.
Auſpiciis renouata tuis tamen, auctaque factum eſt
Per te ne poſſit amplius vlla mori.

Roma.

Roma.

Vos septemgemini cælestia pignora montes,
Vosque triumphali mœnia structa manu,
Testor, adeste, audite sacri commercia cantus:
Et Latios animos in mea vota date.
Vobis, dicturus meritis illustribus vrbes,
Has ego primitias, primaque sacra fero.
Quin te vnam laudans, omnes comprenderit. orbem,
Non vrbem, qui te nouerit, ille canet.

Verona.

Italiæ canimus semperflorentis ocellum.
Calliope nequeat grandius vlla loqui.
Aucta Deis, auctura poli Verona Quirites:
Quot ciues, tot habens sidera digna Ioue.
Non animi, non ingenij vigor acrior vsquam.
Nulla creat plures Martia terra duces.
Transferre in cælum voluit sibi Iuppiter. Atqui
Clarior in nostris maluit esse locis.

Lutetia.

Francigenæ princeps populosa Lutetia gentis
Exerit immensum clara sub astra caput.
Hic ciuis numerum, ars precium, sapientia finem.
Exuperant: superant thura, precesque Deos.
Audiit, obstupuitque hospes: factusque viator
Vidit: & haud oculis credidit ipse suis.

Byzantium.

Europæ imposita hæc, Asiæque obiecta potenti:
Limes vtrique olim, nunc vtriusque caput.
Translato imperio, pariter Fortuna recessit:
Creuit & auspiciis maxima facta nouis.
Auxit, qui rapuit: sed nunc ceruicibus orbis
Imminet. Ipsa etiam Roma superba tremit,

Non

Non vetus illa, nouo meretrix sed perdita luxu:
Qua nullum crimen, nolle pudere, putat.
Surge ferox, quate, cede. tua est victoria. tantum
Misce armis leges. accipe, dag; iugum.

Venetiæ.

Peruia barbaricis tellus OEnotria turmis
Pertulit impositi pondera dira iugi.
Ipsa suos flenit populares Roma Quirites:
Sensit & indomitæ noxia tela manus.
Haud tulit hoc Genius: cuius fatalibus ausis
Tutior in medio Roma renata mari est.
Clara virum virtus animo: insatiata cupido
Imperij: vastæ non numerantur opes.
Iuppiter, haud temere tua sunt ita dissita cæli
Mœnia. si possunt tangere; parte cares.

Mediolanum.

Compositos populos, validique exordia regni
Excepit facili terra beata sinu.
Creuerat Ausonio commistus sanguine Gallus,
Et dabat antiquo fortia iura Pado.
Tertia se adiunxit tantis Germania rebus:
Et stetit audaci fama parata manu.
Quæuis simplicibus iactet se gloria signis:
Cum triplex vni contigit aucta mihi.

Patauium.

Huc antiqua Deum domus Ilium, & inclyta bello
Robora, Dardanios exposuere Lares.
Decepti patrias, non victi, amisimus oras.
Perpetuis res est Græca valere dolis.
Qui vicere, suos ideo amisere Penates:
Ast noua sunt profugis regna parata viris.
Arma decent Teucros, vafros sapientia Graios:
Victis Enganeis pectus vtrunque dedi.

Regna vides Veneto Phrygius maiora ruinis:
Atticaque a Patauo pectore terra sapit.

Genua.

Ditis opes Asia, & claros Orientis honores,
Quantaq; ab Euxino tunditur ora salo,
Pisanas acies, Thuscæ decora inclyta pubis,
Et traxi ad Ligures Gallica signa manus.
Subiectis comitas tenui ceruicibus Alpes:
Et tremuit nostras Africa dura trabes.
Afflictus toties Venetus qua fugerat olim,
In patrijs metuit tela petitus aquis.
Frustra, Galle, cupis: frustra es frustrator, Hibere:
Frustra saeua ferox, insuber, arma capis.
Vinco ego, cum vincor. pars est victoria damno:
Sumque eadem domina, seruaque facta mea.

Ferraria.

Inclyta quæ patulo fruitur Ferraria cælo
Reginas rerum lumine ditat aquas.
Aurea nobilitas: studiorum nobilis otij
Ingenia: audaci pectore prompta manus:
Magnanimique Duces, genus alto a sanguine Diuum:
Perfugium profugis mœnia sancta viris.
Vos me luctificæ redeuntem e stragis aceruis,
Quos vetus exima sede Rauenna gemit,
Germanoin pugna amisso, fortique parente:
Quo matri victæ vita dolore fugit,
Ornatum elogijs, decoratum nomine regum,
Auctum Felsinea restituistis ope.
Saluete Heroes, & quæ sanctissima tellus,
Fratrisque ac matris, & patris ossa tegis.

Inculisma.

Armipotens rerum præses Valesia tellus
Addidit antiquis iam noua iura focis:

Cum

Cum dedit inuictos terrarum lumina reges:
Quo leuius gaudens pondere pressa volat.
Quam te igitur memorem? neq; enim terram esse fatebor,
Sed cælum; qua sic fundis, habesque Deos.

Tunetum.

Inuide demolire altas Carthaginis arces:
Quem fors æqualis, parque futura manet.
En te inuito iterum florens, excisa renascor.
Te non vinco ego: nec me tamen ipsa premis.

Brundusium.

Vt populos ad seipsa vocet, procurrit in altum,
Et secat æquoreas Ausonis ora vias.
Hinc Solis prospectat equos orientis anhelos:
Hinc petit indigenis Africa terra notis.
Illyricas ostentat opes, animosq; superbos;
Horrificis Boreas qua furit altus equis.
Quo molles natura sinus dedit alma vocanti:
Hospes vt optata sic potiretur humo.
At non Brundusium præcinctum prapete portu
Æquat inoffensis vlla carina vadis.
Iam liceat reliquis peregrinas condere puppes:
Italiæ at statio vera sit vna sua.

Brixia.

Quæ pingues scatebras specula despectat ab alta
Postulat imperij Brixia magna vices.
Cælum hilarum, frons læta vrbi, gens nescia fraudis.
Atq; modum ignorat diuitis vber agri.
Si regeret patrias animis concordibus oras:
Tunc poterat dominis ipsa subere suis.

Aquileia.

Diua, parens terra, forteis quæ prospicit Histros:
Nobilis Italiæ lamina prima tuæ:

Barbarici miſera incurſus obiecta furori,
Triſtis inhumana facta ruina manu es.
Inclyta pro Heſperiis ſed cum cadis hoſtia terris:
Non poteras melius, viuere tota volens.

Rhodos.

Clara Rhodos, ſed clara olim: nunc horrida nimbis
Obnubit nitidum dira procella caput.
Ah dolor, ah mors, ah ſiquid morte atq; dolore
Durius, aut etiam tetrius eſſe poteſt.
Stertitis? & ferus armenti lupus optima carpit?
O iam ſit iam aliquis velle perire pudor.

Raguſia.

Quam fera, quamq; inculta, vides, hec ſaxa, viator,
Tam ſunt ingeniis pectora culta meis.
Munia multa ſenum complet cordata iuuentus:
Et viridis iuuenum multa ſenecta gerit.
Quod tetrica rupi natura nouerca negauit:
Hoc eadem natum mater habere dedit.
Ciuem alibi diuina ſua prudentia terra
Exhibuit: terram hic ciuibus illa ſuis.

Volſinium.

Hetruſci imperij priſcum caput: aurea ſedes,
Magna vna atq; eadem perdita mole ruit.
Fecit opes Virtus: opulentam euexit ad aſtra:
Aſt opibus tumidus luxus ad ima ruit.
Obfuit alta quies, ſeruoq; obiecit inerti.
Eneruant rigidas otia lenta manus.
Quos amat, his iuſto condit Deus acta labore.
Sic mala dura iuuant: ſic bona blanda nocent.

Rotomagus.

Tranquilla ſpecies, & imago plurima vitæ
Solâ, aut cum paucis Neuſtria dues eris.

Illecebra

Illecebræ omne genus fundit tibi blanda Voluptas,
Quæ desunt, orbis nec sibi totus habet.
Gens numerosa, ferox, Arctoi limina mundi
Mutauit terris vberioris agri.
Expulit affines belli discrimine Francos:
Cessit & inuictis terra Britanna viris.
Ignoti Oceani domina es: neq; Gallia magnum
Te sine, Regina nomen habere potest.

Altinum Venetias alloquitur.

Quanta fui, cuius modico vestigia tractu
Obruit insani fœda ruina maris,
Sedibus egregie doceant illustribus vrbes,
Oppidaque elapsa condita multa manu.
Aspice, quo fastu tumeat Tauristia pubes.
Vna mei germen stirpis illa fuit.
Muranum incolumi cælo, atq; insontibus auris:
Et quod Maiori nomen ab orbe tulit.
Quæque etiam cæli dicta est de nomine turris:
Cuncta hæc interitus sunt monumenta mei.
Tu quoque mirifici complens miracula mundi,
Te, Regina, vagi te voco magna soli.
Disce frui virtute tua, & felicibus ortis
Pars mea. nam totum quam sit inane, vides.

Troia.

Bis vetus euersum est Argiuis Ilion armis:
Bis noua victores Græcia luget auos:
Maxima Troianos retulit cum Roma nepotes:
Atque iterum, imperium sum modo Turcus habet.

Lipsia.

Lipsia se ostentans sublimibus aurea tectis,
Lumina dum saturat, mens perit icta fame.
Vecta quibus ratibus longinqua marmora terra?
Vnde frequens flauit pura nitela Tagi?

Huc Cyprum, huc Temesium, huc Arabas, huc Serica, dices
Sedibus euulsa huc Indica regna suis.
Cum gemma bibitur, vincuntur nectare gemmæ:
Sed linguæ varius vincit vtrunque nitor.
Nec Germana tamen vitiatur Lipsia luxu:
Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.

Cymaclum.

Carula piscosi qua complent stagna Cymacli
Nais ab Adriacis æstibus auget aquas.
Squammiger Eois labens exercitus vndis
Ludit, & in refluis agmina iusta vadis.
Turgeat, & laxis Neptunus gaudeat oris.
Tuta mihi angusto, certaque præda gerit.

Auinio.

Viuendi ratio cum libertate recepta
Efficiunt, vt sis altera Roma tibi.
Templa, forum, celso subducta palatia cælo:
Magna hæc. te, plus est, dicere posse tuum.

Taurinum.

Excipiens gelidas patriis ex Alpibus auras
Hesperij princeps ius capit vna soli.
Terra ferax, gens læta, hilaris addicta choreis:
Nil curans quicquid crastina luna vehat.
Ingenium natura aptum, sed more solutum:
Plus animo capiens, quam dare possit ope.
Felix Marte nouo, felix melioribus armis.
Nanque recens acuet pectora lenta metus.

Massilia.

Inclyta Romanis æquata palatia rebus,
Tam modicis miserum est delituisse casis.
Ah vbi compositi mores, sapiensque Senatus?
Obruta sic veteri mens sine mente iaces.

In eos

In tenui victu tenuis quoque gloria. sordes
Plusquam Græcæ: humile est, & sine more genus.
Diuinas petiere tuas gens extera leges.
Hoc verum dare sit, nec retinere sibi.

Pilæ.

Pisa vetus, victi spolys Orientis onusta
Inuidiæ armani liuida tela trucis.
Sic nocuit vicisse. alys sic vicimus ergo.
Sic res est humili tutior arcta loco.
Mortales; sperate vices, nec credite Fatis.
Nam quod nos aliis, illa dedere mihi.

Aurelia.

Non potuit magni caput esse Aurelia regni.
Ergo quod reliquum est, corque animusque fuit.
Dat Bellona manum, facundam curia linguam.
Ars potuit nullis vlla latere modis.
Tam come ingenium, tanta est prudentia rerum.
Hæc quod non nouit, Gallia muta silet.
Ipse pater choreas agitans in vertice Nysæ
Olim, aut hinc, aut huc munera læta tulit.
Nil humile, aut vulgare sonat: magna omnia. magni
Quin animum vulgus principis ipse gerit.
Qua tibi non cessit, toti non cesserit orbi,
Cedere nec debes tu nisi sola tibi.

Rauenna.

Prima per Æmathias quondam vetus edita siluas
Adriacum secuit Thessala prora sinum:
Desertumque solum, tristique informe palude
Munijt: atque vrbis nomen habere dedit.
Hæc belli sedes, gelido cum miles ab axe
Proruit, & Græios expulit inde duces.
Hinc sedet Illyrici prospectans prælia Nerei,
Iortius reduci cum tumet æstus aqua.

Hinc oculus superique maris, terraque iacentis
Excubat. hinc duris vtraque meta viris.
Si iungas solita liquentia marmora terra:
In medio tanquam cor, metuenda iacet.

Londinum.

Vrbs animis, numeroque potens, & robore gentis,
Vel cunctos pra se despicit vna Deos.
Torua peregrinis, sed non & inhospita, merces
Vicinis patrias aggerit, atq; petit.
Contemnis, cui das, tanquam isto munere maior.
Odisti vnde petis, ne videare minor.
Dicat, quid bello valeas, Aquitania, quid non:
Et Nortman, & cum Saxone Roma vetus.

Bononia.

Post diras rerum clades, Fatique superba
Imperia, & Martis qua fera iussa tuli,
Hic primum meque, atque alios cognoscere cœpi:
Deposuique animi barbara sceptra mali.
Et didici, quam non fueram, quam deinde futurus:
Quem bona abortiuum sic tuerere parens.
Quæ causas, quæ cunctarum primordia rerum,
Quæ diuini operis prima elementa, doces.
Cælestesq; plagas, & sanctæ commoda vitæ,
Et si qua e numeris nata figura latet.
Cum reliquas superes diuinis legibus vrbes:
Non sulci omnigeno germine cedit honos.
Arma viris connata: animus conterminus astris:
Atque ardens vita stat melioris amor.
Si ciues dederas, si, magna Hetruria, leges:
Accipe, qua possis dicere: reddo libens.

Memphis.

Pene etiam ad nigram Memphis porrecta Syenen,
Pene etiam Nilo longior ipsa meo,

Inuenta

Inueni tamen extremo sub margine finem:
Sic sperare animo, & te decet esse tuo.
Africa cur posita est vobis pars tertia mundi,
Tertia quando orbis pars ego sola forem?

Luca.

Thusci delitium, Thusci laus inclyta cæli,
Iustitiæ illæso robore Luca potens,
Luca potens opibus, felix concordibus armis,
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.
Cælestis vegetum comitatur candor acumen,
Ad veteres referens candor acumen auos.
Iratis igitur dum seruit Hetruria fatis:
Virtutis merito libera sola fuit.

Adria.

Olim ingens decus Hesperiæ, lux addita terræ,
Eridani cuius proluit vnda pedes,
Nunc vix nomen habet, letoque informe cadauer,
Et famulis sordens Adria putret aquis.
Translatum est alio imperium, titulique vetustæ
Ecce nouos ditat prisca ruina Lares.
Dira tamen frustra faciat Fortuna superbos.
Discite, quam valeant sceptra manere diu.
Nunc agitur melius meares, secura timoris
Cum vigeo, sortis lege soluta meæ.

Beroic.

Si cui simplicitas, & prisca sæcula vitæ,
Sors sine diuidiis, mens sine fraude placet:
Ne Scotia dextras, hirsutaque pectora spernat,
Haud bene iunguntur luxus, & arma simul.
Nimbiferosque Ioues, & iniquas vicimus auras:
Corporaq; horrendis sunt potiora malis.
Facta Ægypte solum. potius sit sortis iniquæ:
Solicita vita ducere ab arte dies.

Mantua.

Maxima cum veteri turgeret Hetruria regno,
Sceptraque terrarum iungeret aucta mari:
Mole noua tumuit, solisque excreuit amnis,
Vt premeret forti iura aliena pede.
Inde est in superas deducta Colonia terras.
Non tamen his potuit Mantua tota dari.
Clara viris, felix ducibus, diuo inclyta cycno,
Quem vitreis aluit Mincias Andis aquis.
Mantua diues auis magno non cesserit orbi.
Tota tamen parte hac vincitur ipsa suu.

Lugdunum.

Fulmineis Rhodanus qua se fugat incitus vndis:
Quaque pigro dubitat flumine mitis Arar,
Lugdunum iacet antiquo nouus orbis in orbe:
Lugdunumve vetus orbis in orbe nouo.
Quod nolis, alibi quaras: hic quære, quod optas.
Aut hic, aut nusquam vincere vota potes.

Nicæa.

Se negat Italia sobolem Nicæa parentis.
Si non esse volunt; nec meruere capi.

Ancon.

Deuictrix pelagi tutis anfractibus Ancon
Ostentat placidi commoda rara sinus.
Nimirum Dea, quæ voluit capere vrbis honores,
Lenia sic voluit reddere sceptra maris.

Candia.

Centum olim cinctas operosis mœnibus vrbes
Reddidit ad paucas imperiosa dies.
Oppida parua tamen reor illa fuisse: sed aucta,
Quod deest ex reliquis, Candia sola refert.
Vera equidem fateor Ionis incunabula magni.
Num liquor haud alibi nectaris ille venit.

Florentia,

Florentia.

Parua fluentisonis aggesta Fluentia ripis
Mollia de nitido nomina Flore capit.
Fæsula regnabat: verum meliora sequutus
Martius antiquas detulit amnis opes.
Diuitias Hera: Mercurius discrimina linguæ,
Mercurius varias ire, redire vias:
Ambitiosa, ferox, bellacia, flammea, Mauors
Pectora: magnificam docta Minerua manum:
Iuppiter ostendit cælestes mentibus aulas:
Sirenum tribuit dulcis Apollo sonum.
Vera vetus Romæ soboles, aliena requiris:
Mutua quæ propriis vertis ad arma manus.

Buda.

Threiciis iaculis, sauisque obiecta Sarissis,
Virtutis Scytica lima vetusta fuit.
Nunc misera, & misere extremis exterrita fatis,
Olim ab se victis sordida præda iacet.
Discite, quid faciat discordia pectora, Reges.
Semper sic odiis dissita regna ruunt.

Neapolis.

Parthenope varij statuit discrimina mundi:
Quæ tria diuerso tempore sæcla dedit.
Aurea Pythagoras communis commoda vitæ,
Et docuit Sophiæ Græcia magna procos.
Altera succedens studiorum mollior ætas
Admisit Musas debiliore sono.
Tertia vulnifici quæsiuit præmia ferri:
Atque equitum potuit sola tenere decus.
Sic ex priuata, & serua, regina supersum.
Roma, quod es, fueram: quæ modo sum, quod eras.

Calicut.

Calicut.

Non satis hoc fuerit, noto quod perdita Nereo
Hærebat dubiis tunsa carina vadis?
Protinus audaces incognita litora puppes,
Instituunt, & nouas mortis adire vias.
Sontis tanta sitis sese tibi colligit auri:
Fatali vt citius morte perire iuuet?
Hic dices animi magni te nomine dignum?
At non est, animum perdere, idemque frui.

Capua.

Flammea si valeat superare superbia fastum.
Pinguem luxuriam delitiosus amor:
Hoc mollem pinges Capuam, Capuaque colonos:
Et qua aliis visa est, nec sibi meta fuit.

Burdegala.

Oceani timidas furioso percita Cauro
Expugnat rapidis fluctibus ira trabes:
Persequiturque ferox fugientem ad litora puppim,
Qua tumidus refluo fronte Garumna premit.
Verum vbi compositum populum, sanctumque Senatum
Cernit, adorato litore fracta iacet.
Qualem, hospes, dicas populum, qualemque Senatum,
Queis etiam visis aquora muta silent?

Sena.

Cum premere inuictis vicinas viribus Vrbes
Martius imperij solicitaret amor:
Abstinui, & iustam colui sub pace quietem:
Summaque iudicij maxima, nolle, fuit.
Quot nam oblita sui, quæ regna aliena petebam?
Vt mea sim; pro me sit potuisse satis.

Antuerpia.

Oppida quot spectant oculo me torua siniſtro;
Tot nos inuidiæ pallida tela petunt.

Lugdunum

Lugdunum omnigenum est: operosa Lutetia: Roma
Ingens: res Venetum vasta: Tolosa potens.
Omnimoda merces: artes priscaque nouaq;.
Quorum insunt aliis singula, cuncta mihi.

Babylon.

Heu nusquam aspicio rerum miracula turres.
Mortali pereunt omnia facta manu.
Cui momenta poli, & tempus dominatur inane:
Nec rem, nec numerum reddere posse reor.
Ah miseram: quae sic poteras perisse. nec esse:
Nec tunc, cum poteras esse, fuisse puto.

Tridentum.

Nobilis Italico quae prima vrbs imminet orbi,
Ausoniis miscet Norica verba sonis.
Romanum ingenium est, animus Germanus, acerba
Vltio, si obducta est nube serena fides.
Accipere a Veneto, cuius pars, milite leges
Hec potuit: si non, & valet ipsa dare.

Heidelberg.

Nobilis imperio Franconia dextra potenti
Belligero nulli Marte secunda viget.
Cum victis ab se pepulit vectigal Alanis,
Libera Germano nomine Franca fuit.
Nec contenta suis angustis finibus (illi
Qua par virtuti terra futura foret?)
Egreditur: superat. Germani o pectus honoris.
Victoris victos nomina ferre sat est.
Non aliunde venis: Francusve est Hectoris vllus.
Quid petis a victo stemmata? tota tua es.

Gaiacia.

Quattuor ancipitis celebrantur secula mundi
Hac: aurum, argentum, as: ferrea quarta fuit.

Quattuor

Quattuor excessere simul. Nam linea quinta est.
Nanq; vides ligno sæcla renata meo.

Tutonium.

Splendidior nusquam Gallis opulentia regnis:
Et nusquam nostro maior in orbe nitor.
Non æstus nocuit pecori, non frigora pomis.
Nec iam hortis certet Græcia fœta suis.
Nunc etiam Phrygiaq; nurus, arteſq; Latinæ,
Atq; petant radios Serica regna meos.
Aut ergo hic etiam Elysii sunt munera cæli:
Aut nullum vidit Græcia vana suum.

Ticinum.

Qua citus Eridani ditat Ticinus arenas,
Gratus honoratas hospitis hospes aquas:
Luxstudiorum ingens: rerum pulcherrima sedes
Signat inexhaustis ingera plena soli.
Deuicta Italia, reliquis voluere relictis
Magnanimi hac potius parte sedere Duces.
Pace tua, Hesperia alma parens, hæc dixero: quanta es?
Quantave sum? totum es: pars tamen una placet.

Nugamen.

Nomina non ponam. tua nomina ponere, nil est.
Nam quia nil es; sunt nomina nulla tua.
Liuor edax, fœnus, fraudes, discordia, lites:
Barbaricis mendax, perdita lingua probris.
Natio mendax, mendax natio, natio mendax:
Quo terra, & cælo tetrius esse nequit.
Segnis, iners, spurca sub paupertate superba:
Sordenti fatuus luxus auaritia:
Templa vorans attenta superstitione. sed extra
Pupille, & vidua, & tu peregrine cane.
Triste pecus, pigri ventres, mens subdola. victa
Fracta es: victricem non ferat ipse Deus.

Iactabunda

Iactabunda: sed in hoc est iactatio, talus,
Insidiæ, diræ, surgia, damna, neces.
Perfidiosa, exlex, fera, cerusosa, maligna:
Cum vino, & vini turbine cæca Venus.
Venalis pudor: at testi, se vendere, ludus:
Qui nequam faciat, laude superbus aget.
Furtis ingenium deest, deest vis iusta rapinis:
Sacrilegam tamen hoc ditat utrunq; manum.
De magna dictum est olim Carthagine, quod te
De minima. de te velle silere, pium est.

Segusia.

Nequicquam indomito vallata Segusia muro
Ausoniis aditum dat tibi, Galle, bonis.
Gens infida, ferox, animoque armata bilingui:
Iuratis unquam vix stetit illa Deis.
Sordida mens, lucriq; frequens intenta venenis,
Italici retinens nil, nisi iura, loci.
Perfimilis, peiorq; suis, scelere obruta, saxis.
Non sunt Pontificis noxia saxa nece.

Vienna.

Aspice Barbaricis quæ propugnacula bellis:
Quæ stet fulmineis machina torua pilis:
Aduersus spurium, quæ fortia pectora, Turcam
Apparet intrepida Norica dextra fide.
Illa igitur validis assultibus irrita fudit
Prælia qua capto fecerat hostis agro.
Quin etiam patry demissis turbine cæli
Auxilius largo perpluit imbre polus.
Qualia regna putes, numen quibus excubat armis?
Nonne Dei est, pro quo pugnat & ipse Deus?

Hydruntum.

Qua breuis epirum Cerealem despicit, vrgens
Tractus in Ionias brachia longa vias,

Oppi-

Opportuna dolis, & cauti fraudibus hostis,
Hic sita sum vigili præda petita duci.
Hæc igitur firma Italicæ sunt claustra quietis:
Et libertati iura parata tuæ.

Messana.

Indomita sedeo spectatrix tuta Charybdis:
Ostendoque aliis lumine grata viam.
Mortales, si sic faciant, meliore fruantur
Numine. Nunc homini vera Charybdis homo est.

Pictauium.

Si studium est animæ, veniunt a corpore vires,
Galliaque a meritis poscit vtrunque sibi:
Hæc studiis, aliæ belli exercentur amore:
Pictauium est animus. cætera corpus erunt.

Bergomum.

Ingenium, corpus, mores, obtutus, amictus,
Tecta, cibus, gressus, guttura, sermo, sonus:
Omnia crassa modis insignibus, omnia dura:
Sic, valeant siluces vt superare suos.
Ista domi: sed vicinus si aspergat acetum:
Artibus, atque dolis vincitur ipse suis.

Lysipona.

Ergo grauis grumus quo pallidus emicet auri,
Insomni tellus scissa ligone gemit.
Cernis, vbi aduectus peregrinis flatibus orbis?
Cernis, vbi in paruo est India tota sinu?
Pressa maris facies: domita est violentia cæli.
Quid reliqui est; nisi te carpere sceptra poli?
Haud potes esse Deus: non vis homo viuere. Sors te
Ex homine egressum tertia quando capit?

Salernum.

Quæ Boreæ gelidas furias contemnit onantis,
Torua procellosi despicit arma Noti.

Medor rum

Medorum & siluis fœcundas prouocat auras:
Fundit & a biferis Indica dona iugis.
Protinus Autumnus Veris cum tempore certat:
Et Ver cum Autumni tempore certat item.
Huc accessit hiems vernantibus vda capillis:
Et peperit mirans, & sibi poma legit.
Tuta mari fruitur: terræ dominatur amatæ:
Et cæli mutat iura. quid ergo? Deæ

Tolosa.

Quisquis es, impura damnas qui voce Tolosam:
Disce verecundo plenius ore loqui.
Fœta malis, infensa malis: cum crimine iusta
Exercet leges legibus orba suis.
Cogitur a propriis aliena viuere mente,
Aspera crudeli sub pietate parens.
Magna quidem, ac Francis aquata superbia terris,
Vt iam iam seipsam vix tolerare queat.
Sumptus inexpletus ciues spolianit inertes.
Sic dives viuit, vt moriatur egens.
Inde vafer mercator agris successit ademptis:
Ingenioque frequens aduena fretus ope.
Mox seipsum ignorans, sortisq; oblitus anitæ
Certat cum nitida, nobilitate, domo.
Quid superesse bonis? bona quid superesse putandum est?
Ante sua hunc, hunc nec post sua fata mori.

Dertona.

Si faciles animos, si candida pectora quaris:
Quæq; decent claros nomina magna viros:
Magnifico Dertona tibi dabit inclyta cultu:
Inclyta, sed quondam: nunc male culta ruit.
Nimirum quod semper erit, huic contigit vrbi:
Vt semper noceant sæcula prava bonis.

Colonia Agrippina.

Maxima cognati regina Colonia Reni,
Hoc te etiam titulo Musa superba canit.
Romani statuunt: habitat Germania: terra est
Belgica: ter felix. Nil tibi, Diua, deest.

Vicetia.

Bacche pater, Ceres alma, bonæ bona numina pacis:
Quæ patulos agros, qui iuga curua tenes:
Quid rerum, quid amicitia cum Marte cruento
Vobiscum? vestrum vt vexet vtrunque furor?
Pulchra racemiferos admittat Vicetia colles:
Lætaq; spiculegi ingera findat agri.
Cædis amor, cædis germana insana cupido:
Nec patrius nato est tutus ab hoste cruor.
Nusquam iter est. vastata iacent latrone proterno
Ruscula: corruerunt ignibus hausta suis.
Parce (nefas) scelerare manus gens debita cælo:
Imbueq; ignoto pectora digna Deo.
Diuina facies: regio cælestis: at huius
In cæli medio tartara dira vigent.

Athenæ.

Hic, vbi disiecta frustra quæruntur Athenæ,
Quæruntur Graij mens, manus, arma soli.
Lignea victi. victricem fata pericli
Marmoream faciunt. nunc miseranda, quid es?

Caieta.

Te quoq; cedentem naturæ Æneia nutrix
Hesperio retinent litora curua sinu.
Iusta pius fecit, tumulumq; sacrauit alumnus:
Vnde tuum in nostro nomine nomen habes.
Reddere non potuit, deerat quod legibus aui:
At data, quod potuit, vita secunda tibi est.

Carnutes.

Carnutes.

Sæcula communes habeant sibi cætera laudes,
Vina, ferus, segetes, munera, bella, forum:
Hinc sua contulerunt omnes arcana Sibyllæ:
Cum dicta est virgo, quæ paritura foret.
Credidimus prius, atq; fuit. si credere, vita est:
Sic nos, quam essemus, ante fuisse palam est.

Croton.

Virtutis faciem, ac numeros metire viator,
Sine oculis, sed in mente Crotona vides.
Quot cives, tot victores. Nam nomine palmas
Pauperis est populi dinumerare suas.

Senones.

Quæ Senonum vires, & quanta potentia ferri:
Trajectæq; Alpes, captaq; Roma docet.
Histrum, atq; Illyricum superant, Martisq; ministrum:
Quæ Bononia tuas Scopia fugit aquas.
Subdit se Macedo: submittit Achaica tellus:
Horridaq; armigero Thracia cedit equo.
Atq; hinc res Asiæ tremefactæ, & inhospita Ponti
Litora, & Armenios qua colit ora duces.
Hæc summa est. populis, castris, & regibus horum
Armorum arbitrio sors rata quæque fuit.

Tarentum.

Mollia quæ tenuis demittunt pondera lanæ
Tonsa Tarentinus sugera læta sugis,
Hæc eadem complent vegrandibus horrea culmis:
Et tua sub prælum munera, Bacche, ferunt.
Nulla est in Latio Pomona beatior vsquam:
Nulla est Hesperidum gratior aura locis.
Se totum exhibuit tanta ad commoda Nereus:
Segnis & innumeris proxima silua feris.

Hic ver perpetuum est, tantum pro frugibus æstas.
Nectareis superant sidera fœta dapes.
Quod si cælum imis vellet mutare superna:
Haud aliis poterat plenius esse locis.

Praga.

Septa metallifero circum qua monte superbis
Hercinia in medio Martia Praga sinu,
Linque aliis populis tantæ munima sedis:
Qui nequeant armis iura tenere loci.
Nanque tuum est, non præsidio turgere locorum:
Sed loca præsidiis fidere posse tuis.

Mutina.

Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus:
Tot se fama nova vertit in ora vetus.
Fama vetus, tot fama recens se vertit in ora:
Ut tituli numeros nesciat ipsa sui.
Mars catus invictis admiscet viribus artem:
Ardua sic gemino nomine bella docet.
At Venus atherias cum finxerit aurea formas:
Verborum adiunxit pondera picta modis.
Inde triplex liquidos animos inspirat Apollo:
Inde triplex nitida gratia iuncta manu.
Nulla deest Erato: capiet te candida Pitho.
Ut mox oblitus tu videare tui.
Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus.
Ergo nec dignum, velle tumere, putat.

Moscouia.

Non vereri nos more fero nunc cedimus hosti:
Nec bellare monent condita busta patrum.
Protinus affectis mittuntur spicula turmis.
Conseritur presso comminus hoste manus.
Artibus his Scythicas treis iam devicimus Hordas.
Arteis has etiam Turcica signa tremunt.

Huc

Huc simplex victus, fatorumq; æmula virtus.
Hos parere simul, hosque iubere docent.

Parma.

Inuentum mediis præclarum nomen in armis,
Prædita quo sit gens ignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira:
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo, precium est, non displicuisse pudori.
Hoc satis. officijs cedere turpe putat.

Magdeburg.

Vos ego magnanimis inuictos Saxonis armis,
Atque graues Martis turbine canto duces.
Non Macedo tu miles eras. Sic Gracia mendax
Facta tua in laudes transtulit alta suas.
Non veteres huc te quondam misêre Britanni:
Quin tam seruiuit terra Britanna tibi.
Ipsa tua es: primumq; tuis cum montibus orta,
Cum cœli ipsius finibus orta tui.
Dines agri, dines quæsita vestis, & auri:
Gens dubium est, armis iustitiane prior.
Est hominis, patrijs altos bene vincere telis.
Iustitia teipsam vincere velle, Dei est.

Luna.

Prospiciens tumida terram Neptunus ab vnda
Oppida perdoluit condita nulla sibi.
Immisitq; salum, mersitq; sub æquora Lunam:
Mersaque sic famulis nunc dominatur aquis.

Francfordia.

Multa laboratis debet Francfordia sulcis:
Multa nec emeriis vinea culta iugis.
Quid referam, quanta & quæ conuexere metalla?
Quas Mars bellipotens, quæ petit alma Ceres?

Huc Italiæ patriis miratur partibus orbem,
Aduectum huc stupuit Gallia magna suum.
Hic Oriens, hic terra nouis comperta sub astris
Agnoscit Geniy femina plena sui.
Nec tamen in brutis sola hæc commercia rebus:
Hic animi æternæ sed cumulantur opes.
Quod si res, paucas operosa est dicere merces:
Non magis est, cunctas res operosa dare?

Placentia.

Nobilis antiquo porrecta Placentia muro
Hinc hostem, hinc rapidas fluminis arcet aquas.
Rarè artes: gens scita, hilari sed dedita luxu.
Ingenium augusta vix patiuntur opes.

Nanetes.

Vicit Aremoricas animosa Britannia gentes:
Et dedit impositio nomina prisca iugo.
Nunc etiam patriæ remanent commercia linguæ:
Vltimaq; a Gallo discrepat ora sono.
Impauidum genus, Argiua genus docta palæstræ:
Nec minus in bellis vtilis, acer eques.
Par domino quadrupes, sæuis haud segnior armis:
Respondent animis robora firmá feris.
Gens tamen hæc eadem patrys intenta choreis
Laxat inexpleto pectora læta mero.
Tanta etiam pecoris, tanta est opulentia frugum, vt
Cum Cereris certet vomere magna Pales.
Quid varias referam piscosa sub æquora turmas?
Abditaque ignoto littora capta mari?
Ne partire plagas, vt partis des mihi partem:
Sed Galli hæc dicas integra regna soli.

Syracusæ.

Illa ego sum Romæ labor, atque iniuria Pœni.
Pro me etiam stragis Gracia sensit onus.

Figere

Figere quæ voluere aliis in sedibus arma,
Exturbata iacent sedibus orba suis.

Cracouia.

Martia Sarmaticis tentata Croatia nimbis
Arcigeri pugnax spicula fregit equi.
Hinc belli fortunam armis, finemque sequuta
Germana Herciniis expulit arma iugis.
Quaque patet solis fugiens Lituania campis,
Victrici imposuit Martia signa manu.
Moscouiisque docet, Turcisque augusta trophæis,
Vicinis quantum sit bene tuta quies.
Tessera certa manu stat belli, & pacis: vtramvis
Si des, accipiam: vel capere nanque dabo.

Perusia.

Sanguineo audaci connata Perusia ferro,
Tanquam hosti temere sæpe inimica suis,
Partibus imperium, vitales partibus auras
Colligit, inuisis partibus atra Deos.
Væ tibi, sic odio quæ te partiris amaro.
Est, quæ non toto est corpore tota, nihil.
Quinetiam fera iura tui scripsere coloni:
Quæ iubeant tetras semper habere manus.
Vestrarum hæc igitur summa est sapientia legum,
Nolle placere aliis, velle nocere sibi.

Ambianum.

Terrori fuerat peregrinis Gallia turmis:
Terrori Gallis Belgia sola fuit.
Germanus Belgæ cum vincit: Belgica Belga
Cum tueor, Belgy Belgia sola fui.

Valentia Hispanorum.

Vna tibi ante oculos populi ponatur imago:
Cætera iam ex illa natio tota patet.

Ægra Ceres: regio torrenti infamis ab æstu:
Arida Cerbeream colligit aura sitim.
Nusquam tutus abit rapido latrone viator.
Nam probus, & pius est tollere ludus opes.
Tum tua poscenti exprobrat tibi linquere vitam.
Dat libertatis pramia dura, mori.
Fastus inexhaustus: luxus sub paupere vita:
Et furiat mentes gloria vana feras.
Quæ liquere hostes, ea cuncta vorabit amicus.
Nil vbi promisit, tunc tibi tuta fides.
Tuta fides fortasse. quid hæc sub tartara tutum?
Ah non se tutum si velit esse Deus.
Plusquam hoste, est verum regnum, hospite posse carere.
Afflatus solo nomine, pauper eris.

Venusium.

Parua quidem, atque humilis, pene & sine nomine tellus,
Aut par, aut maior te, tibi Roma fui.
Cede furiis: peperi tranquillum ego lenis Olorem,
Cuius ope ad multos vita perennis eat.
Cuius ope effectum est, vt qua ruitura fuisti:
Vel nunc, cum nihil es, tu quoque viua voles.

Ariminum.

Prisca fui quondam ciuilis meta furoris:
Sed non fortuna meta futura fui.
Non tunc arma toga, non cessit laurea lingua.
Cæsaris est facere, haud sub Ciceronе loqui.

Dyrrhachium.

Quæ quondam Epiri priuatum nomen habebat,
Albani ad Titulos transposuere suos.
Fortis erat gens prisca: simul sed fortior hæsit:
Grandius effectum est insitione genus.

Cum

Cum translata alias generosa armenta per herbas
Dispereant: videas, pabula quanta ferant.
Cum pudeat Phrygias mirari Gargara messes:
Hic Cereris, dices, Thensa beata manent.
Vitrea cum tepidis coquitur vinderma saxis:
Iurabis madidi Cnossia dona Dei.
Hoc etiam illa potens tremuit sub milite Roma:
Ne tu his arma opibus debilitata putes.
Ergo animis vacuis aliena pericula cernens,
Vincere dum credit esse, carere malis,
Vicinus sibi spem promittit, & otia: casus
Subsidiis, serui nomine Turcus habet.
Ast videas quanti faciat durissimus hostis:
Fortia cum nostro robore bella gerit.

Cremona.

Quis modus esset agris, & quanta licentia frugum,
Verba peregrina Gallica voce notant.
Inde solum nati lætum dixere Cremonam.
Quin Latio vox est delitiosa Cremor.
Vsque adeo longo reddit cum fœnore tellus:
Præteritique hornus commoda videt ager.
Deficit & cultrum, & vomer: non deficit vber.
Lassa manus, trita sarcula, fessa Ceres.
Reddant pensum alix: nostræ lex vnica terræ est:
Et votum Domini, & spem superare sui.

Lubecca.

Si referam: mihi quis credet? sub limina Mundi
Vltima legiferi iura vigere Dei.
Ingenium, candorem animi, cultumque, fidemque,
Fortiaque inuicta pectora pura manu.
Dum mirata stupet terras Astræa relinquens,
Atque putat cæli regna, resedit ibi.

Fauentia.

Pars magna Italiæ duro discrimine rerum
Clara Fauentino milite sceptra capit.
Quod meruit decus inuictis Heluetius armis:
Quod conducta ferox Brennus ad arma fuit:
Hoc sumus: hoc fortis meruit vis ignea dextræ:
Arbitrio cuius Numina regna parant.

Narbona & Baiona.

Erecta gemina dubio pro limine turres
Absterrent patriis hostica signa bonis.
Vtraque perpetuis fera Gens exercita bellis:
Vtraque vicinis Gens inimica suis.
Frangit inaccesso assultus discrimina muro:
Quique magis terrent, hos timuisse facit.
Illa ferox opibus, hæc paupertate superbit:
Hæc cunes ulit, hæc ridet in hoste famem.
Viuite felices, ac res firmate secundas:
Et bene cum veteri sit noua iuncta fides.
Pro tantis meritis gemina vrbs tutissima, rebus
Promotis, illi tu, excubet illa tibi.

Pisaurum.

Hic Roma fulsit primum spes vltima victæ:
Vnde loca, atque vrbi nomina ducta canunt.
Dum Gallus Romana actis imitatur auitis
Arma, premens arma Romula victor adest.
Postquam solicita posuit discrimina mente:
Torpuit occulto dextra soluta metu.
Ah quid agis soboles priscorum inuicta Deorum?
Rerum, non auri summa petenda tibi est.

Turcica.

Ne teneras fortis victas legione cohortes
Cum querulo doleas murmure, miles iners:

Impia

Impia neve pio facias conuicia cœlo:
Pectora quod teipso cassa fouere neget.
Imbellis ne habeat, posuit qua fortibus? an tu
Hoc seruili animo libera regna feras?
Frigora pigra tibi stupido dominantur, & æstus:
Gurgiteque insano fœda vorago gulæ.
Conciliat mollis quæsitos stragula somnos.
Huic labor in dura, mollia fecit, humo.
Ipse cibum & sibi fert, ipse & sibi decoquit, ipse
Crudum, si non sit igne domare, vorat.
Tu quereris corrupta vndis tibi numina Bacchi.
Sæpe etiam sordens huic leuat vnda sitim.
Deuouet ille suo concordia pectora regi.
Te quatit insana seditione furor.
Mirum, Romanis propius qui accesserit armis,
Rome fata gerens, si sibi fata trahit?

Oppida Benaci.

Terra, decus cœli, curuas quod proruit vndas,
Cum furit Æolij Norica turba gregis:
Vos ego siderei mea maxima numina colles,
Inter præcipuos exul adoro Deos.
Haud procul hinc tetigi vitalis liminis oras:
Atque hausi vitæ prima elementa rudis:
Balde procellosos aperis vbi vertice nimbos:
Benaciq; graues fluctibus addis aquas.
Huc me diua parens a magno missa parente
Transtulit: & lucem sancta videre dedit.
Vt miser exciperem solis exclusus auitis
In patrio saltem lumina prima solo.
Pene quidem expositus, quales & Cyrus, & ille,
Qui Martis posuit mœnia clara, fui.
Quinetiam sola illorum maleprodita cernis
Corpora. sed geminum, cumque parente meum.

Tantum

Tantum fata queunt, tantum indignatio cœli:
Vt pretium hoc animi sit, voluisse malum.
Certe equidem hoc ego credo bonum: tamen illa pericli
Semina agunt, mentem solicitantque rudem.
Quid si me o genitor crudelis, perfidus hostis?
Quid geminum corpus, cumque parente meum?
Quanta fuit non victi animi expectatio rerum:
Tanta est spes, cum spe perdita tota simul.
Nil potuit malesaga malis mens percita fati.
Tu moreris: quæro munera mortis ego.
Dij patrij Indigetes, Dij deficientis Iulij:
Et vos Scaligeræ numina prisca domus:
Quæ mihi contigerunt prima post munia vitæ,
Ah saltem a patria vos prohibete mea.

Nuremberga.

Dira mihi extremi da munera sacra laboris,
Non tamen extremo conficienda loco.
Sed velut abducto veneramur in ordine cælum,
Hic vbi naturæ fine queuit opus.
Non potes athereis deducere sedibus astra.
Inuenies, tibi qua Norica terra dabit.
Hunc sibi corruptas terras Astræa relinquens
Fatalis statuit sede tenere locum.
Quis putet horrifico sociatas Marte Camœnas?
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.
Martis habe, & Phœbi felicia tempora lauro
Sanctaque sit valido fœdere iuncta fides.
Omnibus ex istis ne tu ne dempseris vnum.
Addere quin potius omnia magna, tuum est.

Hierusalem, Bethleem & Nazareth.

Hic genua, hic animum, hic lacrymas, hic carmina pono:
Mensæ mea ad patrium subuolat aucta polum.

O promissa

O promissa nouo, populo promissa vetusto:
Qua libertatis iura beata dabas:
Cur vidua, orba, iaces? sancti qua vulnera vultus?
Quis fuit, atherias qui scidit ille genas?
Quam te, terra, tanam, calum quæ facta serenum es?
Nos facti e cælo sordida terra sumus.
Tu nec laudis eges: nec nostro augebere cantu.
At me abs te dici, gloria vtrinque tua est.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI LOGOGRIPHI AD Petrum Natalem.

Aspice, quam dubia splendescunt luce tenebræ,
Quam nitet ambiguis decolor vmbra notis.
Qui patry decus es non vno nomine cœli,
Qui potes in medsa nocte ciere diem.
Lusibus arrisit studijs immista severis
Quæsita in medio grata labore quies.
Tu tibi cas rareges fido vestigia filo,
Dum tenet ancipites semita flexa pedes.
Fallor. an his vltro aerys abstrusa tenebris
Vltro turba volet sole patere tuo?

Lectori.

Hos centum griphos quam paucis lusimus horis
Dicere non ausim: malo tacere pudens.
Non credis? levitas coget te credere rerum.
Nulla trahent longas anxia dicta moras.
Hoc voluu. reiecta fuit cunctatio prisca.
O pereant gravibus vina severa modis.
Ludimus: hoc satis est: atq; inter pocula: nec sunt
Tam levia, vt nequeant addere sæpe moras.

Cabbala.

Ne tibi sint nugæ hæ. Quidc. nm ille superbit ineptus?
Perq; manus tradit sapientis nomen inane?
Quo labyrintheis anfractibus omnia versat.
Accipe vtrumque libens ergo, aut vtrumq; relinque.

Griphi

Griphus Ioſepho F. auctore.

Denaſſa medium auſer: auem Palamede notante
Aſpicies. Caput auſer, vbi hanc veneris, habebis.
Hunc lege pharmacopœe, notam ſi reddis anhelam.
Totus in amne latet. caput abſit: non erit vſquam.

De naſſa] γεῖφος. naſſa. auſer medium, exibit grus, quæ dicitur auis Palamedis. *Caput auſ.*] exibit rus. ſi auferas caput a grus. *ſi reddis &c.*] ſi aſpires erit Rhus Syriacum notum herbariæ rei peritis. *Totus in*] γεῖφος integra vox eſt naſſa. ſi auferas G, erit nuſquam, quia eſt vox nihili.

Mens.

Quod ſibi nolebant parci licuiſſe Latini,
Exibit, primo ſi vertice millia tollas.
Omnia ſi ſunt hic, cur omnibus addita mille?

Ablato M. ens. ſi eſt ens, omnia ſunt. Cur mille addunt? id eſt M.

Saturnus.

Sat fuerit, ſi non toto contentus abibis.
Sine es, ſeu non es: cum ventre hunc eximè ſanus.
Æneas capite exciſo, corpus quoq; tollit.
Auſer colla, canet. Natos vorat omnibus auctus.

Sat fuerit] Sat. *ſine es &c.* Satur, Sanus. *Æneas capite*] Turnus. *Auſer colla*] Sturnus.

Puer.

Tolle caput, ſimile ætati tum tempus habebis.
Nenia Pontani ſine cauda protulit audax.
Temporis at capite ablato præponere debes.

Tolle caput] Ver. *ſine cauda*] Puc. *Temporis &c.*] præpoſitio Per.

Mars.

Deme fero galeam: reteget placabilis artem.

Sol.

Sol.

Non sobolem gignit, ne proles vstulet orbem.
At si multiplicans quis forte exibilet: illunc
Continuo tunc si quid oles, tute ipse videto.

multiplicans] Soles numero plurali. *exibila*] id est, auferi sibilum: oles.

Venus.

Alma Venus, nulla ipsa dolis satis apta nouandis,
Se nudam ostendit, nec vult prætexere griphos.
Ast opifex rerum solus, qui est vnus, habebit.

Alma Venus &c.] Vnus.

Iuppiter.

Qui iuuat, & pater est, vera est via recta beatis.
Partiri nequit æquato discrimine. Mirum
Maiorem superat minor vt plus iudicat esse.

Vera est via] Iter. *Partiri*] Quia Ter non sunt nisi tres literæ. Iupi numeri nullius vox est.

Mercurius.

Non tuus est, si sustineat talare Galerum.
Solus erit, comitem sibi si trahat ipse Galerum.
Ast caput, & medium, & comes ad vestigia iuncto
Ædificant. Animal, sed fur, sine viscere fiet.
Vltima sex obiens linquet Dictator aratrum.
Et tenui exempta curruis vehet inde triumphos.
Tum peditum ostendet seruum, modo tolle secundam.
Exciso capite exiliet fera barbaricus bos.

Non tuus] Meus. *Solus erit*] Merus. *Ast caput &c.*] Mutus. *Animal*] Mus. *Dictator*] Curius. *Et tenui*] Curus. antiqui non geminabant. *peditum seruum*] Ctius. *barbaricus bos*] Vrus.

Lucina.

Si lucis præses, si partibus apta leuandis
Ventrem deponat, vulgato nomine nota est.
Atq; vnam agnoscas dempta ceruice: sed illam

Reddit

Redde tribus dehinc postremis, tibi lina parantur.
Adde priorem istis, ciuilia pralia miscet.

Ventrem deponat] Luna. *dempta ceruice*] Vna. *Redde tribus postremis*] Lina. *ciuilia pralia miscet*] Cina.

Horæ.

Quo plures numero, numero inuenio esse minorem:
Ad mictum secuit vanus quas verna Canopi.

Quo plures] Quia numeramus quæ abiere. *Ad mictum*] Quia aiunt Ægyptios ad mictum bouis in xxiiii secuisse.

Dies.

Lux in se regem tenebrarum includit: at ipse
Plenus opum fac hoc, ibi quod tu diceris esse.

regem tenebr.] Dis. *fac hoc*] Des.

Nox.

Mater consily. sedes veneranda quietis
Obscura est adeo, nihil vt cognoscere possis.

nihil vt] Non potest elici griphus.

Ignis.

Tu si in me venias, ne fac, quod diceris in me.

Tu &c.] Inis.

Spiritus.

Da caudam superis cum ventre, & ventre remoto.
Ne totus, quod ego sum, sis, si negligis aras.

Da caudam &c.] Da thus Deo, secundum ritum, ne sis itritus; spiritus antiqui geminabant.

Muscatum, ex veteri ænigmate.

Quod currit, caput est. venter dabit additus alas.
Graculus haud comedet sex membra externa gulosus.
Deme caput, metuent tria prima: at iungitur hostis.
Iunge extrema epulis. acues sine ventre poetam.
Si caput absumas sic sit, male qui tibi dicat.
At cum ventre caput nihil sunt nisi tadia vitæ.

caput est] Mus. *venter &c.*] Musca. *comedes sex*] σκατόν *metuent tria prima*] Mus catum metuet. *at iungitur*] Mus cum Cato. *Iunge &c.*] Mustum. *caput abs.*] Vstum. *cum ventre caput*] Musca.

Paulus.

Est tuba totus, at hinc caput exime: tibia fiet.
Plus videas, duo si demas quæ proxima prima.
Vlcera differcit tamen huic exempta secunda.
Tertia si pereat; stantum fit gurges aquarum.
Producas: viti fiet, quod scipio patri.

est tuba] αὐλός. *Plus videas.*] Plus. *Viscera differcit*] Pus. *stantum &c.*] Palus. *Producas*] Pâlus. *quod scipio*] baculus.

Purus.

Haud temere inuenias hominem, sic si integer extet,
At multum inuenies in vulnere, ventre remoto.
At caput exime: trux tantoque ferocior. At si
Græce vis: cauda ex toto reliqua est animali.
Nec minus à tergo ventus spirare videbis.
Totius me cauda tamen bene pascit in vrbe.

At multum] Pus. *trux*] Vtus. *cauda*] οὖρος. *a tergo ventus*] οὖρος. *cauda*] Rus.

Mares.

Tu, nisi sibilat, aufuge. Res est perfida. Mortem
Abscissa ceruice ciet concentus Homeri.
Torque os: cauda tubam. Caput eius disiice, patrem
Romulus ostendet summa de sede Quirinum.

Res est perfida] Mare. *Abscissa*] ἄρες. *Torque os*] Torque diphthongo Æs. *patrem Romulus*] Mars.

Paries, ex antiquo concinnatum.

Cui mater fuit alta silex, lignumve, lutumve,
Excisa ceruice ferox ad pascua regnat.
Ventre imo execto Spartanos tollit honores.
At frustra & pes, & hic patriam defendit ab hoste.

Excisa] Aries. *Spartanos tollit*] Paris. *At frustra &c*] Æs.

Auis

Auis.

Exempto medio, fit totum: & credere possis?
Fit totum] As.

Dapes antiquum concinnatum.

Quinque placent ori, sed quatuor aera scindunt,
Tres currunt, referunt murmura ranca duo.
Tres currunt] Pes. *referunt mur.*] AEs.

Fœmina.

Linque caput: non stet tibi mundi machina tanti.
Tolle: nec hanc valeat, reliqua est, quæ sola superstes.
Linque &c.] Fœminæ caput pessimum. *Tolle*] Mina. *hanc valeat.*] Minam non valet.

Senex.

Hoc est, quod valuit: quodque est nunc, esse recusat:
Est non est, quod cauda trahit: sed sentiet illud.
quod cauda] Nex.

Anas.

Tota volat: tota & graditur: quin tota natabit:
Irritata apicem imponat canis: haud volat. Aufer
Atque hinc atque illum, qui iam fuit: ipse natabis.
Quod si dimidium tibi forte supervenit usus,
Obtura, tetros si quando incendis odores.
apicem] R literam. Ranas. *natabis*] Nas. *Quod si dimidium*] dimidium Vsus est Vs. si supervenit ad Nas, fiet Nasus.

Iulius.

Principium mœstum, finem dat legis amicum.
Legifera Cereri totum dat carmen honestum.
Multipedemque feram, quam signat imago biremis.
E parvo fermentatum mirabere nomen.
Crescere: maiori maiora hæc debita regno.
Principium mœstum] Iu. *totum dat*] Iulos. *E parvo*] Ilus.

Cæsar.

Centum Thusca deos vno sub nomine vox dat.

Scaliger.

Quo scandas tu, quoq; voles, gerit vnus & idem.

Aqua.

Ista mihi Herculeus riualis nomina fecit,
Ne iam Grammaticos raucos sequererís ineptus.

Herculeus riualis] Achelous.

Pluuia.

Exedit ipsa sibi caudam cebi improba ritu.
Interiora tamen caudata impensius augent.
Dulcia qua succo vincunt meliore parentem.

exedit] Pluuia. *caudam*] Viam. *interiora*] interiora Vv cum cauda A, Vua. *parentem*] aquam.

Ros.

Quominus os habeat, caput impedit. hoccine credis?
Hoc tamen abscisso inuitus tunc ossa relinques.

caput impedit] R impedit ne sit os.

Herba.

Diua faue, hunc vterum vt deponat filia terræ.

vterum] B est vterus. Hera Fortuna apud Ennium.

Leo.

Non faciam, capite abscisso quod velle videris.

capite abscisso] Eo. Non ibo ad Leonem.

Porcus.

Totum malo mihi si sinciput absit, abesto.
In cauda gessisse item non miror. At inde
Absit summa cutis, magnum dabit Indra regem.
Vel quod pro fracto officium dabit osse. vel illud
Tyrtamus ad Parium quod marmor comparat olim.
Qui si vera canit: quis dicat marmora tofos?

Corrip-

Corripe: corporeos alios quoque tende meatus.
Illi deme caput: Niloticus extat Apollo.
Decolla: inuenies vbi pinguior exit in vrbem.

Sinciput abſis] Orcus. *In cauda*] Cus. *ſumma cutis*] abſit C. *regem*] Porus. *Vel quod κῦρ.* *Corripe κόρ.* *Illi*] *κῦρ. Niloticus Apollo*] Ω *ρ. Inuenies*] Rure porcus pinguior.

Vita.

Carcer deliciosus, & vndique dulce venenum
Ipſa ſui fatorum, ac cæli parte priore
Pulſa ruit, titulu notulam ſi exemeris, inde
Oſtendit, quid ſit. nil ni via: tuque viator.

Parte priore] Vi.

Mors.

Omnia quæ perimit nil de ſe gignere poſſit.

Caper.

Cornua mi, ſed ſi caput aufers, dente nocebo.

Bos.

Si caput abſcindas, non deerit, quod mihi deerit
Atque ipſo, quod abeſt, quadraginta intus in vno.

non deerit] Os non deerit, quod deeſſe debuit capite abſciſſo. *quadraginta*] Dentes in ore.

Piſcis.

Icere ſcis, & ſcis etiam fortaſſe ciere,
Qui latet, hoc vtinam prauus tingare colore.
Dimidio turris culmen ſi imponis, es illud.

Icere] Iſcis. Scis. Cis. *colore*] Picis. *Dimidio turris*] Tur. *culmen*] Pis.

Aer.

Lenior hoc toto cauda eſt, ſi Græcia curet.

Lenior &c.] ἀήρ. ἦρ. ver.

Lilium.

Candida perpetuis nunquam peritura ſub annis
Sacra vides monumenta, polo demiſſa ſereno,
Quæ genus capiunt ſibi nomen originis altæ.

nomen] Ilium.

Delphin.

Has etiam videas humanæ sortis amicus
Tyrrhenas acies, quæ per maria humida nando
Armigeræ reginæ æquant momenta volandi.
Germanus patria iungat si voce Latinam,
Esse dabit primæ sobolis, quod Iuppiter ipse est.

Armigeræ] Aquilæ. *Germanus*] Elfu significat iuuare. Quasi Deus elf. *primæ sobolis*] primogenitus Franciæ.

Vua.

Haud temere illi acidis imitantur vitea sorbis.
Nam solo afflatu veram dedit Æolus vuam.

acidis] versus Virgilianus est.

—— *Acidis imitantur vitea sorbis.*

solo afflatu] οὖα sorba sunt. *Æolus*] Æolica littera ϝ facit uuam.

Fœnus.

Inuersa furca dum Græci vina coronant,
Inuisas faciunt, quas nesciuere, calendas.

Inuersa forca est ϝ οἶνος vinum. *inuisas*] fœnus inuisas facit Calendas. οὐκ ἐπίσταμαι. *nesciuere*] Græci nomen Græcum nesciunt calendas.

Patria.

Salue diuinum, sanctum, venerabile nomen,
Qua vna tenes, multis magnum caput imposuisti.
Quæque suo capiti nihilominus, & tria subsunt.
Æquum ius serua, & paribus nos legibus auge.
Aut tu iusta crucem media interpone proteruis.

Qua vna] Atria plura vna ciuitas continet. P. Caput est. Tria subsunt. Serua nos inter paria. aut malignis interpone T crucem.

Francus.

Inuictis animis inuictas robore gentes
Seruos, ac seruas dura eripuere catena,
Bellacisq; gerunt in pectore nomina regis.

nomina regis] Ancus.

Pan.

Pan.

Cornibus imperium, atque Dei suprema potestas,
Et cerebro designatur sapientia summa.
Astt oculis nitidi lucentia sidera mundi.
Fistula septenis rite hinc compacta cicutis
Tot calamis totidemque sonis discriminat orbes
Disparibusq; rotis dat decrescentia signa.
Ignem pectus habet, florem, & genitabilis aurae,
Alvus aquam, bruteque pedes molimina terrae.
Totum est: amisso capite at dubitare videris.

Totum] πᾶν. *Amisso capite*] An.

Vina.

Integra laetificant animos, mutilataque robur.
Conveniunt igitur duo sic civilibus ausis.
Rustice tu caput adde tuum: ruet aucta libido.

mutilataque] ἴνα. *caput &c.*] Ruina.

Ouis.

Imbellis tota est. caput eximе, vis erit illi.

Osculum.

Ex nitido, & fœdo quod constat tradis amica?

Nauis.

Cum capite, & capite amisso fert ocior alas.
Idque habet in cauda, quod onus quoque cauda reponit.

capite amisso] auis. *Idque &c.*] Vis.

Hirquus.

In canthis oculi est animal, sed non ibi natum:
Quin neque eo intrauit, neque eo indugredi valet vngnam.
Et facit ambiguum carmen caeleste Maronis.

In canthis &c.] Commune animal, & canthis oculorum ex Seruio. Facit igitur ambiguos Grammaticos in versu Virgiliano.

Lusus.

Quòd nos hic facimus, si lucis summa relinquat,
Exercendo animum nec ludus inutilis esto.
Mactandumq; suem de seipso promet ad aram.

relinquat] L. Vsus. *de seipso promet*] Sus.

Gallina.

Magnanimam gentem imbelli de pectore promet,
Tantum posteriora piger tibi textor habeto.
Quæ tamen vt sapida hæc lurco sibi prima putabit.

Magnanimam] Galli. *posteriora*] Lina. *Prima*] posteriora Gallinæ.

Columbus.

As assusque atque elixus proponitur vnctis.
Pars duo sunt assis non contemnenda trientes.
Nanque hæc posterior, meliorque priore superbit.

As assusque] totus columbus. *Pars duo, &c.*] duo trientes duæ syllabæ Lumbus, *Nanque hæc &c.*] Lumbus quam Collum.

Pauo.

Litibus ignotam tibi dat vox Graca quietem.
Aeoliam tollas: reliquum tibi pascua signat.
Aſi obtruncato tibi dat Carthago salutem.

vox Graca] παῦε quietem signat. *Aeoliam tollas*] πάω πάοκα. *obtruncato*] Auo in Pœnulo Plauti.

Vacca.

Virginis o Volsci sociam spectate Camillæ.
Æoles vxorem quam ausi sunt iungere tauro.

Virginis] Acca. *Aeoles*] Digamma AEolicum est v.

Taurus.

Si simplex semel haud torto sit nomen ab ore,
Corniger est fluuius, tum corniger integer alter.
Nec sim ego quod fluuius: quodque intus corniger alter.
Toro vbi pars maior: tum sanè ignea cauda.
Damna accusatum: caput abscindas: onera me.

torto

torto &c.] Quia diphthongus torquet os. vt sit taurus. *Corniger*] Taurus. *quodque intus corn.*] Corniger vrus. *Toto &c.*] Quia vrus est maior tauro, & vox vstionem significat. *Damna accus.* pone in accusatiuo Taurum. *Caput abs.*] au. *fer T. onera me.*] auro.

Consul.

Rustice vis, quid sis, vel vis quidnam esse mereris?
Ex protheſi protheſin diſiunge, atque eiice. fies.

Ex protheſi] Quia eicies con. & deſiunge per. Ex. & fice exul.

Roma.

Si crudum excipias elementum, crudior exit.
Nam pudet inuersa voce appellare cloacam.

Si crudum] R crudum elementum. *crudior*] ἀμὰ. *Nam pudet*] non digna est, ut appelletur Amor.

Rosa.

Si breuis est, Veneris teneros aſſpirat amores.
Tempus vbi acceſsit, cariem ſenſisse videbis.
Oſſea ſunt intus cuncta inteſtina: ſed illis
Exemptis purgare poteſt, ſi ſpiritus adſit.
Si ſine vertice erit, merita eſt conuicia contunx.

si breuis] Rosa correpta flos. vbi acceſsit tempus, id est. producatur, a rodendo cariem sumit. & ludit. Quia tempore procedente cariosa fuit rosa vetus. *inteſtina*] Os. *Sed illis exemptis &c.*] Rha. *ſine vertice*] ola.

Barbarus.

Ante bipennigeros duro ſub conſule faſces
Exilio expulerat me Gracia ſola ſuperbo.
Hoc me poſt rapuit victor Romanus Achais.
Rureque multatus tum demiſi mihi barbam.
Qua media exacta Luca bouis horrida vox eſt.
Quod reliquum eſt radas: illi tunc ſarcina reſtat.

Rureque &c.] Rus. Barba. *radas.*] alludit ad barbam. *ſarcina*] βάρος.

Mel.

Infinita Dei pauxillo in nomine vis est.
Vltimus at numerus diuinum nomen adunxit.

pauxillo] El Hebr. *Vltimus at*] M.

Facies & vultus.

Hæc vnum duo sunt. muto vnum est, altera perstat.
In trunca est acies: in trunco est vltio trunci.

In trunca] facie, acies. *In trunco*] vultu, vltus.

Pomum.

Grammatici temere de te rixantur inepti:
Nos quibus eluſis domitum modico igne voramus.
Quin cocto caput aufer: erunt reliqua omnia cruda.
Pectore detracto mediique ab domine ventris.
Belgica dat puerum tumidis Brabantia buccis.
Vltima in Arabia propolim dat cauda Meliſſa.

caput aufer] ἐμὸν. *Pectore &c.*] Pum, *Vltima in Arabia.*] Arabes propolim vocant Mum. *Meliſſa.*] apis.

Caſtanea.

Si ſequeris nomen, quod dat Prouincia ciui
Æquoreo: mirum tegitur ſub nomine monſtrum.
Arma pedes: totum caput eſt. cæli æmula gyris
Non pedibus digiti, non diſſita cruſcula nodis.
Grallator ſic ingreditur, Scythica & fera, vt aiunt.
Si nomen verum eſt: ſum caſta iuuencula virgo.
Nec cælum is velut: at fulmen crepitu æmulor atrum.

Si ſequeris &c.] Caſtanea marina. *ſub nomine*] Echino. *Cæli æmula*] quia totatim ambulat. *Scythica & fera*] Machlia. *Nomen verum*] fructus. *Caſta iuuencula*] vita caſta.

Oua.

Terrigenis, & pontigenis, non denegat aer.
Singula ſunt illis, pene infinita ſedillis:
Eſt animal, non eſt. intus ſtat vita cibuſque.
Sunt etiam ſine patre ſatu concepta Fauonij.

Qui

Quid quod matre satum non fertur filius eius
Litera Græcula si desit, fit dictio Græca.

sed illis] piscibus. *Intus &c.*] vitellum. & albumen. *satu concepta Fauonij*] ὑπηνέμια. *Quid quod &c.*] Quia ouum est æquiuocum cum galina. *dictio Græca*] ὠά.

Turtur.

Quod nomen signare potest sub tegmine falso
Non colo, quas trepidi fratres, trepidæque sorores.
Sum minor: at triplex culmen pro corpore porto.

Quod nomen] à turribus. *quas trepidi*] columbi turres. *at triplex*] Tur apex est turris.

Intellectus.

Qui paucis datus est: omnes sed habere putant se:
Dimidium tollit, quod toto significatur.

Dimidium &c.] lectus, id est somnus, habetur.

Cultellus.

Officio nostro poteris exponere terram.
Ne iungas caput ad caudam, prohiberis ab illa.

Officio nostro] secando nomen exit Tellus. *caput ad caudam*] Culus.

Fumus.

Patri dissimilis sum, oculis inimicus acerbis.
Corripe, dilataque tuum paulisper hiatum,
Et fac iusta patri: Tum qui matre, & patre nullo est,
Cum cauda e cauda exibit fur incola cellæ.

Patri] igni. *Corripe. dilataque*] Humus. *patri*] Humato. *qui matre*] Mus.

Fellis.

Qui cum nomen habet commune celerrima bilis.
Dente mouet lites: cauda quoque signat easdem.

nomen habet com.] Fel. *Dente*] Lis.

Nemo.

Nemo.

Nemo negat se emere: vt quisquis vult vendere vili.
Augurij comes est, si curat more diauli.

Nemo est, ne emo. non emo. & non homo. ita lusit. quia nullus dicit, non emo si vili prostet. *Augurij*] omen. διαύλου δρόμος.

Doletus.

Totum promittit tum operam, tum munera truncis.
At fraus dira subest, ne vel cum pignore credas.
Prima tibi frons læta: necis vestigia cauda
Si accuses nequam, nanque est homicida, caputque
Amittet. Capite amisso tum deuoret ille.

promittit tum operam] Dolare. *fraus*] Dolus. *frons læta*] Do. *si accuses*] in accusatiuo. *capite amisso*] Oletum.

Seruus.

Sum Gallis bipes, & quadrupes, comedo comedorque.
Quod si me accuses, caput aufer: meipse vorabo.

Sum Gallis] Quia Galli eodem modo pronunciant, seruus, & ceruus. *me accus.*] in accusatiuo. *caput aufer*] Eruum.

Manus.

Cum caput est demptum; illa duos nos semper habebit
Quæ representat rem tetro nomine spurcam.
Millia tu centum viuas geminando liquorem.
Quem si diminuas, totum illud pluribus auges.

Cum caput] Anus. *rem tetro nom.*] sedes Anus. *geminando liquorem*] geminando liquidam. *Quem si diminuas*] Annus Annulus. plures literæ.

Cœna.

Vespere quæ exoritur, communem Græcia dixit.
Nec quicquam valeat, capitis nisi demis honorem.
Tu tamen huic Græcæ voci flexum adde Latinum.

communem] Κοινά. *capitis &c.*] οἶνα.

Aristoteles.

Prandium vt incipio: inuenio iunctum illico finem.
Vtrum idem est veri princeps, & finis honoris.

Prandium &c.] ἄριστον τέλος.

Furnus.

Furnus.

Integrum vt reuomam, integrum sic deuoro panem,
Vincla tori nequeo, nisi truncus ferre ingalis.
Nec concors. Ignes gero mi, sibi flumina coniunx.

Vincla] sexum. *nisi truncus*] furna diceretur. sed non dicitur. nisi trunca vrna.

Porcella.

Qua me olim integrum genitrix gestauit in aluo
Parte mei extrema dissectam in pondera condit.
Tu fac sulcum in ea, nomen commune videbis.

genitrix] Porca. *in aluo*] Cella. *parte mei &c.*] Succidia. *fac sulcum*] exime Cell, fit porca nomen commune scrofæ, & sulcis.

Scrofa.

Pinguis ex clune tibi cum de me diuidis offam,
Plusquam dimidium comedis: tum plusque relinquis.

Plusquam] Quia offa superat uno elemento, quod reliquum est. at relinquis plus. quia offa minor clunibus.

Cædes.

Centum ades solnas: tibi ne contingat idipsum.

Centum ades] C. Ædes. *ne contingat*] Cædes.

Milia.

Milia si demas: mensæ tamen illa relinquis.
In quibus affectat genitricem conditor Vrbis.

milia &c. Ilia lumborum. *Genitricem conditor*] Romuli Ilia mater.

Vlua.

Sum soror algæ salsigenæ, dulcique sapore.
Æoles infamem mundo fecere Mephitim.

Æoles infamem] Vulua, addito scilicet vau AEolico.

Facies.

Facies.

Sex sumus, atq; vnum, & variis sub partibus extat.
Multo maior vis in vi, numeroq; minore:
Atque in ea verbum inde minax, magè si minuatur.
Sic, verbum antiquum, quod nunc ipso exulat vsu.
Et verbum pra quo non sunt tibi cætera turba.

Sex sumus] sex elementa. *Multo maior*] Acie. *in ea verbum*] Cies. *Sic*] id est si adhuc minatur. *verbum antiquum*] Ies, quod exoleuit. *Et verbum*] Es.

Iuno.

Tres sumus: ergo duæ hic vna cohibemur in hoste,
Inq; solœcismo, quippe vno non tamen vna.
Tota furit: se dimidium furiauit vtriq;.
Altera nat ponto, summergitur altera ponto.
Vtraq; tum Dea fit, mutataq; nomina sumit.

duæ] Ino. Io. *Inque solœcis.*] Quia vno in nomine, non in vna Iunone. *Tota furit &c.* Quia furore acta vltionis Iuno furiauit vtranque Io & Ino. *vtraq; tum Dea fit*] Iis, Matuta.

Echo.

Mirum quæ ex aliis renouat bene sedula voces,
Ex seipsa nullam penitus renouare potis sit.
Ex seipsa] Quia aliæ voces ex ea nequeant extrudi.

Maledicus.

Arabicum articulum si tu post millia demas,
Fies, quod pauci: fies ex pluribus omnes.
Si Ægyptum Græcam, aut arcum fugat Æolis, illo,
Deterius fies, quod iam signarat aperte.

Arabicum articulum] post M, Al. fit medicus. *Fies omnes*] id est medicus, qua omnes volunt esse medici. *ex pluribus*] quia plures sunt maledici. *Si Aegyptum Gr.*] Δ. *Aeolus*] id est

id est digamma si expellat D. fit Maleficus. *Illo*] veteri, maledico, quod prima voce designabat.

Auris.

Principium, quo nunc audis, si surripis, vris.
Atque alium Graecus: mutat cum nomine sursum.

Principium] A. *Atque alium*] V. *cum nomine*] non solum sensum significatus, sed & animalis, quia ex aure nasum faciet.

Pluuia, *iterum.*

Dona Iouis sessus damnat quae tota tonantis,
Horum dimidio sint, non valet esse viator.
Quo ne plus reliquum fieret, non sibilat audax.
At si vos pueri desit, puero timor adsit.
Vna tamen latitans intus solabitur illum.

sessus damnat] pluuiam damnat viator totam. quomodo igitur damnat, si ne dimidio quidem carere potest, Via. *Quo*] dimidio. *ne plus rel.*] Non fit plus addito sibilo, ne dimidium illud plus quàm dimidium alterum vna litera, Via. *Vox pueri*] si desit vox puerilis, id est L, quæ pueris peculiaris est. fit Puuia, at puuire est verberare, vnde pueri ex Festo.

Poeta.

Tu neque si cogas abscisio vertice vires
Tum valeas reliquum pondus bene ferre poetæ.

Tum valeas] Quia diuisæ sunt vocales in poeta, & vnitæ in oeta.

Stultus.

Totum odere Dei, sapientes quippe, catique.
Ergo mulctatum capite acriter vlciscuntur.
Audaciter cauda Varro cumulauit acerram.

Audaciter] Quia Varro non thus à suffitu, sed tus à tundendo.

Mulus.

Mulus.

Peste perit primus, ventrem cum gessit, Homero.
Tum sterilis peperit dissecto abdomine murem.

Peste] ὑρῆας μὲν πρῶτον &c. *dissecto*] ablato ventre Vl.

Aula Rusticana.

Plus satis vna quidem: sed si centum addere cures:
Aptius haud poteris cognoscere, quid ferat intus.
Non frustra Plautus facit instrumenta culinæ.
Omnipotens meritis, o, subdito Iuppiter ignes.

Centum] C. fit Caula. *quid ferat*] bruta. *instrumenta cul.*] Aula. *subdito*] Ollæ.

Palma.

Victor idem quod habet, nimius capit acer honoris.
Et caput abscindit, quo res sit tutior alma.
Qua voce inflatus male litigat acer Hebræus.

Victor] quia habet palmam manu. *caput abscindit*] Alma. *acer Heb.*] Quia Hebræi pessimi in Isaia, litigant super Almu. nos dicimus virginem, illi mulierem.

Vina aperte sine AEnigmate petenda.

Hæc hilaris centum tenebrosa epigrammata lusus,
Tetrica dum sapidis soluimus ora iocis,
Hoc triduo, dum cedit hyems genitalibus auris,
Et Zephyri verna spirat ab arce tepor,
Fudimus. Ille etiam menti calor excidit audax,
Præcipiti vt ruerem carmina rapta manu.
Qui ne abeat, mihi Cantabricæ da vina Pyrenes.
Non sunt obscuris illa petenda notis.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI

MANES CATVLLIANI.

MAnes maximi, & optimi poetæ,
Et quantum pote plurimum diserti
Seu vos Elysius Thalia campis
Lentos dulcibus entheat susurris:
Siue argentea Sirmionis vnda
Contra consonat æmulum, canenti:
Spirate, o, faciles, meros Amores,
Mollem versiculum, Atticum leporem,
Puris vocibus, emicante vena.
Hinc vos in teneris toris tacentes,
Hinc ego in torulis iacens tenellis,
Momenta inuidula hæc pusilla morti
Suffurabimur, enecabimusq;
Dulcis obruta fluctibus Lyæi.
At vos horridula valete, abite hinc
Vitæ incommoda, tetrica Camœna.

Ad Cupidinem.

Si clemens mihi seruitus amoris,
Nec mordacibus inquieta curis
Candidos sineret mi abire soles:
Quid iucundius, expeditiusq;
Hoc regno foret impotente Amoris?

Nunc, cum mi imperat insolens tyrannus,
Vt viuam sibi totus: O Deorum
Quicquid fers titulum ferox Amoris,
Amabo aut age parcius proterue,
Vt diu tibi suppetamus: aut, vt
Duris incommoda temperent furoris,
Secum blandicula, venustuleque,
Decidas minimo, rogant Camœna.

Ad Lolliam.

Ætas mellicula, integri decoris,
Ætas scitula, mustula, integella:
Ecquid consimilem igneis labellis
Cum Rosam legis igneum nitentem:
Tecta tempora concitata lapsu
Sentis ducere languidam senectam?
Olim erit, puto, nec fefellit, olim;
Cum teipsam in medio tui requires:
Et dices: vbi sum? me vbi reliquit
Hæcine aureolæ integræ papillæ?
O dy reddite, quod tulistis, o Dy:
Aut ferte hinc memorem mei querelam.

Secundo amore acrius afflictari.

Olim dulciculi, aureique amores,
Qui leni recreatis aura amantes:
At nunc terrifici, igneique amores,
Qui sæua iugulatis arte amantes:
Quid tandem mihi, quid, feri tyranni,
Vobiscum, quibus vlla nec fides, nec
Est clementia, nec benignitas est?
Nam quis tam male fecerit clienti?
Quis bene afficiens suos, malum det?
Absentis coquit impetus medullas,

Præsentem

Præsentem necat, & magis potitum.
Vtrum eligimus miselli amantes,
Si plus perditus insecundo amore,
Quam aduersò pote perditissimum esse?

De discessu Cæliæ.

Ibis per glacies, crepidinesque,
Ibis Cælia? nec timebis Alpes?
Alpes Cantabricis feras pruinis?
Simplex horridulo puella vultu?
Et teges latus hispidi latronis,
Fœdi barbaricis manus rapinis,
Furtis, cædibus, helluatione,
Pura candidulo sinu puella?
Me pium caput, & Deis amicum
Longe abs te misere exulare cogis?
Saltem redde mihi meos ocellos;
Quos tuis rapiens, abisti, ocellis.
Ah, ah, quin potius feras: Herique,
Quantilla est ea portio, relicti
Solcitur senium, ægritudinemque.

Ad Catellum de eadem.

Quid fles Therionille amice? quid fles?
Quid quæris pede, subsilitione,
Gannitu, trepidatione, cauda
Quod abest? quota pars tui decoris
Abyit cum domina ad sacros Hiberos?
An nostros tibi quæstioni ocellos,
Et cordis profugum exulis cadauer,
Dicam esse? hinc abiere, dic Catelle,
Dic mihi Therionille, dic amice:
Quæsitum ibimus? at quis, ah quis isthuc
Vadatur, ne itidem exulemus? ergo
Præstat, ne pereamus, hic perire.

Ad Annam.

Anna, quæ fueras, nec es modo Anna,
Quæ te prætereiens retro relinquis,
Qui cum nocticulas, dieculasq;
Ludo ducere perditus solebam:
Nunc vix relliquiæ meorum amorum.
Cæsar, qui fuerat, nec est modo, ille
Ægra relliquiæ tuorum amorum,
Qui cum ludere perdite solebas;
Ante se nihil intuens, retrorsum
Crebro respicit ad nihil: suiq;
Nec vestigia reperit, nec vmbram.

Ad Cupidinem.

Si impune hoc liceat tibi, proterue
Cupido, facere: vt perire gratum
Sit mihi misero, sed immerenti,
Cur mihi misero, sed immerenti
Impune haud liceat, puer proterue,
Aliud facere; vt perire nolim?

De Caluo Gabalo.

Calue pessime Calue pessimorum,
Hircosi soboles ferox parentis:
Quem sordes Gabali premunt laboris
Pudore, illuuie, esurtione,
Solitudine, vastitate, luctu:
Ecquando ad stabuli fores redibis?
Ad præsepia sterquiliniorum,
Regna naribus imputata pandis?
Mercenarius, inquilinus, atri
Fumi plenus, & improba fauilla,
Excoctusque gelu, fameq; dirus,

Fœdus,

Fœdus, stercoreus, tremens, remorso
Panes furfurea, vorax placenta:
Canibus misere inuidens, quibus te
Demensum esuriente dat magister.
I, redi fera larua: nec serenis
Funesta decus oppidi renidens,
Bustuary oculi vibratione,
Pure, barbare, fascinator aura,
Calue, pessime Calue pessimorum.

Ad Sidera.

Minuta faculæ, minutiores
Dij cæli, nitidi Iouis Quirites:
Queis prospectus ab vltimis Eois
Ad seros facilis patet Britannos:
Rorate aut gelidam boni quietem,
Quæ cæcos mihi temperet furores:
Aut auferte Methyllię quietem,
Cuius munere freta nescit ignes.
Nil ago? scio quid rei sit. illis
Timetis male comparari ocellis.

De Virgilij inaccessa diuinitate.

Dulcis Virgilius, Latina Siren,
Duplex Mœonides, triplex Apollo,
Vnus omnia. qua ambiunt poetæ.
O cycne, o philomela, ver Latinum,
Mel merum Latij, Latina Athene.
O monstrum vitio carens. quid ergo?
O calum sine nube, lux serena.
O pontum sine fluctibus profundum.
Meri tecum trahis, incitamque mentem
Ignoto attonitum rapis furore?
O si in te penitus migro, meique
Tuis, nescius, inferor medullis:

Cur abs te doleam, me abesse tantum,
Quantum frustra alij prope esse credunt?

Ad montem Pessulum de Caluo.

Rides, Pessule, quod tuum vocaui
Caluum: pessime Calue pessimorum.
Miror, Pessule, quod tuum vocasti:
Sordidissime sordidissimorum.
Iure cum poteras tuo vocare
Furacissime Sabbattariorum.
Nanque e semine Sabbatarij Hibero,
Semimosicolæque, semimaurique,
Eiecti Helisabethicis triumphis
Confugere sub vltimos recessus
Ad te pars bona: Caluij parentes
Inter quos numerantur, & sodales.
Quo & nunc Porcifugæ tenere nomen
Scis hos, publica furta cum sonaret
Cuncta ad compita raucus Æneator:
Quæ tum fecerat impudicus, illam
Quando depecuatus est monetam.
Quare est, ne exilio, & fame periret,
Factus Clinicus. ipsemet coquinis
Pinsit ptissania, & rotat verutum:
Rimatur luteum foramen ani,
Quo clysteria tergimerda condat.
Hinc nil non satagens, gemens, recurrens,
Subsultans, volitans, screans, popinans,
Perfrictam caperans, scabensque frontem,
Secum verbula mansa murmurillans
Ægros expedit, enecat valentes.
Vt qui olim fuerat crumenicida,
Nunc occiso homine illo, & illo, & illo,
Furaci exanimet manu crumenas.

De

De discessu Attici.

Nunquam tempore tam beata paruo
Speraram momenta, quæ petenti
Diuinum mihi redderent amicum.
Nunquam tempore tam pusilla tanto
Hæc momenta putaueram esse, quæ sic
Abeuntia, me mihi relinquunt.
Nunquam tempora tam nefanda tantis
Momentis fore suspicabar: vt qua
Attico abeunte (Dij, Deaque)
Mi desiderium mei relinquunt.

Ad Musas de excellentia vini Aquitanici.

Aquæ Bellerophontidos potentes
Hippocrenides inclytæ puellæ,
Huc accurrite. vos vocat Lyæus.
Quin vos prouocat improbus Lyæus,
Purus Nyctileus Thyoniaus,
Denictis Aquitanicis arenis.
Vno in Cymbiolo, sed hoc pusillo
Sexcenti latitant, puto, poetæ.
Vnô ex Cymbiolo hoc (atulliano
Sexcenti caput exerent poetæ.
Vndas linquite: lex Bimatris hæc est.
Quis sanus neget obstinatus vndam
Mutandam lepidi haustibus Lyæi?
Vterque est, fateor, latex. sed alter
Est vestri dominus merus furoris:
Alter, ah male, carnifex leporis.

Ad Cæsarem Plemmynium Siculum.

Si Atticos numeros tibi negassem,
Atticissime Plemmyni lle rerum,
Cum ab incommodis tatibus valerem:

Deberem hanc merito increpationem.
Nunc, o Iuppiter, o Dei, Deaque,
Men' vitam vicis inquietioris
Viuere in cruciatibus profundis,
Vna vt sæpius enecemur hora?
At vos fortibus inuidenda sæpe &
Iisdem fortibus extimenda quondam,
Tori, dextera, Martij lacerti:
Valete optima, & optime probata.
Linguæ & cedite candidæ Sorori: vt
Quod restat miserum miserrimorum,
Crudeles oneret Deos querelis.

De Myrtilæ basiis.

O iam parce, dare arma mi furenti:
Madenti addere parce mi venenum.
Da mi, Myrtila, quicquid e Sabais
Spirat Balsama consitum frutetis.
Da mihi Assyrium libens oluum.
Pestanis refer omnia e rosetis.
Hyblæos mihi congere huc susurros:
Huc aquæ salientis, huc Fauoni
Lentum sibila murmurantis æstum.
Propere omnia Myrtila. Vt quid, inquis,
Tam latos pote peruolare campos?
At tibi pote, quæ ampliora: quæ mi
Nectar basiolo vnico recludes.

Ad Popilios patrem & filium Cossutianos.

O pura proceres sodalitatis
Popili pater, & patris Popili.
Quid fit? quid noui ab vltimis Britannis
Tranquilla modo nauigatione
Molitis estis? vt in mari sit: altas

Cum

Cum alcedo pelagi premit ruinas.
At tu ecquid patria memor salutis
Vota concipis visitatiora,
Si vterere Aquilonibus secundis?
Soluistin' reus? Hoc Deus monet nos
Apud se positum bene hic merenti
Pramium pietatis vt putemus.

De Caluo.

Caluo cruscula sunt arundinina.
Est cerusicula plusquam arundinina.
Verum vocula sesquiarundinina.
Cerebrum minus est quam arundinium.

In Maurum.

Potest Grammaticus, beatus esse?
Ciuis, sordidus? inuidus, benignus?
Bis puer, sapiens? leuis, seuerus?
Maurus, candidus? eruditus, ater?

Donat Atticum chirothecis.

Fidelissime Romuli nepotum,
Mellitum decus Attici leporis:
Quo fide tegerem manum beatam,
Mitto xenia parua chirothecas
Abunde Indico odore diffluenteis.
Quo linguam tegerem beatiorem,
Reginam veterum eloquutionum,
Arcem, ac prasidium elegantiarum,
Mundum mittere debui. sed ille
Vix, puto, capiat quod eloquare,
Facundissime Romuli nepotum.

Ad Syluium filium.

Sera Syluiole otium senectæ:
Orbi relliquiæ aureæ parentis:

O festi patris optimum leuamen:
O vitæ vnice despicata ocelle:
Quid rerum geris? an meos labores
Tuis pulchra laboribus recudens
Delesti? Perge, puer, disertiorum
Augere ingenios choros virorum,
Et spes fulmine præterire mentis:
Quæ tam grandibus excita periclis,
Subscribunt patris vsque, & vsque votis.

Ad Turdum suum.

Dulci Turdule docte gutturillo
Asperas animi leuare curas,
Cantillans modulos minutiores:
Condito mihi pectoris medullas.
Cantiuncula vt inquietiore
Oblitus veterum miser malorum
Mentis improbus acquiescat æstus.
Da mi blandula murmurilla mille,
Mille anfractibus implicata: quod sit
Pote eludere vortices Charybdis.
O princeps auium beatiorum,
Quæ grato dominum excitant susurro,
Rex nostræ volucelle vocis almæ,
Dulci Turdule docte gutturillo.

De Ortales superbia.

Reppulit modo basium petentem
Formæ dotibus Ortale superba.
Reiecit fera sauium precantem,
Vultuque, atque oculis, manuscultisque,
Vultu sidereo, igneis ocellis.
Manibus niueisque, eburneisque:
Atque ait: tibi tam peracta tota hæc,
Me vt ames, alia est petenda vita.

O vere miseri, o miselli amantes.
Si mortis propera impetus iuuat: si
Mature expedit exilire vita.

De Caluo.

Caluus, cui cerebri nec vlla mica est,
Nulla guttula, nulla gutticella,
Nec vestigia pulueris, nec vmbra, aut
Somnij somnium, imaginisve imago,
Cur vulgo cerebrosus est vocatus?

De abitu Perillæ.

Quis monstret dominam? qua abiuit? aut qua?
Qua vestigia, quos sequar recessus?
O qua vmbrantibus obsiti frutetis
Colles pinguibus imminetis aruis:
Qua gressus tulit illa? qua locuta est,
Quod de me meminisset, & placeret?
Qua fagus? qua abies? quod esculetum,
Aut lentum siler, aut olens cupressus
Attrectabile, mustulentulumque
Auys latus integunt tenebris?
Prata mollia, mollicella prata,
Vos tantum plagij? nec esse pœnam,
Cui tanto e numero luatis, vllum?
Aut mihi illico reddite huc puellam:
In partem aut aliquam vocate amantem.

Ad Syluium filium.

Sylui, dispeream, nisi omne factum,
Atque idem inteream, nisi omne votum
Pro vobis fuit, vt bene, ac benigne
A me esset; fieretque diligenter
Sic, quamplurimum, & vt pote est, parenti.
Nam quid gratius esse quit parenti,
Cui cordi sit in vltimis periclis

Fatalem

Fatalem effugere esuritionem:
Quid? quam vt sit bene liberis suis: quos
Sue substituit perenne vita:
Queis vitam instituat nec obsoletam,
Nec vita tumidam Neronsana:
Sed frugi mediocriter beatam.
Verum Sors mala, Sors maligna, Sors, qua
Bonos ab male habet, malos beat: me
Exemit numero valentiorum:
Quem olim (Dij) decorare sic solebam.
Mirum ni misero excidistis: ah quem
Subducta ratione rem putantem,
Excurso spatio, imminente fato,
Dictum factum abeuntibus diebus,
Sui oblusio cepit, & suorum.

De Turpilione alcumista.

Carbonarius ille, quem videtis,
Non est; o lepidi mei sodales.
Impostor malus: hunc cauete fures.
Vult artem sibi vindicare vestram;
Verum artem vafer arte condiendo.
Sic artem, puto, mutat vt metalla:
Que mutata manent tamen priora,
Imponit faciem facetiorem
Plumbo, cinnabariq;, sulfurique,
Aurum pollicitus parare plumbo.
Mentitur penitus, nec ille mutat.
Aurum transmouet in nihil frequenter:
Quando aurum nequit excitare ab are,
Ne non mutet, vt antea recepit.
O seclum stupidumq;, plumbeumq;.
An potest aliquid boni, probiq;
A fuligine & improbis fauillis?

Conque-

Conqueritur debilitatus conuulsione a vetere cicatrice.

Quid egi miser? o miser, quid egi?
Quis vnquam vspiam inauspicatiorum
Somnians potuit patrare: quod sit
Tam incestum, tam & inexpiabile, vt mi
Mei vsum abstulerit, superstitemq;
Tantis funeribus meis relinquat?

Consolatio.

Perfer, Scaliger otiose, perfer
Quæ bonis superi boni parare
Consueuere: nec imparem, potentum
Prabe assultibus, impetum, Deorum.
Ne iactaueris istud, immerenti
Euenisse tibi. Bonis fit hoc. est
Prauorum meritis modis perire.

Anthypophora ad consolationem.

Si bonis male fit, malisq; recte est:
Et bonos superi boni procurant:
Cur bene est superis, bonis malignè?
At vos esse pios, piosq; amare
Alia ratione, quam nocendo,
O Dy mi date copiam canendi.

De Caluo.

Caluum olim puerum casa paterna,
Quam conductam habet inquilinus atram,
Latam sex pedibus, nouemq; longam
In fera sterili iugo Cebenne,
Fames expulit. Hinc ibi propinquum
Adit sacrificum, cui nec vrna,
Nec scutella, nec vrceus, nec arca,
Nec tripes, nec imago picta mensæ

Solebant

Solebant Dominum impedire euntem.
Quin scopa a casula exulabat. esset?
Vt quid? quidnam ea verreret? caminum?
Olubanum? deerant, deerat fauilla.
Pene sol deerat, dieque, noxque.
Locus soriculisque, araneisque?
Nequaquam. omnia munda, pura, sacris
Digna, sacrifico, atque olente Caluo.
Solus cardiuorus proax asellus
Sub dio miser excubabat. illi
Tum Caluus datus, ille Caluus, ille,
Qui nunc sericulatus, undulatus
Caldis delubra deuorat precillis,
Est a furibus, a lupisque custos.
Hic olus fuit hic et magister:
Cuius cantibus eruditus almis,
Buccis furfuress statim relictis
His, quas sacrifico ferunt marita,
Vt solas olidi molant mariti,
Semihora illico prodit poeta.

Audecti filioli bimuli acerbiss. morte enecti Manes alloquitur.

Celites teneri, noui, tenelli,
Turba mustula, pupuli pusilli,
Puri, candiduli, aurei, nouelli,
Siccine aureoli optimi, integelli,
Inter tot lachrimabiles procellas
Enasistis, & euolastis? eheu
Diuini heu Genij potens puelle,
Morosa heu senium mea senecta,
Troianis lacrymosior ruinis,
Fatisque inuidium, metumque fati.
Placastis inuidiam, metum leuastis

Puic,

Pure, candidule, auree, integelle
Nil patri, nisi lacrymas relinquis.

De pædagogorum colluuie, qui medicinam primoribus literis temere profitentur.

Valete o medici cohors proterua.
Nam inanem facere, vt meus Catullus,
Infames vetuere me rapina.
At vos o medicum cohors maligna,
Plena turgij & infacetiarum,
Rixosa, inuida, temulenta, dura,
Petax, futilis, infidelis, audax,
Trahax, garrula, contumeliosa,
Docta imponere, palpitare docta,
Decoctrix fideique, nominisque,
Farcta proditionibus nefandis,
Odijs, dissimulationibusque,
Cynicum species noua, & pudenda,
Pro morte ah pretium petens, ferensque,
Manum carnificum emularis: auri,
Argentique fitiuloſior, quam
Boni nominis, & boni pudoris.
Vale carnificum cohors cruenta,
Plena sanguinis & necationum.

Ad Burdegalam Attici patriam.

Frenatrix maris extimi superba,
Sinus prapete quæ beata portus
Audis aurea maximum Senatum,
Nutrix nobilis inclyti Lyæi.
O nec tam maris horridis habenis,
Nec miri sinubus beata portus,
Nec vena vitrei Thyoniæ,
Nec sancto venerabilis Senatu,
Quam quod mater es Attici. quid isthic

Cals

Celi semina primulum sereni
Diuinum caput hausit & tenello
Risu dissipat incitas tenebras.
Felix terq; quaterq; terra felix,
Grandi pignore, dotibus superba,
Aut iam iam accipe me in sinum beatum:
Aut meum bona mi Atticum remitte.

Ad Curas.

Quid vultis maleominata turba?
Quid vobis maleferiata vultis?
Pure carnifices serenitatis,
Cure semina pessimæ senecta.
Non vobis legio o maligna, sat sit
Paupertas? cruciatus? orbitas? mors?
O fera exilijq;, tædijq;
Condimenta: quid amplius feratis?
Odi viuere: non satis? videtin'
Ut vestigia turbulentus anni
Horrescam? neq; amica sit quies. nec
Magis vel metuam, vel extimescam,
Quam quod censuerim antea expetendum?

Ad Thomam Seuinum.

Seuine optime, ab optimo parente,
Optimo patruo, aureis amicis,
Antiqua decus eruditionis,
Nouarum pater elegantiarum,
Culto pectore, moribus vetustis,
Ne tu vel nimis, ac nimis venuste
Egisti. qui etenim fores poeta
Magnus, candidus, elegans, venustus,
Graui Phœbigenum incitatus æstro,
Sanguine, ingenio, institutione:
Ne nos desidia, & rudi veterno

Marceremus:

Marceremus: vt ij, quibus Camœnæ
Seram difficiles dedere Laurum:
Inuitis, facili manu, Camœnis
Misisti illico liberalis œstrum,
Diuinum laticem inclyti liquoris:
Qui secum innumeros trahit poetas,
Nolentes fugit, incitat volentes,
Torpentes acuit, necat veternum,
Qui Monœmbaticisque, Reticisque,
Corsisque, Trebiisque, Dalmatisque,
Renanis, Siculis, Corinthiis, &,
Ne longum faciam, omnibus superbe
Sibi assurgere iusserit: peribunt.
Quare ne mihi ne seuera posthac
Iuga ostendite tetricæ puellæ,
Aut Ascra, aut Heliconis, aut Olympi,
Celsa, Iuppiter, & laborioſa,
Aegroto, vetulo, ſiticuloſo.
Coronam facilem, parabilemque
Hic centum mihi Apollines parauerunt.

De Calui parentibus.

Calui ſemiaſini ſues parentes,
Quanquam hoſtes ſuibus ſues parentes:
Calui viniuoræ ebry parentes,
Quanquam viniuoris aquæ parentes:
Calui furtifici improbi parentes,
Quanquam furtificis probi parentes:
Caluum atrum ediderunt nigri parentes,
Caluum ſeſquiaſinum ſues parentes.

Malorum genus omne perpeſſum.

O Fati feritas atrocioris,
Noſtris paſcere cladibus proterua.

Ah nondum satura es? sed impudenter
Pergis pergere? nec futurus vnquam
Finis es veterum mihi malorum?
Vt nouis cumules malis vetusta,
Oppido exulis inter obsoletam
Mentem cladibus obsoletam insultis.
Ecquem sordidius, maligniusque
Vno me isti habuere ter tyranni?
Me me, qui vnum, & item alterum colebam,
Ah plusquam satis, ah satis superque.
Quis pares videt execrationes?
Furta? incendia abominanda? mortes?
Perdita omnia: omnia interempta:
Conclamata: vale: ilicet: perimus.
Segetesque, gregesque, liberique,
Vsus corporis & mei mihipsi.
Magnis magnificisque, fortibusque,
O Dy, pro pietate sic repostum est?

Vt cum Cinxia zonam soluat nouæ nuptæ.

Hymen lucide fuscule tenebris,
O Hymen vigil ebrius ocellis,
Pacis pralia conerens serena:
Optate o teneris tener puellis:
Sensim cingula solue virginalia,
Inde pergili lucernulæ ignem.
Tantum. cætera o abstine Hymenille,
Salacissimus omnium Deorum.

Optat supremum diem.

Sexagesimus hic dies, serenum
Cum sub nubibus abdidit caput sol:
Nec curat subar explicare terris.

Ar

An leges pius obsitam senectam
Tui Scaligeri pij poetæ,
Morbo, cladibus, orbitate, luctu?
O, seu te prope decoloris Indi
Orba nubibus, orba regna nimbis,
Tractus lucíferique, limpidique.
Seu longe Scythicæ vident pruinæ:
Dator lætitiæ, pater leporum,
Nil tecum mihi mortuo: Sed o iam
Postremum te vbi vidi, ibi futuris
Postremum quoque viderim tenebris.

Calui impuritas.

Non sic (calue futurum inepte, non sic.
Non sic rustice sordidate abibis.
Non potest: neque conuenit pudenti.
Tu eductam bene virginem, ac pudice
Sic lactaueris inscio parente,
Irretitam in amoribus profanis?
Ab isthoc animo otio, et proin
Quasi nemo tibi exprobrare posset
Factum. propterea quod huic parenti
Res sit pertenuis. minore censu: in
Agris, inque opere in diemque vita:
Audes temnere rusticus colonum?
At qui, Di, homo? qui? qui inuimore
Ventre est, quam media dies cicadis
Cum cali meditullio silet sol;
Et longas subiens vorauit vmbras.
At quem, Di, hominem? quem ego profecto
In vita optimum, & integerrimum vsquam
Viderim, & memorem oppido Deorum.
Quare si sapis expiande (calue
Porco, & auriculosiore asello,

(Tua victima vtraque digna vita est,
Vtraque assimilis, propinqua vtrique)
Ei satisfacies probe, ac pudice.
Quo te cunque modo pudorque, lexque
Seu iubet, tibi seu suadet. at si
Isthæc auriculis capis supinis;
Et morum nihil aspidis remittis:
Ludum, & somnia iam hæc fuisse dicas:
Prauæ quam rabiem dabunt Iambi.

Mutata ætate, languida Venere largius Genio indulgendum.

Versum est in cinerem Ilium superbum.
Roma concidit. ah cadaver hoc est
Roma, sed vetulumque, putidumque.
Mutata est Babylo insolum vetustum:
In vinum Venus. o venusta rerum
Commutatio, inauguratioque.
Si insaniit Dea: nos Deus replebit.

Castigat se de immoderato luctu in morte Audecti filioli.

Animæ improbulæ, impotens, inepte,
Inquietudine, cogitatione:
Proh Deum, atque hominum fidem: quis ergo
Quis erit modus æmulationis?
Quis finis fuat imprecationis,
Per te te capitis tuo, & tuorum?
Bellus pusio, bellus ille postquam
Pauens, parvulus intererrat umbras.
Ah factum male: pusione postquam
Niger candidulo est potius Hercus.

Exoptat otium.

Si otium mi adipiscier potis sim,
Si potis rapidas fugare curas

Furtinis

Furtiuis laniatibus tyrannas:
Totus sim tuus o benigne Paean:
Sim vester Heliconides: tuusque
Alte conciliator o quietis,
Liber o pater optime optimorum:
Qui vltro pellicis auream quietem
Pro qua ego lepidissime o Deorum,
Quas hic cunque resumpsero Camœnas,
Sane te sine languidas Camœnas,
Appons volo gratia benigne.

A morte nihil differre ambitionem.

Et si me studij perenni amore
Iactatum, ambitionis æstus atre
Male habens, acuit: meiq; iuris
Hinc, quo sim minus, efficit resorbens:
Anfractusq; vorant negotiorum:
Tum ille, qui hactenus in sinu Thaliæ
Spirabat placidum quietis auram,
Martis pristinus excitatur ardor:
Tamen cum video, quid interest, hoc
Nostrum viuere sic, morique nostrum:
Eheu quam nihil interest: puto nos
Viuendo, bene funditus perisse.

Ad Remulum Pacinium.

Audiui Remule intimas querelas,
Intimo ex animo meras querelas.
Quam nullam rationem inire possis.
Exolutus vt ex amoris aula
Feras vindicias prioris aui.
Ah prolixius vt, virilius que
Qui dares operam: quo eos amores
Mente dilueres volens: nec vltro
Aleres animo exulante curas.

Queis incenditur, & furit libido.
Frustra. Nam aut bene sera se voluptas
Offert: aut cito, vix recens, recedit.

Qua ratione meretricularum petaciam vlciscatur.

Quas vides, Theotime, per plateas:
Quas per compita, per vias, ad aras,
Ad delubra Deorum, ad angiportus.
Sat crebras agere: has puer caueto.
Vides ne tibi gemmeas papillas
Humeros niueosque, eburneosque:
Nuda pectora, petulos ocellos.
Multa millia quæ negotiorum
Facessunt sibi, item vt tibi facessant.
Ornant, luxuriant, lauant, popinant,
Inter se: foris hoc nihil necesse:
Vt belle videantur, & pudice.
Petunt solicita, nihil petendo.
O pellacia subdoli furoris:
Si silentia sunt vice eloquendi.
Nil petunt? petere est. petunt pudenter,
At tu si sapis, vt sapis venuste,
Sic, dando nihil, ys dato pudenter.

De monstro inuidentiss.

Quidam barbarus, & parum pudicus,
Vt solatiolum sui furoris
Impartiret amiculis benigne:
Olim vt vir sibi, credo, visus esset
Illotis pedibusque, cruribusque
Manu furtificaque, & ore duro,
Regina Genium bonum, ac beatum,
Diuinum Italiæ decus Deorum
Labe affecit ab improbis lituris.

At vobis male sit, malæ Istuæ:
Quæ immerentibus oblita papyris,
Necatis miseræ malæ papyros,
Spurcæ barbariæ, impudiciore.

De Narnia defuncta.

Dormis Narnia, Narnilla dormis:
Nec me, vti prius, ante limen auris
Obiectum gelidis, foues quiete.
Suauiabilis osculis trecentis.
Amplexabilis omnibus lacertis,
Quot sunt, quot fuerunt, quot aut futuri
Sunt, aut fingere possumus futuros.
O, quas nequitias, libidinesq;
Condire assueras leui susurro,
Linguaque, oreque morsiunculaque,
Titillo tremulo ciens cachinnos.
Aureo femore, effluente lumbo,
Incitabilis incitabilem me
Amenti rapiens furore, rapta:
Raptaque, & rapiens pari furore,
Pari turbine, mutuo recessu.
Quæ nox conscia, non dies tegebat:
Sed nec conscia non dies tegebat.
Ah lux inuidula, ah dies recisa:
Nox breuis nimis, ah nimis breuis nox:
Olim quæ tegeretis illa: quæ nunc
Noctis perpetuæ tegunt tenebræ.

Nihil stabile.

In mentem, mala nostra cogitanti
Numero mihi venit: altiori,
Vt peius ruerem, loco potitum.
Nam cum Fors mihi se daret, pusillo
Contento, ac temere nihil petenti:

Illo tempore Fata luculentiam
A me gratiam inuerant. sed illa
Nunc frigent mihi tota: posteaquam
Nec res mi meliuscula est, nec hora,
Labascitq; animus stupore victus,
Quibus vultibus hoc pati potis sim.
Nam qui vnquam fuerint miserrimorum
Me intendo miserum omnium esse gratus.
Sic fucus mihi fictus. vt sedenti
Fortuna in gremio malum daretur.
Malum pessimum, o, omnium malorum.
Quare o relliquiæ optimæ Italorum,
Quos nulla exulto via reportant:
Durate æquo animo: nihil rogate.
Solus scit Deus: & dat, vt cuique est.

Curas poculis necandas.

Quis o quis vigiles, quis obstinatas
Noua mi iugulabit arte curas?
Arma, arma huc date: concitate tela.
O, gradum addite. Non abstis? ergo
Huc scyphos puer, huc capaciores.
Da mi pocula mille, deinde centum,
Dein centum altera, dein secunda centum,
Dein cum millia multa fecerimus:
Conturbabimur. vt nec hoc sciamus:
Nec queri queat impedita lingua.

De Caluo & mulo suo.

Caluus cum vetulo hinnulo senex se
Cimex pumilione comparabat.
Centum annos simul ambo computarunt.
Vnum hoc: cætera conuenire nolunt.
Hic abstemius, ille temulentus:

Hic vinum sibi, ducit illum ad amnem:
Hic edentulus, ille sesquidentis:
Catuus est furiosus, ille nequam:
Sapit pro domino, pro utroque mulus.
Mulus pro domino est catus poeta:
Uno claudicat hic pede, hic cerebro.

Theonillam peierantem nihilo fieri deformiorem, aut pauperiorem.

Qui modo fueram peculiaris,
Unus, unicus, unicoque. siquid
Penitus penitissimis medullis:
Nunc me habet Theonilla segregatum ab
Sese: nec miserere habet furoris.
At vestri, Theonilla, Dij vbi sunt?
Quorum numina peierata gratis
Vel cum munere crimen hoc remittunt:
Vel cum fœnore gratiam reponunt.

Lusus Theræ puellæ.

Iam lumen teneri procax diei
Crebrescit gremio in senis mariti,
Rimans viscera Nerei profundi,
Admordens tremula assiltione
Largis aquora rorulenta guttis.
Thera passere, passerumque catu
Quouis feruidior, salaciorque,
Nostra prælia sic direpta obibunt?
Illa? sic temere, atque inulta? quin mi
Obire hic citius, Therilla, certum est.
Dum fugis mi oculos, tuos requires.
Dum exhauris mi animam, tuam relinques.
Fecit mutua transitus duarum.

O, iunges iterum ne separatas,
Pressiuncula, inosculatione,
Arcto amplexu edera tenaciore?
Tum Lux lumine sit superba largo:
Vt libet, placeat sibi: Iuisque,
Dum obortas mi oculis tuas tenebras
Cuius sit pote comparare luci.

Tumulus Andreæ Alciati Iurisconsulti.

Qua fatis fuit inuidis superstes
Pura dictio, nobilis, diserta,
Compta carmine melleo poesis:
Ingens cognitio erudita rerum,
Iuris regula iusta, lexque legum.
Immortalibus explicata pennis
Virorum beat ora doctiorum.
Nil sunt cætera, quæ capit sepulchrum.
Immensis meritis vterque vtrique
Incumbunt duo, mutuoque certant
Vix totus decus orbis Alciati,
Totius decus orbis Alciatus.

De amoris sæuitia.

Curam sæuus amor fugat quietem.
Sauum sæua fugatque cura amorem:
Amor peruigilem vigil quietem:
Peruigil vigilemque cura amorem.
Quam præclare agitur meas mearum
Curarum mea cura vindicatrix
Curas perdere si potest; meisque
Flamma flamma mea perire flammis
Atque ignis meas ignium meorum.

De furum sui temporis multitudine.

Furax progenies recens, vetusta,
Nostris temporibus, paterna, auita,
Fur vxor sine fine, fur maritus.
Fures filius hic, & hæc, & ille,
Quis furacior est, fuitque, curant.
Quis furacior est, eritque certant.
Furacissima tempora hæc triumphant.
Quare progenies quoque hæc triumphat.

De Vitellia.

Si quis versiculos meos minutos,
Si quis candidulam meam Thaliam
Mollem molliculam atque mollicellam
Comptam stemmate, crine, purpurilla,
Phœnomeride byssina: sed illa
Digna pectore virginis Minerua,
Roget blandulus ore curioso
Quonam tendat iter suum pudicum,
Quonam cogitet, aut petat penates?
Flore nectaris hæc canat Thalia.
Sacra ad tecta Vitelliæ beatæ,
Augustos ad Apollinis recessus.
Idem nanque Vitellia atque Musa,
Idem nanque Vitellia atque Apollo,
Idem Castalis & sinus biuertex,
Augustique Vitellia penates.
Rore nectaris hæc canat Thalia,
Canant molliculi minutulique
Nani versiculi esse se minutos.
Grandes posse nec esse de minutis
Se, nisi in gremio Vitelliano.

Canescere, & curuum terram obtueri.

Satis, iam satis est, procax libelle.
Sat lusus, satis est facetiarum.
Non vides, quibus hoc senis tocosi
Oblitum caput albicat pruinis?
Tum manus trepida. at graues occidi
Priscæ tergorà duriora matris
Constricantur originem vetustam,
Communemq; domum tenebricosam.
Valete o Superi, o loci valete.
Valete o Veneres, Cupidinesque:
O nostri memores valete Amores.
Quos cum Manibus optimi Poetæ,
Feci pessimus omnium poeta
In calum lepido volare versu.

IVLII CAESARIS SCALIGERI ATA.

ANime, profundi cui patent Poli ſedes,
Ianiſque ſummi: cuncta qui vides præſens
Quæ vel fuere, vel futura ſunt vſquam:
(ium tetra monſtra contueris, & monſtris
Tro morte vitam, præmium datum in pœnam,
Pœnam vicisſim in præmium, in probro laudem,
In laude probrum, recta, prava, confuſa:
Non contremiſcis Anime, quem Deus iuſſit
Agere benignum, ſimplicem, pium, rectum,
Qualemque te formauit, & reformauit:
Non contremiſcis: ſicubi vides ſæuum
Canem minaci turgidum tribunali,
Trucis tegentem aperta furta latronis?
Canisque ſæui (quæ cohors!) lupos daros
Sanuis cruentis, diffluentibus buccis
Atram afferentes innocentibus mortem
Si nulla triti ſpes refulſerit nummi:
Tetriſque pœnas ſontibus remittentes,
Quando efficacis fulſerit ſalus nummi.
Anime, expiata infanda qui cupis ſæcla
Stringente veritate, cum nequis pœna:
Si vera dicis: cui videberis mendax?

Mendi-

Mendacibus. Qui persequetur insontem?
Sons persequendus. Quis minabitur iusto?
Qui fœda facta vult latere, non dici.
Quis impudica furta furis absoluet?
Qui ex impudica latro natus est mœcha.
Circumsper aurem, lumina, impetum, mentem
Terra, aquor, aer, etheris globus, cœlum
Quicquid Deorum es, siquid es Deos supra,
Iamprimum ad hæc cruenta vos voco claustra,
Ad veritatis carcerem, & bonæ pacis,
In queis vetus mortalium sedet pestis.
Nanque hoc videbis condidisse de ligno
Vilem cathedram, qua sibi petat buccas
Factum refectum bisque terque fumoso
E litigante pauperem rogatorem,
Quem fecit aduocatus esse mendicum.
Hereditatum falsus exterebrator,
Adulterator pessimus tabellarum.
Maius tribunal cum minore decertat
Virtute nulla, vrente sed simultate.
Sententiam appellatio refert illi:
Vt quaque opus sit, aut reformet, aut firmet:
At illa deformata, non reformata est.
Tum a iudice vltimo amplius triformatur.
Videsne fronte perfricata vt impurus
Pecuniæ corruptor, & venenator,
Pecunia recisor, & rotundator,
(Natus ne Pippus, an pater, nihil refert:
Nam vterque peior altero esse contendit)
Falsis recinctum testibus latus stipans
Quatit pauentes credulî fori pilas?
Videsne duros filios Hamaxæ
Cui millies minutulo asse conducta
Callent, calentque ferrea manus plaustro:

Habere

Habere præ se despicatui Reges?
Videsne marmorata tecta Volselli,
Cuius recondit postha nuda cognatos?
Videsne longi stulta iussa Buccæi:
Cui salgamata frusta de manu pendent,
Et pisculento falsilago de naso:
Præfigere arma & ferre mobiles pennas?
Videsne pessimum omnium trifurcatum,
Auiti aratri, patriæ artis oblitum,
Qua baiularet semitarius fasces,
Crepare bella, regna, sceptra, fortunas?
Regina virgo, sponsa regis immensi
Intacta quondam, pura calitum consors,
Nunc triplicis admirata belluæ cristas
Horret cruenti contumaciam vultus,
Seseque fucis oblitam meretricis
Abominata, spurca se nec agnoscit.
Hos præterire si tibi magis cordi est:
Sese offeret pro his vnus omnibus Sculna,
Qui flagitiorum castra solus opplebit.
Qui nunc calenti sole pendet in furcis,
Qua belluosi feruet aura Neptuni,
Donatque curuo luna portui nomen.
Nam persuasum est omnibus Palatinis
Apparitori, nuncio, viatori,
Surdo, nisi pecuniam feras, scribæ,
Vnam nec esse pendulo satis furcam.
Periuriorum ludus, & scholæ, testes
Tum commodato vel dati, vel accepti.
Si tibi videre plenius placet, cerne
Ludimagistrum, frontis horridæ hirsutum,
Et semidoctum pædagogulum argutum,
Qui peruicaces rixulas serens vrget:
Siue ille Caluus, siue tetrior Caluo,

Qui Horatij plagosior magistello est,
Quas ille dederit, aut domi, aut foris turbas.
Inde ater assentationis, & stupri
Mendaciorum turpis aulicus manceps:
Vnde ore duro, fronte sauus obstipa
Vltricibusque iure debitus furcis
Fur, versipellis, prædo, mango, productor
Olim faceto notus Imperatori,
Fumumque vendens interemptus est fumo.
Nouemque medicus Pergami dissertator,
Cui lingua melior arte, quam suam iactat:
At febris illum, & lassitudo delusit,
Et sesquitertiana ridet, ac fallit.
Tum dura cauda septimana quartana;
Et delicata podagra, miles inuictus.
Nam e soluilumba Venere, soluilumboque
Baccho creata est soluilumba chiragra.
Non metuit Hectica, aut diurna, non errans,
Non quæ reuertit, quæue deficit, quæue
Crescit, nec vno qua tenore contenta est.
Ergo sat est, si sericam trahat pallam,
Epomidem circumdet, intonet raucum,
Toruumq;, quale pædagogus illius,
Cui mundus vnus haud sat, & nimis tandem est.
Elata pompa talis Archiatrorum,
Fastidioso cuncta qui leguntur nutu,
Lectisue abhorrent turgido ore, contemptum.
Quos sequitur atro concitata mors telo.
Dic alchymistæ follium voratori,
Quem qualis impostura crebra ditauit,
Aurifluus cum pauper arte sit factus,
Leuior qui, inaniorque folle, ventoque est
Cedat pudori iura veritatique.
Crumenimulgus stultioris ætatis,

Ante

Auro illæ nunquam, semper at fame pallens:
Nam qua via, qua oratione, quo vultu
Aurum popoſcit, qui datum eſt aurum?
Qui poſcit aurum, pollicebitur ne aurum?
Pro præmio aurum poſcis, & crepas aurum?
Hic ergo, cuius e metallica vena,
Quæ caſſiterides judæ, aut Molybdenam,
Lithargyrum, aut Hydrargyrum, aut Sideritim
Profitebitur, jurabit, aſſeverabit
Ira excitatum lucidas notas auri,
Fronte impudenti, & plumbeo planus vultu.
Quoties beatum dixit eſſe, qui nullum
Decempedam expediuit agrimenſori,
Tantum redemit inſolentia, & fraudis
Quiſquis ſagatos vitibus domat colles
Foſſore, vinitore, paſtinatore:
Cum ſaltuatim palmitis modum pangit,
Aut arcuato duplicat pedem Mergo,
Propagineſve ducit obſipans longe, ut
Annicula in nepotibus reformetur,
Bipalio, aut ligonibus ſcrobem deplens,
Ut cochleati compleat ſinum proli
Aut ad ſecundas pemma proferat menſas,
Sapidi Lyæi vitreos glumos Patris,
Condititiaſve, aut penſiles ferens vuas,
Quæ rore tepido luculis recentantur.
Quare exputando diligenter obſeruat,
Ne delibretur Mater, at recidatur
Focanens, qui exugit & relinquatur
Protuberans furunculus, ſui cuſtos
Fratris, ſenecta ætate ſi ſit effœtus.
Miſer ipſe, Aquilonia flabra ſi gelauere.
Tum vt quiſque vellicularia colit vitam
Nos iſtius diſperditi monet mundi

Sicariusque, furque, latroque infamis,
Quorum taberna nunc triumphat, & ridet.
Qualis cohortis de cohorte desertor
Arctas cruentis obsidet vias telis,
Commilitonis erro proditor fidi
Somno stationum, peruigil toros seruans,
Quos inquinauit putidus maritales.
Nam capital illi sobrie modesteque
Consulere, facere, cogitare, sentire.
Deuirginator, mœchus, atq; grassator
Impune, conniuentibus polo, & terra
As diruentes, ære diruti non sunt.
Ah conscio, ah fauente; participe dicam,
Participe dicam extorsionis, ac prædæ,
Qui illos bonos facere, esse & ipse debebat.
Mille imperans latrunculis: vitiis parens
Non ipse mille, at seruiens simul cunctis
Quot sunt, quot olim eruntve, quot fueruntve:
Quot esse possunt, & quot esse non possunt.
Is, qui vorauit cum penu, horreum, cellam,
Vastauit auibus gurges igneus cortem.
Stipem recepit vnam & alteram. ventum
Ad prælium: æneator ire cum clangit,
Tum parmulam eiurauit, & sacramentum:
Ah deprehensa, ah exbaltheatio tarda.
Ah tarda castigatio, ah meritum mortis.
Quæ ignominia, quis sanguinis feri missus,
Quæve decimatio esse iam satis possit?
Tum parricida, qualis ille ventosus:
Is qui necauit lurida fame patrem
Famelicosi qui Lupi gerit nomen.
Et ore Carbonarius fauilloso
Miserum alchumisten ore qui representat.
Cum buttubatis vnctuli balatrones,

Quorum

Quorum referte ructibus calent aula
Cum gancone lurco, cum catillone
Tubiscinator, glutto, glandiorumq;
Dira parasitus pestis. Ah vafer Gnatho,
Tu, qui culinam, haud principes adularis,
Palpatione cordium venenator:
Resurgat e caligine infima Ditis
Erisichthonis frigoja nox fame inuicta.
Tuumque inanem ingurgitetur in ventrem,
Vltrix seuerae veritatis, & lucis.
Hem, simulat esse se, efficit alium insanem.
O blanda pestis auctioris atatis,
O indolis mors, atque stemmatis dira:
Virtute nulla, opinione quae turget,
Odit monentem vera, falsa sectatur:
At nec seipsam capere tam potest votis
Non deserit natura, quas notas fecit.
Adsunt sibi ipsis, & latere paulisper
Possunt, abesse propriis nihil possunt.
Crispus proternus, sordidus recaluaster,
Varrique comperneque, valgy, vaccy,
Plancusque, plotiusque: tum catax, falco,
Aquilico tarditremuli popa, lispe,
Manci, petrones, cocliteque, varrones,
Flacci, nerones, gibberique, strumaq;
Strigonibus commista turba coxonum,
Patt, strabones, silo, simulus, chilo.
Funambulus, scromachus, andabata, sutor
Naccae, calones, caprimulgus, ambucius,
Cunicularius que, & Archimandrita.
Quisnam putaret pessimos aratores?
Sunt pessimi, sunt pessimisque peiores,
Sub simplicique penula duplex mens est.
Non te malus fefellit? ergo nescisti,

Non noluit, sed nolle fecit haud scire.
Cohi monile qui meretur in furcis.
Tibi esse vero stricta latera succinctus
Subrecte curuus, copulas manu crispans
Venator, vnus Græcia magis tota
Mendax, magisque noxius satis, quam sint
Brucum caterue mille, mille camparum.
Seu vartagus sagaciter mora pollens,
Seu falco passis vortices rotans pennis,
Cuniculos, lepusculosque captiuos,
Aut harpat, aut in tortiles plagas trudit,
Vetusta ligna, ligna, siue carbones
Hero iubente, aut nesciente, nil refert,
Furtim amputauit, quæ palam gerat venum
Custos recessæ sattuarius silue,
Qui plus eget custode, vlla quam mœcha.
Sub iudice, heu, furace cui licent furta.
Iam cautionibus inserit suis fraudes,
Quas machinatur expeditus impune.
Autor Moriolæ, desruus, atque Murrhilla
Aromatitæ cum sapa, Turundarum,
Lucanicarum, apexabonis, hillarum.
Qui cum botellis farta, quique tortellas,
Quiq; enchytum, crneumque, seu globum, aut spiram,
Fictorque læua, ac dextera simul formans
Libum, rotellas, fundulum, exta, ficatum,
Bellarium, coceta, sanual, trocos.
Comitum, subuculum, tortulam, atq; pastillum.
Pipere, atq; oryza, densa farcta, Mamphulam.
Diale, summanale, siue quod poscit
Altellus, aut Gradiuus, aut pater Ditis.
Qui crustulatis calda inscriblitis
Clamore magno ruptus indicat parno, &
Spurco popello scruta vendit immunda.

Liquo

Et quo sinapis lacrymosa versatur,
Qui frustulatim dissecata frictillat
Durata terga lacrymoso item fumo.
Et pisculenta muria odoris inuicti,
Quem non Garumna elueret, aut celer Rhenus,
Late aut vadosus Ligeris, aggerosusq;
Stagnansve laxa Nilus inuius ripa.
Rubiginosas horrei seras pandi
Anara Dardanary manus stipat,
Ne distributa annona vilius currat:
Pro rusticano, pro labore ciuili
Voluptuosos ducit, & dies mœchos,
Sub culcitra in triclinio obruens curas,
Ciborioq; pleniore lasciuit
Parochus, vocator, vmbra, Rex, pitissator,
Gustator, obsonator, & coquinator,
Fugaq; dispensator, & pater furti,
Expensa referens, quæ cocmerit nunquam.
Quod concipilatim summanauit, & carptim
Diecula vna scrapta fœda compilat.
Post ære tensum imbulbitauit excludens.
Cauisve rasit vnico auferens puncto.
Aut lubricarum pictus ordo chartarum,
Structor, parator, panifex, placentista,
Cellariusq; vinolentus & crudus.
Qui quid situs sit (nomen excipe) ignorat.
Catus pericla præuenire. Tum promus,
Siue ille promus, siue condus est idem.
Vix quod videbis, crede, si recepere
Ad se, recepta deinde, si redemere.
Curuus puteanus, aquilex, aquæ ductor:
Aquæ infimæ librator, atque cisternæ
Euiscerator infimi specus montis
Pallens metallo concolor repurgato,

Cuius nitente luce cius Abdera est
Cæcatus olim. Nunc miserrimi testes,
Ah quos minutulo ære Struma corrupit,
Qui sarcinas, nisi cauebis, auertet,
Cui vncinatum tergus aggerit fasces
Contra ingruentis impotentiam bruma.
Eludet, & ridebit ater elusum
Opus operamque seruus integrans, suadens
Vt inbulando inxque noxque ducatur
Tentaculorum venditor merendæque,
Qui lacte, caseoque, sine butyro,
Sero, cremore, iuniceo colostrato
Ieiuniorum tædia & moras rumpit.
Mittunt seuera studia, tetricum vultum,
Erosiones vnguium boni, & docti
Animum relaxant otio, ioco, & ludo,
Popularibusque pinguis, & nitens damnis
Veterator, & collusor, ampliatorque
Præuaricator, atque tergiuersator,
Et qui diem diffindit, & diem tollit,
Procrastinator lentus in perendinum,
Vitilitigator sub Caniculanatus,
Vt sæculi incestaret aurei pacem.
Nam quatuor fuisse fertur ætates,
Priscam illamab auro, deim secundam ab argento,
Ab ære tertiam, vltimamque sub ferro.
Ah negligenter lingulacam omisere,
In qua malum esse tam precij in locum cernis.
Cum est testibus paranda tota res falsis.
Ah ah voratrix falsa lingua pupilli.
Ah deuorata vos spei latratores,
Queis impiorum vita comparata ausit
Se dicere atque Lælij atque Aristidæ.
Væ væ tibi, qui candidam vocas noctem,

Væ qui

Ve qui diei lampadem tenebrosam,
Noctem diei nomine, & diem noctis,
Album nigrum, nigrum albicans: decus probrum,
Probrum decus, nos probra lucis & vitæ.
Qui syllabam metimini integrum regnum,
Vos metietur vltima vitæ iudex
Quem scistis, & nescistis, & recusastis,
Iurastis, atque peieraſtis: & vultis,
Nec vultis: & timetis, & fugitis frustra.
Vester Deus vos damnat, alter absoluet?
Vester Deus pecunia, alter est verus.
Nec melior his, sed peior, aut prope æqualis
At pernicaciæ fera luens pœnas.
Nam nudus, atque inanis, & fame tabens
Durus sophista, contumax, leuis, vanus,
Ficta aspidinam mente cum vibrat linguam:
Tum ringitur fallaciis redarguitus.
Nanque æstuosis implicatur euripis,
Dum quærit irritare quicum habet pugnam
Acidis superbus turgidusque fermentis
Ipse ab camillis impetitus, eiusus
Capite obuoluto e circulis fugit ronchos.
At is vel ipso de Lutetiæ fonte
Fallaciarum flumina vt bibat cuncta
Non ille fallet orbis intimas aures,
Aureſque corque, quominus putent Sculnam
Vllo nequire iudice a bono absolui.
Iam qui pauitor strata panda concinnat,
Qui silicis orbes malleo graui rumpit,
Qui tergus atrum sordido trahit dente,
Ascaulus, atque tubicen, atque Tymbaulus,
Choraulus, atque hydraulus, atque physaulus,
Atque lyricen, atque siticen, atque tibicen,
Et cantor, & clamator, & leuis psaltes,

Quæ Musicorum turba temulentorum est,
Vacui choreas ductitare contendunt,
Pollinctor, Ambubaia, cerdo, vespillo,
Qui vultures cadaueri imminent fœdo,
Hi sacra rapiunt, nulla dant, sibi viuunt:
At non sibi moriuntur. at sibi regnant,
Sibi popinant, sibi bibunt, sibi stertunt,
Græcantur, aleantur, obbouinantur,
Scort. brioludicolæ popinones.
Qui farctor, & qui sartor, & qui obæratus,
Et qui aleo, & qui helluo, ambulatorque,
Bonis suis qui nuper abliguritis
Hæreditates persequuntur, & lites:
Tortorque, carnifexque, quos timet Sculna
Expertus alterum, alteri reseruatus,
Tum patrimony lancinator, & gurges
Decoctor, expilator vrbis, aut fisci,
Reiq; publicæ, reiquè priuatæ,
Quales superbo marcidi ore quæstores
Gemonijs Parisiis pependere.
Et pulte plenus baiulus & aqua pallens
Seu Bergomas, seu perfidus Briantinus,
Qui artocreas labente stipat anguilla,
Et casei plus deuorat Placentini,
Quam ex pernione, vt largius bibat, Bascus.
Quanquam ad bibendum pernione opus nil est.
Nanque ratione hac Basculos vides multos,
Vel Celtiberum, si nihil sui impendit.
At si teruncium astet erogaturus,
Nil esurit, nihil esurire iurabit,
Nihil sitire: in prandio esitauisse.
At postero si ad prandium diè inuites,
Ientatus astra iuret esse se crudum.
Pluteos replexos pactus, atque loricas

Qui

Quo inſeris, de more, corporaturum,
Fallet, ſouebunt iudicesque fallentem.
Qui parietem de crassibus ſtruit ſpiſſis,
Paleaceoque delutat lutamento.
Qui plinthiumve, quive lapide quadrato
Quive rediuiuo, quive opere nouo cudet
Taliſve ſepit aſſeruumve compage, aut
Opus aceratum, quo obſtruat notas inter-
gerriuus, aut ſi quis publicæ eſt via iunctus,
Cretaceis eronibus latus farcit,
Aut are vincit, ſublicisque compingit,
Ferruminans creta tenace, gypſoque
Vrentis amolitus impetum bruma.
Sic Franca trullißatus premit rimam, vt
Plus frigoris forte ipſa, quam gelu frenet.
Quare ex acutis denſa tecta carectis,
Aut ſpongioſas de putri ſtoria vlua
In caritate nemoris hieme ſubſternit.
At imminentes ſtiriæ, & gelu crudum
Septemq; nata ſub Triouibus flabra,
Branchum, & coryzam ſubuehunt catharrumq;
Atq; medicellos in malam crucem ditant.
Qui manuana amœna, quique protecta
Quæ in publico, non publica eſſe dicantur,
Theatra, templa, ſartatecta contignat
Cauædium, cœnaculum, horreum, poſtes,
Antas, columnas, capitula, mutulos, inter-
Penſiua, qua pro fibulis capi mandant,
Qui Cæſaris de ponte conſerunt nugas,
Tuſcanicum, nauale, porticum, vaiuas
Rudes agreſti ruſticas caſas culmo
Fulcit ſalignis, vel ſapineis tignis
Aut pineo columine, laricinoque
Tibicine, aut iligneis columnellis:

Ne more turdi sub tenu ruinoso
Simonidæ artem memoriæ petant frustra.
At notiones artium, notas primas
Tu credis emendare? falleris credens.
Aremoricus hic insulanus e fossis
Grumos salinis congerens salinator
Terram sali addidisse nuper inuentus,
Salis ex aceruo vt foret aceruus in lucro:
Sed macra detestatus ora Garumna
Furcam neolcis imprecatus est pigris
Ipse imprecatione dignus & furca,
Cui ne putrescat alta furca sub diuo
Testudinatum fornicem decussauit
Qui tegulas Vulcanijs coquit flammis,
Se condituros pectinata sub tecta
Dixere & imbricata se esse facturos,
Qui pulueroſa concauant fabæ siros.
At qui siros collegit, vt liget sparto,
Sparto, aut genista, aut cannabe, aut ligo, aut lino,
Verriculumque appellat, & locat vili,
Sese vltro ait flagella complicaturum,
Quo præuias suspendio luat pœnas.
Periculorum oblita quæ facit bellum,
Factorum ob illud, immemorque votorum,
Laxat laboris otiosa compages,
Dieſque lætos cum quiete decidit,
Mutans choreis mortis & fugæ luctum.
Seu Luna pernox, seu Diana sublustris,
Seu Noctiluca, seu Trivia vocari vult,
Cannabæos quæ cortices cremat virgo:
Qui mos Liguribus est ab vsque Taurinis,
Et cætera accurare iam iubet cælum,
Secura vultus impetusque Fortunæ.
Cane monetam sellularijs credas

Ante

Ante inchoatum, quicquid ille promisit:
Nam duplicem artem callet hoc genus monstri,
Sic præter hanc, quam publice professi sunt
Tum mentiendi, tum recepta fraudandi,
Omnes recense, vel sit artifex primus.
Tum qui nitenti lambit ascia palas;
Et qui securi radit ilicem aut cornum,
Opulum, aut betullam, aut arbutum aut alaternum
Secespita, aut bipennula, aut dolabella.
Glubit bacillum, transtra, succulum, furcam
Robustearum fascias ridicarum,
Contos, dolones, iacula, lanceas, hyssa,
Venabulum, lagobolum, pedum, fiscum,
Rutrum, canalem, miliarium, qualum,
Mortarium, pistilla, coculum, auxillam,
Aut cochleare, aut simpulum, aut truam, aut beuuam,
Salilla, postilenam, vterculum, mulctram,
Fidelam, gemellar, orculam, capsam,
Aut pessulum, aut pauiculum, rudem, clauam,
Clatrum, cylindrum, characem, sudem, suram,
Infundibulumve, aut cirneam, aut scyphum, aut obbam,
Guttum, scutellam, siue poltulum labrum,
Amitem, sibinum, ploxemum tridentemve,
Sinum, batillum, mamphur, & uarum, & mergum,
Scapos, labella torcula, aclidem, scalmos,
Dentale, burim, vomer, & iugum, & stiuam,
Armillulasque, lingulasque, subscudes,
Et scandulis, & lanculam, atque festucam,
Stylos, scamillos, ostium, antepagmenta.
Tolone situlam pendulam, atque arutenam,
Verruculamque manuleam, rotam, pinnam,
Radium, modiolum, tympanum, sparum, runnam.
Parastadem, axem, fibulam, apsidem, arcerram,
Manuale, gustatorium, stibadia, ansas,

Accu-

Accubital, aulas, abaculos, tripodes, quadras,
Cilibantum, et aßidelam, et exhedram, mensam,
Striat columnas, excauatque opas tignis.
Proserpina trinuminis ferunt matrem
Post munus hoc telluris e sinu exortum, &
Nunquam satis laudata messis iuuenta,
Mortalium quæ contulisset ad vitam,
Tulisse leges, sustulisse bellaces.
Ex hoc receptam cali in intimas sedes
Audisse vota, hausisse thure suffitus.
Ergo retusis litibus cruce in summa
Ceruice fracta quum videt ferum Scribam
Pœnas dedisse, ridet. & probat iure
Se Thesmophoriam, æqualitatis auctorem.
Ad mulsa dulce sedulus gerit donum,
Qui purgat aluearium: eximit mella:
Propolim recondit: castrat alueum fumo:
Examen arcet Thessalo are dispersum:
Prensum reponit: Aream quatit creta:
Papiliones hordearijs pellit:
Spargens amurca. tum nitro necat vermes;
Coctam flagello, aut tribulo vt terat messem.
Vinaceos repurgat, vt bibat paßum.
Omotribes recolat: eijcit sampsas:
Floces, fracesque condit in globos igni,
Vt de trapetis vnguen exprimat purum.
Quo rectius flagitia tetra pendantur
Falsariorum testium, magistrique,
Rubiginoso detrahit situm vecti
Æquus stateræ cui renititur nutus.
Contra excitatur alius ære furtiuo,
In queis bilances imparesque, claudasque
Nequam iugat, placere quo queat Sculna:
Sic ille vulpinator occupat cunctos

Tabellio-

Tabelliones, copiarios, scribas,
Pecuniosos, pamperes, malos omnes,
Paucos honestos, atque iura tutantes,
Ne exhauriant precepta perditi monstri.
Fuge fuge, Jesesi tibi propinquarunt.
Blandis impudenter virginalibus lectis
Pediculose, larunula, [illegible]
Tortiora, tortianimeq3, torticolliq3,
Applauditores, clanculary moechi,
Atque viduatarum edium voratores,
Atque viduatarum edium replectores.
Celestibus pro canticis, pudicisque,
Nunc [illegible]
Nisi [illegible]
Gralantur alte gresibusque pauonum.
Timentque crura commouere subsultim,
Sed fluctuante femore semper alternant:
Pexum digitulo qui caput scabunt uno,
Ventosque metiunt plus triremicis velis:
Solisque ad umbram stricta latera componunt,
Et jericati lora calcei spectant,
Humo infima excreare dum volunt credo,
Pudoris alieni proci inuolatores,
Axitiosi, putidique riuales:
Qui versipelles noctibus vias verrunt:
[illegible]
Ne quis [illegible]
Vae qui puellae simplici, atque dilutae:
Graues labores narrat, & leues curas.
Suspiciosus lacrymans gemens, amens,
Oratione vinula, venustilla:
Conscisce sibi interminatur & mortem,
Ni detur alto quispiam locus voto.
O straba, supina, stulta, caca turbella,

Qua

Qua[illegible]nsilis in alterum tui oblita,
Cuius me ipsum principem licet dicas:
(Nam me furoris istius ducem, ac patrem
Furoris, atq; insaniæ meræ & crassæ
Primæq; postremæq; classis agnoscis,)
Iam te mala ætas, curua, tremula, derisa;
Ostendet vnde veneris, vbi sistas;
Quo debeas migrare, quove diuertas.
Mittunt auaras sordido e sinu lites,
Vt splendidata in purpura saginentur,
Hæreditatis pauperis voratores,
Quibus proterua sorte nunc super nos est
Summa libido summa cum potestate.
Et obstupescunt tartari nigras pestes,
Quas dictitarunt posse se resignare,
Et claudere, atque exgurgitare Cocytum,
Suam Charybdim si refuderint contra.
Quos despicatos, præque se parum doctos
Ad implicandas conscientias vita
Vocant proterui, & arte litis irrisa
Rixas fugant. amystides iubent duci:
Dein repleri, quas inaniant, cuppas,
Vices vicissim mutuas propinantes
Barbigeruli lenunculi, fames vrbis.
Ast hos ocellis contuentur obliquis.
Quippe inuident, quod improbos vident lætos
Siccare florem liberi quater trimi.
Siticulosæ aniculæ, senes rauci.
Queis pulmo dulci pendulus natat vino,
Loquaculi, morosuli, senes, cascæ,
Ætatis appetentis oblatratores,
Tussiculosi, edentuli, fortiolosi,
Meribibuli, pronaripenduli, hircosi,
Qui subligar deambulando permingunt,

Miseram

Miseram iocoque serioque ludicem
Si tuta non sunt subligacula his. nanque
Campestrium his vocare qui abstinent campo
Inque otiosis tinniunt seli quaestris,
Est perditis vocabulis ineptire.
Abite abite, sat superque vixistis.
Potastis, incnjustis herniam, & muccos.
Minxistis, euomistis, excacastisq;
Silicernia seniosa, quisquiliæ vitæ,
Pontis vetustum qui facitis leuem morem.
Hæc tota turba tetra facta constipat,
Ætatis aut virilis aut senescentis,
Aut dentientis primulum doloroſe.
Iccirco cunnientis oscitantisque,
Aut qui relictis nucibus, & trochi ludis,
Proteruiorum iure pædagogorum
Minacis horret iussa frontis, & nutum.
Seu cui metalla tinnula, & leues pupæ
Fletus recentis ora rore siccarunt,
Cum vagienti mollitergq; lallante
Dant fabulosa blæsa verba nutrices,
Aut lamiam minantur, & feram Empusam,
Oscilla trudunt pendula, atq; Mundicas,
Furuo cientes murmur in penetrali,
Ipsulliceſque cum crepundiis motant.
Pappamque mansam, & fumidas buas lingunt.
Et Esci Edusam, potione Potinam
Placant, vt acres fascinos auerruncent,
Cum queis decebat, o, capere cibum Strumam,
Imbulbitata cum manu terunt pultem,
Et quisquis inceptarit hirquitallire,
Imis medullis ossa cui calor stringit.
Totusque sexus ille, quo Ionis nutus
Farta vltus arcet calitus Promethea.

Seu nendo fallit otium, & gelu noctis
Deumque furta cantione mentitur,
Carpens iniquum pollice humido pensum.
At blæna stillat ore pituitosa,
Quam basiare nec obolens velit pastor.
Seu figit aprum brachio expapillato,
Qualis Camilla, aut Britomartis, aut Hippo.
Postquam pependit sæuus ad trabem Sculna,
Erecta vidua & vltionis est inspem,
Quæ destituta patrimonio antiquo,
Mœrore luctibusque consenescebat.
Astant rogantes: esquis hic videt Scribam
Scribæque mancipem Vlmeum Tolosanum,
Qui liliato fronte nunc legit conchas?
Frequens edonum turba, combibonumque,
Hinc linteones, inde carminatores,
Hinc pelliones, inde marculatores,
Campsoris, argentary, trapezita,
Tabulata firma, atq; asseres coassauit,
Vt, quæ Senatus egit, acta seruaret,
Seruata comportaret ad manum Regis,
Et qui coninno, ploxemoque, carruca,
Petorrito, plostellulo, atque carpento, &
Reda furorem perfugit Segestanum.
Iam funebrem contexit, & suit vestem
Cui trama tegmen subtus accipit, datque
Insilia dum vicissitudine arguta
Ad liciorum suscitata sunt nutum.
Procaltula, aut crocotula, aut sago, aut palla,
Aut supparo, aut subucula, aut strophio, aut lena,
Tum capitio, tum castula, aut perizona
Quam Cinxia Thalassio tener donat,
Leni pauentem virginem manu mulcens.
Quid claudicante hic carmine aut debinc dicam?

Quod

Quod Iſiciarij excitent rudes murmur?
Sepaceive lumimis rotundator,
Vitrariusve turgidis rubens buccis
Cum ſulphurato ſulphur ore vendente,
Cum fœde olente ſalgamario Auriga,
Qui retibuſve lineave piſcatur
Thyarove cajes vnguen adſoperante,
Barbatulos cucurbita ferens piſces.
Qui falce opaca roboreta conlucat.
Qui cedit iliceta, tondet arbuſta.
Scindit ſalicta pro iugo aut pedamento.
Qui doliares vimine alligat circlos,
Ephippij magiſter atque clitella.
Qui ſtramen indit pro tumente fultura.
Et qui lupatis Gallicis equum frenat.
Qui bubalorum nare fingit annellos.
Qui culcitam tranſportat ad nouam nuptam
Inferciens Goſſyppio atq; tomento.
At pectinum dentator, atq; raſtrorum.
At vomerum politor, atq; aratrorum:
Atque enſium conflator, atque lamnarum,
At leuigator cornuum, atq; laterne.
At tardo aſello, doßuario, aurito,
Plagipatide, tardigrado, pigrilumbo
Nonacrio, aut Aruernico, aut Reatino
Rome Albulam, Ferraria Padum vendens.
Qui clamat effecturus, & facit, raucus
Secare vel ſecante cote cultellos.
Qui lunat arcus, dirigit ſagitta vim,
Tormenta curuat, ſcorpionibus ſeuit.
Sed nomen, artemq; haud ſcit ipſe balliſta,
Pro qua frementis horridos tubos bombi
Excogitauit Orcus, atque mors dira.
Aſt inter omnes diligens, vigil, perpes

Adornat ornamenta, ne in loco desit,
Qui machina rotante complicans restim
Tomices supino pollicis ferit flexu.
Torquet rudentem, fila, neruias tendit,
Prorea stipat triplici trahens nexu
Vincla apparat præsepibus capistratis.
In tempore aduenisse serio tactat,
Ne se veneno subtrahat miser noxæ.
Qui circulator Mithridaticas offas,
Aut viperinos callida arte pastillos
Fuliginis mentitur, aut picis massa,
Mendace longe plura voce promittens,
Quam reguli e Vasconia, aut ab Epiro,
Cum blandiuntur quippiam petituri.
Sic facere vino cum nouo Meditrina.
Dissecere, & iubebit hic pecus. dicet
Sanas futuras cum suibus oues, capras
Porcasq; nefrendesq; sospitaturum
Boues, caballos, reliqua cuncta, maiales,
Grauedinosa pecora, torminosamq;
Tauram iuuencam, buculam, bouem fordam,
Taurum gregalem, segregataq; armenta
Hirta, aut glabella, crispa, tonsa, subuulsa.
Sana, inquit, & salubris, & valens valde
Medialis, & quæ præque subque cedatur
Idulis, & nonalis, & calendaris,
Depubis, & prouectus ad manum & cultrum,
Amburbialis cum soloce pascalis,
Sectarius, quem principem vocant ctilum.
Ast ipse princeps optimus poetarum,
Nec iam timendum vt amplius remorbescant
Monotocos apica ambegna, reticula, corda
Quas antea infestauerat, necarutve
Vlstipa cernix, aluus incita, aut dura.

Nam

Nam pantices sunt Ileique letales.
Aut lassitudo femininum grauis mater.
Aut sanguinalis naribus fluens gutta, aut
Subula, quod auris transforata curauit.
Nil obfuturam putrilaginem mulis
Tabem, furoremve, coriaginem, strumam,
Aut purulentum, aut sanguinarium ptyssma,
Petiminiaque atque verminationes, vt
Ascaridium vel caterum rotundorum, &
Quos longitudo porrigit colubrina,
Nomes, gemursam, gramiam, boam, Bechem,
Morum, mariscam, calculum, rauim, celen,
Mentiginem, impetiginem, veternumve,
Vliginem pulmunculum, ferum morbum
Aquatilis mallonis vngulae oZenae,
Grauisque casus sonticum, & grauis vocis
Et ramicum, & bubonium, & tagam & physam,
Porriginem, coxendicem, fauum, ficum,
Lumbaginem, intertriginem molucrumve.
Blateratque mille mille nominum, plusquam
Habet bimater & bicorniger Bacchus
Bonum venenum proebrum malum. Quid non?
Collyrium, malagma, causticum emplastrum,
Pecuniae emunctoria, & modi eiusdem.
Subiecit orbes Trochleae ac globos imis
Pedibus, professus, & nouaculis plantis
Vel sic fugere sese impotentiam Struma
Scribaque, prasidisque liliograpti.
Miraculo spectantium insilit murum
Tichobaticus leuis, & leuis petaurista,
Qui plus meretur funis atque calcauit.
Nouum recusat drama, quippe seruile,
Impune tacitis quo mali faciunt nequam.
Vetusque poscit liberum, ac merae frontis

Cuius notabit veritate Strumaſtros.
At inter actus edet agoranomus ludos,
Munus choragus, planipes, palaſtrita,
Et cordaciſtes, emmeles, ſicinniſta,
Mango, atque alipta, gymnicus, pugil, curſor,
Quinquertio iactator aut globi, aut diſci,
Bigary, trigary, quadrigary,
Praſinus, venetus, ruſſatus, ater, albatus,
Et quos equus funalis applicat curru,
Mirmillo, cacula retiarius, limo
Qui Lesbicam acer amulatus eſt pugnam.
Huiuſque mortis inſtitutor infelix
Laniſta corruptela lucis humanæ,
Nulloque durus fulgido enſe conniuens
Cetratus, atque lancearius pyctes,
Clypeatus, & peltatus, & ſariſſatus.
Imaginem circumtulit macram Scriba
Pectore boia carceriſque ſquaroſam,
Vt abſtinere diſcat a malis vulgus.
Encauſticarius, figuliſque, ſculptorque, &
Plaſtes tenacis turbinator argillæ,
Cui ſuſcitauit pauperem fame vitam
Baſcauda, boletarium, panaca, nimbus,
Seplaſiana trulla, Veneta ſcutella,
Maioricana peluis, & Valentina,
Tum Myrrhinarum teſta Parthianarum,
Et certa teſtis vrna ſortis humanæ,
Batiola, calpar, naſiterna, pollubrum,
Sami lepiſta filia, aut Agathoclis
Patella, Tina, & cum fidelia, quadra,
Gutturnium, cumerum, caprunculum, guttum.
Hic plauſtra fulſit, conuehatur vt Sculna,
Calator vt buante voce declaret,
Rotarius neque vngit vnguine aut ſeuo,

Qua

Quo durius, quo lentius vehat currus,
Exasperans vexata membra succussim,
Incommodo huic vt commodum vrbis aspiret,
Prudentiores vt mora haec paret cives.
Adiuuit hunc tornator, & rudem ligni
Massam reliquit. Pertica agrimensoris
Iussu magistri curia reformata est,
Vt pollices atque vncia probarentur,
Qua semitas metitur, aut viam, aut agrum,
Candeta, iugera, aream, atque puluillum,
Restibilia, noualia, rudeta, vernacta.
Incilia, collicias, statumina, quincunces,
Sulcum, elicem, porcamque, tum scrobem, cloacam.
Partitur oras, atque familiam herciscit:
Decempedam corruptus haud probam gestans
Corruptus ille de pecunia scriba.
Quinquepedal ergo furta prodit & fraudes.
Si nuptialis ardet in viis teda,
Sistunt choreas, & rogant. redit Scriba?
Nec amplius repotij moras quærunt.
Si funus atrum effertur. Ilicet. sistunt
Diram libitinam, conditorium linquunt.
Plorare omittunt, eiulare desistunt.
Siue ille viuus fletus orphanillorum,
Siue in recessu gaudio sit aspersus.
Vt præficarum est, atque ditis heredis.
Aut qui minasque tadiumque dotata
Mutare sperat pinguiore fortuna.
Aut liber a periculo nouercali
Non iam venena toxica horret, aut verba.
Quin tempora anno cuncta persuasere
Carbunculationibus locustarum
Cum rosione lanipendulæ eruca
Et sliceta, & castaneta calescunt.

Cum vesperi cadente noctiser frustra
Siticulosa prata rosrecentauit.
Ne contremiscat si semel mori Sculnam
Audiuerit. Sic terra Sirio squallens,
Sic temperatrix hora verna Vulturni,
Hiems aquosa, mustulentus Autumnus
Uno ore, & una voce postulant credi.

Hoc tempus. Atqui temporis stata sedes
Noctes dieque. Tum crepusculum, serum
Diluculum, intempesta, conticuum, luces,
Cum lucidauit, cumque contenebrauit.

Iam qui receptum opinione de vulgi
Sic disputatoribus saburrati,
Plenus popellocula, & leuis fumi
Inane grande rancidum sophos turget.
Stupet, pauetque, ne obuius fuat Sculna,
Bene ominata verba de domo vadens
Semel iterumque murmure intremens cantat.

Miserrimus tam Sannio sit ignarus
Non homo, sed umbra aut somnium hominis, aut peius.
Expergefactus paululum oscitabundus
Agnoscit alti criminis notas diras.
Iam pandiculatur dextero & oculo clauso.
Nictat sinistro. Tum ore mussat obliquo
Vacerra, Battalusque rex Bacelorum
Betaceus, brochusgs, blitterus, brutus
Momarq, Siculus, unde sunt Momaria,
Mimarias at doctior vocat Grace.
Is, qui peraque cuncta pene Gracissat.
Qui a Characi Charamam audet Hispanam
A leniendo nominare Leneum.

Sic morio per fundulum, angiportumque,
Ædes, plateas, insulas, forum, vicos,
Cliuos supinos, templa, porticus, furnos,

Dum

Dum clamat insolentiam improbi monstri,
Iam stultiori se forum facit turba:
Stultum audiente nanque stultius nil est,
Quæ maxima est pars insolente de vulgo.
Quales ego, & ille, cui coempta sexcunce
Arcet cucullæ turbinem Boreæ, & flabra.
Quem crassiorem crassa mula succussat.
Et brutiorem brutus audit Asturco.
Pecus canorum inutilissimum Santram.
(Cui cum sagina crescat e penu nostro,
Nostroque alatur pane more menduci,
Viuatque liberalitate de nostra
Stultissima sine patientia & vere
(Quippe annualis e decimis redit victus
Et propter hoc fit monachus, haud Deum propter,
Quem derelicto dereliquit in mundo)
Aurata gestat frena, strata villosa,
Quæ complicato nexit in globo Bombyx,
Petitque magni nomen & decus regis,
Cum sit professus pauperis modum servi.
O pecus auarum & inuidum, & Deo inuisum,
Quos dives auri fulgor, & sitis dira
Exterminauit atque concloacauit.
Tu pauperum vt diuideres ministrator
Bona expedita, pauperis geris nomen.
Verius at animum pauperis, nihil donans,
Cuncta appetens, cuncta hauriens, vorans cuncta,
Nihil refundens nisi cani, & gulæ, & scorta.
Quam satius esset, (debuisset atque esse)
Te fulguritam tabidum gerere vestem,
Seu fulmina essent Dia, sive Summani.
Erat e taberna nuper vnus egressus.
Phanaticus coquebat error hunc mentis,
At discoquebat acrius calor Bacchi,

Aurelianis qui superbit in sulcis,
Aut Candiani feruet in sinu montis,
Siue in saburra Burdegala tua macra,
Quod tundit alta latera panda Baiona:
Aut quod Nauarra mittit, aut ferum litus,
Quo nulla cuiquam tollitur sitis polo.
Sed incitatur sine, plusquam vbi occepsit.
Vorsperna vt ergo furere Cantabri possint,
Nec vlla conditura de mari Graca,
Nec Vesuio de monte pulue exustus
Petendus: imis sic trahit salem fibris.
Ita tunc inanem incenderat blitea mentem.
Is scandit in praconis in foro saxum,
Populum alloquutus voce rustica, & vultu.
Similes decet nam habere labra lactucas.
O, inquit, audi forte talis: an peior:
Quid peior? anne peior esse quis possit?
Quam nescio quis nomine impius Struma,
Ore impudico, & ferreo, & fero, & duro?
Qui inuertit orbem subtus & super. quantis
Quantus patebat vndequaque quacunque,
Quis non putabit & dicax & vrbanus
Sculna absoluto absoluere esse damnare?
Vbi non canetur? vbi tacebitur? nonne
Silente lingua muta saxa clamabunt?
Qui calculos fauore candicantes dat
Sculna, reoque contrisque Sculnastris.
Index nigros retentat. ergo damnat se.
Quare senatus ille iuris inuicti,
Incomparabilis aquitatis ac recti,
Vindexque sanctitatis horrida ac prisce,
Diuinitatis omnis obtinens leges
Decreuit atque statuit, atque firmauit
Sculnam nequire iudice a bono absolui.

Ilia

Hæc vbi furore fretus ille iactauit,
Assensus omnis vulgus, omnis est ordo,
Mistumque fremitu clariore iam murmur,
Iam voce, iam sententiis serenatis
Contentione & spiritu, & manu, & vultu,
Et impetu, & propensione clamarunt,
Nequire Sculnam iudice a bono absolui.
Tunc nationes cum mala, tum honorata,
Pedariorum more, non senatorum,
Sententiam in eam iuere: sed statim clara
Assensionem oratione firmarunt.
Polonia, Lituania, Bulgarus, Saxo,
Saxo Albionis occupator antiquus,
Vnde Ibridarum semen horridum Anglorum
Frisus, Boemus, Slesius, Danus, Cimber
Cattus, Zelandus, Franco, qui pater fortis,
At fortis olim in Gallia fuit Franci
Nunc laxus illud pectus inclytum fregit.
Bessus, Valacus, Prussius, Crouatusque
Hirlandus, & Gotlandius, & Scotus soli
Vetus Britannum vindicans sibi regnum
Linguamq; seruat, pristinosq; conuentus,
Spuriumq; genus hoc Anglicum vocat sperneus:
Illum sed ille barbarum & ferum contra
Diuinitatis insciam, & via humana,
Et belluinum rupiumque cognatum
Pellita quos a torrida gelu bruma
Fouent rigentes plostra contremente sq;,
Aut cum serescit candida tepor veris,
Rutilansq; sudum tergit Æthra Quintilem,
Tum pellibus sub Solis orbe deductis
Cum coniuge atque liberis apricantur.
Vrget maligni cultor inuius cali
Norvegianus, Scandinauius credit,

Nitentioris expolitor electri,
Ecce ex remensi limite inuio mundi:
Nanque inuium est quodcunque quale sit nescit,
Ubive sit nec vllus vspiam nouit:
Ridicula furatrina Cingarorum, cui
Est oculus aruscator, at manus furax,
Pedes fugaces, falsa lingua, mendica, hæc
Ritu ferarum pauper & vaga, impune
Mentitur auram, terminumq; Fortunæ.
Et tipula Arabs latrunculos leues cogit
Multos, Alexandrina turma quos vna
A Silphiate finibus fugat terræ.
Dein superbis viribus suis fretus
Algarbius, Moscouius, Syrus scæuus,
Parthus, Otomanus, Maurus, Indus, Hispanus,
Gloriæ aliena irriser ater Hispanus,
Sueque mendax prodigaque iactator,
Rei expetitæ postulator est blandus,
Non consecutus, arte Punica extortor.
Nam sontis artes obtinet vafras Mauri,
A quo genus deducit impio iniustum,
Contemptor idem fastuosus, & diues.
Si quid potitus, nec facit pili Deos,
Hospes benignus, cum peregre adit primum.
Herum suum salutat hospitem admirans.
At postera cum illuxerit dies, vilem.
In tertia seruiliter domum tractat.
Quartam tyrannus obsidet minis, plagis.
Fugite cauete fœmina, canes, tecta,
Dei penates, Dij Lares penetrales
Abite, date locum excetra ignicernici,
Vos attigit si quinta lux, peristis iam.
Ah carcinoma, ah vomica generis humani,
Cloaca mundi fœtulenta sentina:

Inferna

Inferna turba, Ditis ignei proles,
Probrum supremi dedecus Dei dirum.
Moueantur arua funditoria terræ,
Radicitus quæ fluctibus cauis hæsit.
Contraq; fauces Bæthyosq; Hiberique
Cacuminata more montium sidat:
Noui citum regurgitent Tagum montes.
Gades propinqui vortices Anæ oppilent.
Exaggeratæ sitque aquæ modus nullus,
Vt tibi suprema illuceat dies vitæ:
Lauetq; abominanda scelera monstrosa.
Quin potius ignem vindici pluat cælo,
Diris Tonantis spreta dextra fulgetris
Bituminosum sulphur, & picem ardacem,
Vt expientur pessimo malo terræ.
Nam te lauare vitreo sinu Tethys,
Matuta cum Palæmone atque Portuno
Triton refusum buccina mare inuertens,
Neptunus ipse dubitet, at neget Nereus.
Non si quot altis flumina alueis fundit:
Quotquotve singultantibus sacri serpunt
Fontes Meandris aut vadis scatebrosis
Terræ pererrant infimas cauæ fibras.
Vertax in hos sese induens meet Proteus,
Aut multiformi mirus arte Vertumnus.
At morere, tolle luce de sacra noctem,
Peior maloq; pessimoque gens Struma.
Audis querelas corde saucio iustas
Nefanda decoris proditrix tui impura,
Quæ vel pusillo prostituta lucari
Tuos honores barbaris propinasti.
Nego impiorum posse te eximi dolu.
Quæ Hispana fieri dira facta consentis.
Facem nego vllam sceleris impiam & diram

Excogita-

Excogitari posse: quin tua admittat
Comes recutita. Sparteos pedes primum,
Cum cymba Barchinonia attigit litus,
Mox sericatos, quos truci gerat vultu:
Hos hos cruore tinxit in tuo, vestros
Ut Mulleis patres coæmularetur.
Et virginum tu es negligens stupratarum?
Semiiudæus semimahometanus,
Mezentiorum semen & Megærarum,
Phlegethontis atri sesquicerberi proles
Abominandum virus execrandumq;
Miscet Quirino facem Heliogaballinam,
Te Troes olim, postea ferox Gallus,
Post Cimber incursauit, at dehinc Gottus.
Gottusque, Vandalusq; nunc quid est? vt res
Retro resorpta laberetur in peius?
Cælo imminente, & inuidente virtuti?
Te appello Spuria, putidumq; scortillum,
Iugo rebellis cælitumq; contemptrix,
Quæ seruitutem [illegible]itute redimis, quæ
Ut hoste careas, hoste premeris, & rides:
Regina quondam, nunc retorridum cœnum:
O quæ impudico mœchulis sinu prostas.
Quiduis quam Italia potius, ore mendico.
Queis imperare consueueras seruis
Brigantibus, mastruculatulis supplex
Verbum reponens barbaræ voluntati,
Nutusque totidem nutibus repræsentas.
Quos si velis, sed sobria male multaris,
Si destituti sint semel tua dextra.
Expergefac tuosque teque, deq; isto
Tui miserta, aliquando prome pistrino.
Non sic viator aspicit pauens Hunnum,
Quam litigantes in foro timent Scribam.

Non

Non sic onustum territat viatorem
Cultor Pyrenes asper aspera inuisus,
Plus inquieto vorticosus Euripo.
Non sic fugacem confecit Syrum Persa,
Frisum Menapus, Flandrumve Germanus,
Germanus acris fulmen igneum belli,
Qui patria virtute fretus, armisque
Vltro citroque flumen adnatat Rem,
Dulcesque seri Liberi legit succos:
Ponitque patria Belgio iugum lingua.
Germanus, inquam, qui orbe sanctior toto
Pietatis atque religionis exemplum
Tuetur, ipsamque eruit vetustatem.
Qui vtrunque cælum personans sua laude
Iustus, seuerus, rectus, integer, simplex
Deo supremo pectus acre denouit,
Germanus, vnde gens, auique materni,
Intaminatus vnde mi pudor venit,
Mistumque priscis Italis decus vitæ.
Qui me ad videndum lumen extulit cæli,
Qui me erudiuit sub tenellulis annis,
Formans amœnum literis sacris pectus.
Bene instituta si Lubeca conuentu,
Populosa, diues, fortis, atque amans æqui
Interroget: quis exitus manet Strumam?
Dicemus. hoc interrogas, quod & fortis
Æris feraci Praga monte conclusa,
Vbi erutorem larua sed procax ludit.
Quod tauriformis aureus pater Rens
Colonienſis, diues & Magontinus:
Parare porco fœtido volutabrum,
Propinqua quod Bauara, quodque longinqua
Cadaueroſis condita in ſepulcretis
Budæa clades, quod Vienna vicina,

Qua

Quæ pauperes scholasticos alit crustis.
Uno Barenus plus die facit scripti,
Quam bis trecentis a viris legi possint.
Nec est, vt isti, quos vocant [illegible],
Quis sermo purus impium [illegible] vitam.
Orationi pur suæ sibi viuit.
Nam dictionis fluctuantis insanæ
Si membra contempleris atque suturam,
Furiosa Orestæ somnia esse iurabis.
Quin de seipso subdidit sibi versus,
Nomen suorum inscriptitans amicorum,
Prisco Deorum more vult adorari.
Licet libetque præterire maiorum
Antiqua libertatis vltimæ iura,
Tempus, locusne poscat, obsecundemus.
Incurrit e thalassico Teloneo,
Hic vbi apothecas mercimonijs stipat,
Vt ab Aquitanis ista scisciteretur,
Antuerpiensis pignorum obuius vendax,
Pecuniosus fœnerator obstipus.
Louaniumque pectorum atque linguarum
Altrix, quæ amicæ humanioribus Musis
Cæleste sapiunt Nectar, & Deum spirant.
Audiit frementis murmur & sonum vulgi
Treuerus superbus mole turris: at quondam
Robustiore ferreus iuuentute
Regnum propinquo & auferens & indicens.
Ecce huc bilinguis corde simplici & puro
Genus Deorum nobilis Lotaringus,
Vbi audiit quid impius solet Scalna,
Multa imprecatus dira iudici atque vrnæ,
Promittit altis vindicanda vexillis
Pericula hæc qua a testibus timebantur,

Si

Si absolueretur iudice a bono Sculna.
Huc Arduenna cæsor inuius siluæ
Brabantus, extremaque Galliæ cultor
Morinus, ferusque Tongex, Ambianusque
Vltro manuplos pollicentur inuictos,
Menapiorum signa Suicerorumque
Impune si istud sic abiuerit Scriba.
Si nos Tolosa pinguis acgrauis cæli, &
Narbona grauior orbis ima sentina
Roget: quid est? rogabit hoc rei quid sit
Massiliensis semibarbarogræcus,
Qui nil Senatus obtinet miser prisci,
Gurgustys sed oblitescit in curtis,
Liguriens halece furfur admistum.
Nam mœniorum cæteram struem priscam
His pratulit rex bellica arte consultus,
Ne in corde regni tanta sentis hæreret,
Quanquam vetusta nobilis fide, & firma.
Sed sic veretur, ne quis occupet, sicut
Bononienses nuper Albion fecit.
Sed omnibus per æqua conditam seruans
Mirabilem diuinitus politiam.
Aut negare, & viribus negat summis
Hospes receptus, innocens, peregrinis.
Rotomagus ostreosa (nam quater tanto
Maiore nostris pondere esitant fricta
Montillio vel vna quæ satis sudet
Largam saliuam ac liuidos trahat cirros)
Amica larga, blanda candido vultu,
Munifica verbo, more, fronte, promissis,
Florens, beata Gallici sinus Sirenæ,
Timenda Francis & Britannicis armis,
Nulli secunda, quandiu stetit regnum,
Nunc æmulo Lutetiam quatit cornu,

Nisi

Nisi expulisset literas voluptate.
Horret timendum nomen, & truces testes
Caduca latice Liberi potens tellus,
Eademque mater literaria landis.
Ditissimusque Gallicis agris Santon,
Qui plus loquatur unus, atque ter mille,
Ter mille viduæ, terque mille dotatæ,
Ter mille monachi, militesque ter mille,
Scholastici ter mille, sed noui, & primo
Anno secuti falsigarrulas tricas.
Sed non loquatur falsius malo Struma.
Apparuere simplicissimi & iusti
Stipendiorum militarium falsi
Euerritores atque substitutores,
Segusianus limitarius predo,
Qui peieratum mandit ac spuit celum,
Et Carlatensis atque Mursuarensis,
Qui falsitatis plus obolo vnico admittit,
Quam casei vicinus asse diuendit.
Et fraudulenti barbaræ ac rudes fraudes
Montis feri, cui Pessulus dedit nomen,
Quo destituti sanitate qui vadunt,
Tosti retosti, inanis meris pleni
Turbite purgatique tum repurgati
Iubentur ire patrium aerem visum,
Atque in itinere moriuntur, ast ij rident,
Apuntque homicidis manibus aureas massas.
O impudica falsa carnifex turba, o
Promissa magna, ingentia, aurea, immensa
Vere aurea, aurum ni ferus, perimisti.
Sed sequitur atro concitata mors telo,
Sardonimumque Nemesis ac ferum rides.
Huc insulanus latro litoralisve,
Situatur esquæ cymba deuehat Soulnum

Aut

Aut lembus aut scapha, aut biremis, aut pristis,
An codicaria, actuaria an naues,
Ratesve carbonarij casa nigri
Mutantis Athesi dorsa celica rupis,
An Gaulus ambigente puppe cum prora,
An piscolentula horia, anne corbita,
Celoxve, cercurusve, septiremisve.
Liburnica serilla mista pernici.
Catullianus at phaselus vt Musæ
Musæ atq; Apollo deuehendus ad calum est:
(Cælestibus nam versibus volat pictus)
His destinatus haud sibi velit Scelnam
Hostem quietis aureæ poetarum.
Scitatur ergo nunqua forte de paruis
Prosumia, aut lenunculus timens Austri,
Quo pronehatur, naufragum vehat monstrum.
Pictæve Siculi Alcedines maris ciues,
Aut septimæ aut terseptimæ in mora Lunæ
Pronuntiant tranquilla flustra Neptuni,
Vt vectus altis ventiletur in furcis.
Scitatur ergo attenta scisciturque
Differta mercatore ripa Lugduni,
Vbi Gebennæ vortices Arar complet,
Qui prope quietis alueum osculans lymphis
Cedit superbo nomen atque opes regi.
Huic, qui saburra sordida, atq; humo ag gesta
Audet vadoso imponere iuga Neptuno,
Et vindicare litori maris regnum,
Nos si retonsa Basca, si Batauorum
Acres caterua interrogent: Quid est Scriba?
Viuente Scriba nemo fortis, atque audax
Ausit precari iudicem, vt reum damnet.
Miserique respondere pertimescamus,
Non posse Strumam iudice a bono absolui.

Hoc persuasum est attamen. quid? hoc credit
Francus, vetustos qui expulit domo ciues,
Linguam paternam at extero ore mutauit.
Nunc Francus idem bellicam iuuentutem
Pimplæi adornat triplici vetustate
Montis, Latina, Achaica, Palæstina.
Idemque respondebo si rogans instet,
Fœdo Britannus infidelior Mauro,
Cæleste nomen, belluæ gerens mores,
Suoq; longe belluosior ponto.
Sperare noli, qui nihil volet recti.
Timere noli, qui nihil potest magni.
Hoc si Britanno temulentior Brito,
Cui lucta nomen comparauit inuicti,
Miranda butyroq; corporis moles,
Animusque par vel crassior veternosus
Iugulat cadentem Belnico mero solem.
Hoc falsitatis crimen ardet vlturus
Frugibibulus Britannicida Normannus.
Hispanitostor tostus a Lusitanis.
Potaxq; Belga, Belga carnimanduco,
Qui plus meri haurit quam Balæna spumarum.
Burgundioq; pacis, ac potius belli,
Qui ciuitati nomen indidit Burgi,
Patriam propagans Gallicis agris linguam.
Lutetiæ nam ciuis hoc gerit nomen.
Quanquam renata sedibus nouis Roma
Augusta magnis iura dat grauis Celtis.
Hibernus imis exerit caput lectis.
Rigens niualis trusit hinc metus brumæ,
Trusit tenetque vel vigilem & cibo affectum,
Vt facta percontetur, exitum & Scribæ,
Aruernus asper contumacior mente,
Idemque vento plenior leui ac vano,

Quam

Quàm millies trecenti vires Vlyssei,
Fama, muliere, culice, folle percussa,
Quanquam exul atque pulsus a fame semper,
Nec literis nec arte bellica pollens:
Sed turpicellum totus actus ad lucrum.
Huiusque Gabalus compari vitio peior
Qui fraudulentos inopia addidit mores,
Speculatus vnde fallere in loco possit,
Sive est amicus ille, sive vicinus,
Atq; hospes, atq; affinis, atq; germanus.
Omnes peraque fasq; dedq; habens omnes,
Modo lucelli explere detur immanem
Sitim: q; rabiem q; igneam, atque inauditam.
Fessus que nunquam litigare Rutenus,
Quem gaudet in subsellijs Tolosanis
Videre jordidumque sordidatumque
Immanis ore Volca perfidus crudo.
Non ille, cui, Borysthenes sitim sedat,
Si quando Samogithios relinquentem
Pellitus hippotoxota Scythes fugit.
Sed turba cerusosa frontis obscœna.
O, o populares, o pigerrimi ventres,
Queis nil nisi vinalia, otium, somnum,
Vmbram, susurros, quid novi crepat lingua.
Pecori proteruo date locum, pedem ferte,
Actutum. abite. nam de ineptia vestra,
De ignauiaque huc aduenit triumphator:
Vt sciscitetur nomen & genus Scribæ
Sabaudianus sordidissimus cimex,
Qui nec facere, nec cogitare, nec fari,
Qui nec doceri, nec docere quit quicquam.
Nec esse vult, nec se probare ciuilem.
Sed pectus atrum, & rupibus parem mentem
Stupet. nec an sit, necne, novit, aut discit.

Seu Mauriana hunc mittit, aut Tarentasia
Seu frugiperda Bressa, nam suas fruges
Fert inquilinis & cibum & vices vitæ,
Qui nulli Asello asellitate concedunt.
Ab inquietis montibus Pyrenæis
Linquens Isardos, capreas vocant prisci,
Et capreolas Cantabri feri rupes,
Cucurrit vt seruaret ad strenuum Scribam.
Contentiosus, igneus, minax Vasco
Contemptor almæ pacis atque derisor,
Rixæ & paratus, prælio vtilis, bello,
Parere & imperare nescius iuxta,
Si disciplina forte cui tamen cordi est,
Duos feroces batuit vnus Hispanus,
Pedes tremendus, omniumque eques primus,
Qui gloriam Burgundionibus carpit,
Carpit Boemis & Neapolitanis.
Neapolis, Neapolis parens tractus,
Regina tractus vltimi aurei cæli,
Obiecta monstris omnibus. Truces nam cum
Scylla, Charybdis, Ætna, Lastrygo, Cyclops,
Circe, Meligunis, Æolus premunt. quid non
Dic manibus doctissimi Sanazari:
Dic Uraniæque nenisque Pontani,
Maiora monstra teque nosque perferre,
Orcum fori nos te tricerberos Mauros.
Miratur omnium orbis esse consensum
Lemouicus nil crassius gerens veste,
Præblandus ac peritus artis ac lucri,
Te ad vltro emenda mercimonia inuitans.
Cane. nisi cauebis, ast lues. stulti
Nam amara pœnitentia est comes facti,
Tortas retortas sæpe sic per ambages
Panem altera, aiunt, altera tenet saxum.

Dimidium

Diuenditas ergo ille colligataſque,
Miltoque mercatoris oblito inſignes,
Dum prandium curatur, aut ſacris aſtat
Is, qui coemit: ſarcinas reſeruauit
Furtim priores, alteraſque ſuppoſitus
Quaſi officioſus impoſuit comes mulo.
Apage barathri ſemen, & genus dirum.
Vale, nefandus vnde Scriba prognatus
Nullum reliquit poſteris modum culpæ,
Quo poßit vlla falſitate certari.
Surdum excipe atq; crure non pari Agnellum, at
Imparibus illi cruribus parem mentem.
Oblitus eſt iam pro ſtupore, non hiſcit,
Quem lancinat memoria peßimi Scribæ,
Prouincialis mercimonium vendens
Oliuitatis, atque ficitatis, tum
Muriæ, garique cumque cappari crethmi,
Crethmi marini quem empetron vocant ſtulti,
Vt nunc medicina tota iura ſubuertunt,
Quo doctioris claſſis eſſe credantur,
Cum tamen aliena in proprias trahunt nugas
Compta calamiſtris, vſtulata cincinnis,
Champerius quod perditiſſime fecit,
Quod frontis infinita turba perfrictæ
Oblitus igitur obſtupeſcit abnutans,
Longoque veluti ſuſcitatus a ſomno.
Nam ſemper aere craßiore dormitant
Prouinciales, quemque parua Nicæa,
Et quos Cythones vltimos alit portus,
Quos circioſi cogit impetus cæli,
Vt feriatas meßibus mor.us rumpat,
Cui cærulata dies eſt manus gluſto,
Quod a rotundis orbibus trahit nomen.
Glaſtum fuit, nunc malluere paſtillum,

Champerius hiacynthum at esse mentitur.
Champerius quis ille, si petit quisquam,
Respondeo: sed Scævola modo paucis:
Ardelio rursus, insolens, tumens, turgens,
Titulo Archiatri, quod Deus sit atrorum,
Nam candidæ ille mentis haud tenet micam;
Falsarius sed inuiausq; ineptusq;
Scriptis alienis indidit suum nomen,
Uno alterove verbulo usque mutato,
Dum ex officina barbarissima agnoscas.
Quid si ille falsitauerit suum nomen
Campegium, e Champerio. & tacitus dormis
Democrite? o nec rumperis cachinnando.
Iam bellicosos e Calabria pullos
Mittit domare, concitare, gyrare
Siticulosus Appulus, Croton sanus,
Siculus dolosus, laniger Tarentinus,
Picenus unctus, rusticus Ferentanus,
Nebulosus Umber, Longobardus æstuus,
Carnus vorator, potor Histrus, insanus
Illyrius, arrogantior Typhœo. huius
Caputque venti & gloria Ragusæus,
Hic si Deum non crederet, deum se esse
Credi iuberet. esse cum Deum credit,
Sese alterum, aut vicarium, aut Deum credit.
Adeo occupauit omnium stupor mentes.
Quonam fauore vixerit diu Scriba,
Ecce aduocatus sanguipotor, & iudex,
Iudex locusta ciuitatis & brucus.
Nam destinauit perditissimæ morti
Ferrariensis aureo nitens mundo, at
Cyclope inhospitalior Peloræo.
Idemq; sentit eruens suis libris
Bononiensis splendor, ac parens otij,

Cele-

Cœlestium secreta quod Deum pandit.
Idem rogatus iudicauit, & sensit
Venatus superba nobilis vetustate,
Qui more Rodam carpit arua vicina.
Hoc cæcat vnum pectus hosticum sceptris,
Dum gloriæ regnantium imminet. verum
Quicquam noui prisciue iudicaturus
Non Æaco, non Cretica pluga regi,
Neque Rhadamantho, aut quem erudiuit ad cultum
Æqualitatis, & parens Ceres legum.
Martiue pago, amphyctionumue conuentu,
Confessiue cælitum scisens cedit.
Antiquus autor fœneris rapinæue
Odit, quod ausit se esse peior hic Struma,
Is, quem Monœcus parricida prædator
Altrinsecus Ligurnicæ obsident rupes,
Genuensis osor pacis, ac boni moris,
Mendax, auarus, semitarius mœchus,
Decoctor, expiare quem nihil possit,
Non vacca, non sus, non capella, non taurus,
Nisi ipsemet cruore det suo pœnas.
Tristis Saonæ pestis inclytæ, acdiue,
Pellaciorq; malacia Decembrina,
Idemq; eadem pestilentior longe,
Cum sorte pariter & animum & fidem mutans.
Non hoc refellit, non amat refellentes,
Cui Fesulana Nympha, cui vetus Pisæ
Olympiorum abusque cursibus, cuique
Flores dedere nomen, ast amat fructum.
Nam parca & in rem attentiuscula est paulo.
Florentia almæ ocelle pulcher, at quondam
Ocelle quondam pulcher Oenotriæ cæli.
Ah seruitute cuius alta ponebas
Leges Etruscis, ipsa capta nunc lugos.

Non Luca libertatis autor & vindex,
Vindex seuera morte vindicatura.
Senæque veteres ciuibus bonis plena,
Doctis, bonisq;, tum supra modum humanis.
Taurina tellus tota, tum Salassorum
Veneriq; Liberoque dedita, ast olim,
Internecino tota nunc flagrans bello.
Minas suburbiana pandit atque vrbis
Intenta dapibus Mediolanus & ludo:
Sed antequam sinistra monstra lanarum
Decus serenum ciuitatis auferrent.
Ah lani lana, prostitutor impure
Qui spurca Romæ scorta leno vendebas.
Cruore menstruo, & cruore nocturno
Trahens nefanda more Tartareo vitam,
Nam Tartareo, aut Hiberico nihil differt,
Elephanticus teterrimus venenator
Tibi Riella, tibi Eporedia, tibi Augusta.
Hæc innocens, nocentior sed angue illa
Est tota duris Alpibus iacens ora.
Et qua ninalis gurgite Padus inuicto
Casalis altam subruit celer ripam.
Ingaunus, & Montanus Apuanusq;
Tibi imprecati inexpiabiles diras
Vident cadauer litore vltimo Varri.
Te nec Megæra, te nec atra Styx te, nec
Charonve portitor, canisve latrator
Toruum trifauci murmur eiomens collo
Aut contueri, aut tangere, aut videre audet
Si puniendi vincat hunc modum culpa,
Dignus magistrum latro quem regat Sculna.
Videsne, colle vt imminente Parnassi
Huc Mantuanus dominus, ac decus fontis,
A quo riguntur ora tot poetarum,

Cursim citato promouens pedem gressu
Demittat: vt ne deuoretur a Scriba.
Vides, vetustum vt ense Hiberico claudum
Mittat: recentis huius vt memor viuat
Veteris Rauenna meta prima Picenni.
Vehementer inde gnatus est Ligur nequam.
Se excedere est quod ausus his malis Scriba.
Nam solus is se pessimum esse credebat.
Quantum malorum mundus, impiorumq;
Auditve, alitve, corrigitve, caditve
Latrocinys fœdissimum caput diris.
Fideq; Punica infidelior prædo,
Seu Punica est, seu, Græca, nil moror. nanq; est
Vnus Britannis tetrior Ligur cunctis
Saxicola, pelagicursor, inuidus, spurcus,
Famelicosus, turpis archipirata
Quem purulenta conficit sitis lympha:
At ipse verminante non sitim lympha,
Famemq; pulueroſa soluit apluda,
Pericla sentinare dum studet vita.
Si nos Liguris interroget quid est Sculna?
Similis tui, dicemus. Hoc suaserunt.
Qui Viriati regna temperant prisci,
Quorum retortis cursibus Liburnorum
Noui remota prorsus orbis in terra
Auri apparatus emicant acernorum:
Nanque vnus iste finis, vnus e cunctis
Primusque postremusque, solus & unctus
Aurum vt vehatur. nulla vena comparet:
Cara incolis nitela habetur & grumus:
At alia merces raditur referturq;
Onyx, smaragdus, cumque adamante beryllus,
Aut vniones lucidos graues, grandes,
Quos dira collo fert Hyæna rugoso.

Hac lege mirabilius datos auri,
Edentula ut vorare tot queat montes,
Carpesiumve cinnamumve moschumve,
Nam cinnamomi ferre quod negant illos,
Isti abnuente veritate censores
Tam vana dicunt, tamque falsa delirant,
Ut qui refellere ausit, ille deliret.
At omma aliquando quo ferant aurum.
Est nauta, fateor, igneus, catus, parcus,
Est Lusitanus feruidissimus miles,
Seu comminus, siue eminus velis pugnam,
Pugnamve equestrem, aut nauticam, pedestremve,
Statariam, fugaculam, leuem, iustam.
Prior lacessit, vincit, & lacessitus,
Domi foriſque clarus. Ast mari in toto,
Ast in maniplis, ast in horridis turmis
Non Elices intuetur, aut canis caudam
Quas Graecus, aut Sidonius vagi quondam,
Non signa, quae Centaurus, aut Apri forma.
Olim Quirini aut Caesaris feros miles
Unum aurum in oculis, in animo, in nigro vultu,
Oratione, cogitatione, aurum
Edens, bibens, quando esurit, satur quando est,
Vigilansque, dormiensque somnians aurum.
Pro quo facetus fluctuosa Neptunus
Perſepe breuia obiecit & canas rupes,
Extingueretur ut semel sitis dira.
Sic naufragus piscatur in profundo aurum.
Sin enatans enauerit, necant Indi.
Qui littorali maxime cluent pugna,
Victimus recipere dareq; nil recusantes,
Sic hoc tuentis litoris plagam cedunt,
Ut viscere ima quaerient opes terrae,
Quando aquoris pellacia nequiuerunt.

Insamaque

Insaniæq; istius ac mali cunctos
Odere socios misere & æmulatores,
Pugnantq; pro thalassico periclo, quòd
Decet omnium esse, aut debet esse nullius.
Quod si quis illud vindicet manu assertum,
Dedatur atro litiganitibus dente,
Vt inquieto iactitetur æstu,
Et sit curulis sella, Basilica, sceptrum
Regnumq; fraudulenti perditum Scribæ.
Quis ille, nudum laxa cui pedem velat
Prope palla fluida lubrico sinu quadam?
Ventosa num Galatici maris regna
Miscere visum fraudulentias Tulle.
Te, Celtibere, teq;, Cantaber, cerno
Hac, qua Pyrenæ dorsa cruda porrecta
Vtrunque duro mordet ore Neptunum.
Te Dalmatarum montium hispidam pubem,
Qua murmur atros pandit Adriæ fluctus:
Teq; spoliatrix aduenæ impia Epirus,
Quæ illius impudentiam, & malas artes,
Et falsitates æmularis, haud vincis.
Quo te parentem dulcis & grauis linguæ,
Nostrique large diues ordinis fomes,
Graium relinquo lucidam ingenij gemmam,
Qui solus almum condis & colis montem?
Non mihi poetam quempiam pium & sanum,
Sed Eupolis, Cratinus, aut Stratis currat,
Aut claud cante fortior pede Hipponax.
Quos commodabis, facta qui sciant Scenæ,
Choroque notu destinet recantanda.
Seu concitatas vltimi rotas cæli
Strophe indicat, seu Antistrophe planetarum,
Terrave Epodos inde testis immota.
Est in recessu perdito decentique

Nouum inquilinum turba sub nouo regno.
Sic prisca sceptri decora turpis amisit.
Cui nulla quanquam comparauerat virtus,
Eiusve, auive aut patris, at merum donum.
Esset, analecta quo reconderent mundi.
Nam vt quisque quisquilias domi suæ verrit,
Vt expietur familia illuuie, & sorde,
Si liberorum numerus aggrauat sic rem, vt
Faciat minorem: ast illico illa transcribunt
In regna transmarina perpudenter: nam
Ad eluendos est opus mari toto.
Hi prodidere, pergq; inertiam insignem,
Pergq; insolentem ignauiam solentemque
Florem insularum: quaque viuxeis stagnis,
Quaque æstuosi proterunt minas Nerei
Clari dicatum numini Rhodon Phœbi.
His ingruentis robur vt ferum Turcæ
Auerterent triremibus Liburnisq;,
De patrimonio suo atque demenso
Decidit vnaquæq; natio partem,
Quam portionem ascriberemus, vt forti
Depelleretur inde classe discrimen.
Tunc vnus omnium ille obex ferebatur,
Quo vindicari nostra vita sic posset.
Ast ij supini liberoq; stupriſq;,
Et otio e prouentibus bonis parto
Ab negligenter perditeq; vixere,
Vixere, viuunt, &, nisi caues, viuent.
Libidinosa contumelia plenos
Gratis sacrum stipendium ligurire?
In scorta sumere semigraculum, & prolem,
Quæ ex impudica Venere detur incesta?
Ergo ab Othomanis fortibusq; firmisque
Pulsi in proterui contumaciam Scriba

Veriere

Vertere belli turbidi grauem molem,
Eumque cunctis calculis reum damnant
Tota hoc patrantes vnicum bonum in vita.
Hæc nationum exacta summa summarum
Græcus, Latinus, barbarusque, Iudæus,
Bibarbarus, tribarbarus, quater nequam.
Atq; inter istos si quis id roget: credunt.
Factor, olitor, vindemitor, sator, sartor,
Messor, putator, vector, actor, occator,
Imporcitor, sulcator atque sarpator,
Cæsorque frondatorque, pampinatorque,
Et qui legumen vannat, atque acus verrit,
Abactor, & plagiarius, arbiter, prator,
Tam vrbanus vrbi, quam aduena peregrinus,
Tribunus, atque Censor, atque Dictator,
Paricus, & pecuniarius Quæstor,
Triumuir, ignis virgo, flamen, Ædilis
Et ruffulus securior tabellarum,
Quas turbulentis pontibus ferunt ciues
Ad septa, publicamque mobiles villam.
Prisciſque cum Suffetibus opicus Meddix,
Assessor, & præfectus, & minax Consul
Postquam ex tegete fœtente rimuloſaque
Euectus ad ſuperrimum eſt magiſtratum.
Nam ſic ſuperbus ruſticellus inflatur,
Cui patria ſit Toloſa, cuive Lactora.
Rempublicamque publicanus emungens,
Et natinator, ſiue mercè præſenti,
Seu traijcit pecuniam, & capit fœnus,
Seu nuncupata mancipij facit nexum.
Ridebit inter funebres pyra fletus,
Qui luget orbis liberos parenteſve.
Nam coniugem perrarus extulit plorans.
Peruerſitas eſt tanta putido in ſexu.

Et

Et qui remissa mente potius amissa
Se fallit ipsum, fallere vt diem quærit,
Lentusque pictis vinitatur in lectis.
Atque hos sequuntur certa sic opinantes
Interpolator, jusor, armiger, lixa
Cum portitore, cumque nundinatore.
Infector atra purpura atque diluta
Coccoque, molochinarioque, venetoque
Quem Egnatius tam ineptus indicat gialdum.
Reliquit inter arua vomerem & cultrum
Domitor iuuenci mugientis, & pulli
Qui iam parentum oblitus, ardet æqualem.
Æque stupescit crimen atque miratur,
Leuidense quem amicit Gallicæ togæ stamen,
Quique scutulato tegmine, vndulatoque,
Aut floridarum luce sericatarum
Non perferendo prodeambulans fastu,
Notat clientum absentiam salutantum.
Cui masculæ segmenta fornicem testa,
Emblematum tessellulas notis iungunt.
Qui belluatis in tapetibus dormit,
Quibus fratillos vellit arcta volsella,
Quos Chermesinus imbuens venenauit.
Cui Cilicia intextura depulit Caurum
Læuo reflantem tempus axe substillum
Aut Cyniphius olentis institor texti,
Et penulatus cursor, & paludatus,
Et bardiacatus sole torrido sudans,
Conopeo qui tectus allicit somnum,
Testudinate æmulionibus tutus.
Qui capidulatus, quive capite aperto sit,
Qui cernuatus pauper aut tegillatus,
Petasatus, & braccatus est, togatusque,
Et pileo contectus, & galeritus,

Discalciatus carbatinave munitus,
Aut carbara, aut perone, detrahit caso
Quem Prussus hirco, aut alce, caprea, dama,
Cervo, inulo, & de pelle consuit cruda.
Et Gallicis habenulis pedes nectens
Udone plantas, endromide fouens artus,
Et discolore pro latrunculo pugnans.
Periculosa qui alea diem perdit,
Utque otiose viuat, otium perdit.
Et viuere vt dicatur, hoc idem perdit:
Vagam sonante tesseram alueo mutans,
Partim fritillo, partim eburnea turri:
Iratus atque infensus & die, & luci
Sub sole stertit, nocte lucubrat multa,
Non lucubrat, sed nocte conuomit sera,
Sera, creperaque, vltraque. nullus in tota,
Nullus profecto nocte, sed die nullus.
Nisi facessit cum negotium nobis,
Stratis relictis accubemus vt poto.
Nam tum locum vel obtinet trecentorum.
Solem ergo manantem vt semel salutauit,
Stragula petiit obuolutus, & fugit.
Omisit agros serus, & venit visum,
Quonam tropove aut schemate vnus orator
Ausit precari iudicem, vt reum absoluat.
Caprarius, opilio, agaso, equiso, lignator,
Peiorque mulis mulio vnicus centum
Quartarius, similola, quadruplatores.
Idem veterino agens, quod ille, clamore.
Atraque praesc partiarius villa
Bubulcus, & subulcus, atque remulcus,
Et scrofipascus porculator immundus,
Qui grunnientum obesat os obesorum.
Hoc pollinis plus prodigit, quam arenarius

Diuum

Duram iuuencus vngula cuens pugnam,
Vt pernione musteo graues gliscant
Frustraque verpa fœtido saginati.
Hoc siue verpo, siue compari Hispano.
Verpo nihil nam distat ater Hispanus,
Nisi quantulum Mahometici luti admiscet.
Peiusculus aliquanto intus vt spectes
Artes nefandas, barbaras, perobscœnas,
Lenoniam. grassariam venenorum.
Prædixerant, nunc euenire prædicta
Gaudent, redicunt, gloriantur, & iactant
Inque triuiis, inque angulis, foro, templo:
Sculnam recisa oblongiore ceruice
Propendulum aura flabra ventilatura
Vates, aruspex, sideralis exactor,
Horoscoporum tractor aucupatorque.
Ariolus, extispex, magus, hypnicus, Sagus:
Et qui eruto cadauere e sepulcretis
Ferale murmur intonans quatit manes.
Agrippa lurchinator atque latrator,
Insania efferatiore distentus,
Farraginosa qui strue libellorum
Turgens, Lauerna ex pessima est Lauernarum.
Mungens paratus credere magicis nugis.
Iam publicatos scriba Flauius fastis
Auget curuli muneratus in sella
A ciuibus, queis edidit dies scripto.
Quos inuidentes Pontifexque Flamenque
Poscentibus suppresserant: genus sic hoc
Nomen gulonis imperiosi auarique
Liuoris insolentia prope æquauit.
Olimque nuncque & peius in futurum esto.
Ergo illius pro regula artis indicit
Auctum dei nomen inclytum vnius

Quæ

Quæ feriati dicimus necem Scribæ:
Nam reliqua cuncta festa sic reliquere.
Qui festa Consi, quique festa Saturni,
Boue huic nigro, illi coningarys mulis
Aut pileatis fratribus, sororibus,
Pro qua superba æquata sit solo Troia:
Aut multinodi verberis crepa clauæ
Monstra parientis orbis, expiatrice.
Colit Quirini facta, facta Tutani.
Quique armilustrum buccinator indixit:
Qui Martis aras, feruisve stultorum
Domi meæ, quæ iam coluntur, æternum
Domi forisque mente quæ mea sidunt.
Qui cantat ambaruale, compitale audit:
Qui blanda Floræ sacra concelebrarunt.
Natalis hæc lux Iuda Cæsari illuxit,
Qui lusit hos vindemys satur lusus,
Satur racemo coctili, satur rapo,
Satur vlpico profectili, satur porro,
Madensque protropo dum famuli bibunt lotam.
Ruspatus otium negotio inuito,
Inuito, & exulantibus procul curis,
Quas Struma nobis litibus facessebat,
Minans probasse aut omnia, aut probaturum.
Ergo impedito ferreo columbari
Scriba repulso litium metu duro,
Mero iste feruens serio poetatur,
Nugatur, altercatur, occinit, clamat,
Irascitur, nam hoc proprium sibi plaudit,
Peculiare, auitulum, paternillum.
Sibi quisque Rex est, quandiu tumet bilis:
Sic ille turget millies die centum.
Sed citius atque cynisca fœta sedatur,
Priusque pene desiit, atq; cœptasit.

Post hinc cachinnat, comminiscitur libros,
Qui profuerunt nec teruncium vati.
Nam barbarorum turba sic lucro addicta est
(Bono malove quaerites: eris pauper)
Vt praeter ipsam nil pecuniam spirent.
Sic asiolent laudare, dives est. ergo
Fortis, bonusq; strenuus rei augendae.
Ast ille acerolotus intimas aures
Et cordis aciem chalybe fultus inuicto,
Cum nebula gemmam cruda vitis exsorbet,
Aut grandinantur vineae, aut segetes arent,
Aut scandulaca strangulantur, & nutant,
Aut perpluuntur hordearij culmi,
Flore vt caduco stipites colorentur,
Concisa iacet auara spes colonorum.
Stertit supinus, crastinum nihil curans,
In quem venire quis vadiuerit vinum?
Quare cruciantis ista facta nequicquam
Ridet prophani contumaciam vulgi.
Miratur vnde tanta (caesarem impensa
Possit sequi. Pedisequas, canes, Mannos,
Canterios, iumenta, plostra, viuerras
Cuniculationibus vecurrantes,
Aurum cubiculario inditum lecto,
Aulaea, guttum argenteum, salilla, orbes,
Nec permoueri calamitate, nec flere,
Nec vota facere seminalibus diuis,
Tum Libero, tum Libera, Mineruaq;,
Robigini, Foreq; tum Lua, & Linfa:
Terra parenti, & coniugi Ioui patri,
Soli, Diana triplici, & bono Euentu.
Hominemne vere, tam nihil qui habet pensi?
Sic murmurantem Myrtium, & Trisurcatum
Clamare Silphiumque foeneratores,

Audiuis,

Audiuit, audicnſq; lene ſubriſit,
Illius vt mos candidiſſima eſt mentis,
Suſpiriosum geſtiens gregem audire.
Quo peius ergo monſtra peſſima hac vrat,
Heroicum diey, noctcq; ampullat.
Comœdiam confixit, & meruit hircum
Græce & Latine, & Pindari quatit turrim,
In qua ardua arcti grandiras manet cantus.
Elegiacum compoſui emedullatum.
Verace Rallum fecit ore mentiri,
Epigramma cultum qui profeſſus eſt nullum,
Tulitq; punctum teſte Luſcani, & Bembo,
Vt nullus illi comparariter poſſit,
Inuentione, argutia, ſtili lmæ,
Quem dirigebat continente compage
Non anxium, natiua ſed, politura.
Atque hinc ſolutus fœneratoris libris
Pererrat vdi compita, & ſacras lamas,
Leuem Menalca fiſtulam boni tentans.
Poſt atra crudo cum recanduit bilis,
Quatit ſonantem Archilochio pede incudem.
Et quo palato ſapiat hoc magis, miſcet
Cum recto iambo ſemiambulum claudum,
Qui claudicantem fœrius pedem figit,
Vt cornuatim hoc impetu petat Sculnam,
Pippumque, Eliphiumque fœneratorem,
Longeque peſſimum omnium Trifurcatum.
Atque hinc ſodales rore proluens vitis,
Satur ipſe domante audaciam meri lympha
In ambulacris, riuulos aquæ propter,
Qua garrienti ſpuma ludit excurſu,
Cudit furores, quos prius Tribas Sappho,
Atque hinc rigenti rupe nixus, atq; vno
Stans pede dicentis flexibus trecentiſq;

Ducit, reducit, erigit, premit, damnat,
Jugulat, probat, reponit, vrget, inculcat,
Inducta replet, obtinit, notat, differt,
Farcit, refarcit, stipat, arcet, expungit
Catullianis manibus faciat vnum vt
Phalacrum enervaculum, madens, laxum,
Hians, supinum, languidum, fluens, nequam,
Ipse exoculatus, excor, excerebratus,
Quotusne quisquam sanus, ac sua compos
Mentis relictis seriis, severisq;
Meas inani in otio legat nugas,
Insanior tanto ille, qui, vt legas, scribit.
Hicme bibulus, siticulosus æstate,
Potus, repotus, tertium quater potus
Primo & secundo vere. nam illud Aprilem
Dat, clandicantem hoc longa bruma Septembrem.
Sic semicocto pernione distentus
Somniculosus molle carmen eructat.
O sancta Flora turgide parens Terræ,
Terra parentis Flora mater, & nutrix,
Cum gemma cali amore de libro erumpit,
Fauonij complexibus tui gaudens,
Cum jusscitato lucis aurea nixu
Oblita terra duritatis hibernæ,
Oblita paupertatis orbitatisq;
Qua mœsta suspirabat, & laborabat,
Ridente blando veris vultu vidi vultu,
Vi roris irritata se quoq; irritat
Ad alma regna sæculi propaganda
Genitalibus primordijs replens orbem:
Serua poetam, quem extulisti in lucem
Tam luculento & floridο die Aprilis,
Ne sæuienti occurrat impetus Struma.
Nam testibus probabit esse conscriptum

Totum

Totum hunccc commentarium ab alio, quam ipſo.
Nam ſic Eraſmus: idque mentiebatur,
Orationem, quam is dicauerat Marco,
Non eſſe factam a Cæſare. aſt eum ſtulte
Accommodaſſe nomen alteri ſcripto.
Pro quo poeta, qui antea perhumanus
Seni dicaci atque inuido pepercißet,
Veteri nouaq; iniuria ſubiratus
Oratiunculã altera probe eſt vltus,
Facturus apologeticus idem, ac peius:
Niſi impudentem barbari premant linguam.
Sic nunc poeta, diua Flora, pro veſtro
Ne Scriba ſurgat deprecatur, atq; orat
Poeta biliosus, acer, argutus.
Quem ſi decora oratione prorites
Furno propinet, nauitæq; ridendum:
Noctu canendum aduorſitoribus ſeru:
Ad incitas qui more bubali impellat:
Carbonibus depingat omnibus miris:
Portu, cloaca, porticu, lauatrina,
Portu, palæſtra, ponte, fornice illuſum.
Poeta vita lucida, ore laſciuo,
Poeta mendax, ebrioſus, inſanus,
Nudus, lacinioſus, atq; pannoſus.
Nam talis ars nunc pauculos alit. verum
Contempta præ lucroſioribus lucris
Hippocrateis atque Flauianeis
(Nam Flauius Iuſtinianus hæc ſcripſit,
Titulumque Gothi glutinauit ad linguam,
Quæ Vandalumque Gothicumque ſpiraret)
Vt ille qui Drungarius cupit dici,
Friget miſella turba vel per æſtatem,
Cum tinnit area ictibus flagellorum.
Friget fametque: ſed tamen ſitit raro.

Nam prauenire largioribus cuppis
Asunt creare (ast mentiuntur: ast hoc est
Peculiare ac proprium poetarum.)
Apollinem plus mille, plus decem Musas,
Venerem canendi spiritumq; diuinum.
Atq; illo inani & ejcitame, & arguto
Halatur ore crapula quadrinoctiurna.
Vt tres Auernos, quatuor Megaerarum
Animas olentes sulphur, & picem, & fumum
Trium Mephitum, qualium latrinarum
Trium canum, triumq; cunnilingorum
Incommodare naribus minus dicas.
Quin Luna cum collegio planetarum
Sese affuturam iudicem, & meram, & iustam,
Queis siderum caterua pulchra fixorum
Stipabit auri fulgidum latus puri.
Quin vnus Sol ingerrimis notis turget,
Quaq; Astra celsi verticem terunt celis
Et quae crocanto fulgurat dies curru:
Et vbi serenum flectibus caput condit
Solanus, Eurus, Cacias, Libys, Corus,
Fauonius, Septentrio, Auster, Altanus,
Huic pollicentur foetidae notas auras
Sese in remotas insulas relaturos,
Vbi peierantes ventilant Proamnates,
Capite minutos in Garumnicis furcis
Minutione haud Scaeuola, aut (nei, aut (ay.
In nugilongis quae reuoluitur libris,
Sed quam librauit dextra sphiculatoris.
Nefanda corruptoris alta miratur,
Qui mercium ve virginumve corruptor,
Qui testiumve, vt posset esse Strumaster.
Huic persuasum est prorsus, & nihil pejus,
Quam decurioni, & euocato, & adlecto

Fueris

Fuerit is aſcriptiuus, aut ſtatim armatus,
Principibus, & rorarys, & haſtatis,
Et primipilo, & pulueri antecurſoris
Leuiq3 (eleri, immobili cataphracto,
Et funditori glandium, & equitarquita,
Tum ſubſidiario troßulo, & cooptato,
Anteambuloni, veliti, anteſignano,
Bonis Camillis, ſordidis Metelliſcis
Alæ, manipło, cochleæ, globo, ferræ,
Cuneoq3, forficq3, cornibus, fronti,
Caudæ, vmbilico, plæſio, iugo, turri,
Denſa phalangis, vineæ, ſinapiſmo,
Triariis, centurionibus diris,
Olim quibus (edo, alteram ſuit nomen,
Verum meticuloſioribus vulpe,
Heu diſciplina militaris, antiqua
In ganeam nunc aleamq3 mutata eſt.
Queis ciuium cruore comalent dextræ,
Cum feciale, cum caduceatore,
Patri patrato: ſeu ſilex manum complet
Seu Culcitilla, pendulumve clunaclum.
Terram pererrat fama, peruolat cælum,
Fatigat alti vaſta regna Neptuni.
Nam bruta pecora, garrulæque aues omnes,
Quæcunque noſtros emulantur accentus,
Linguamque lingua ductili probam fingunt,
Seu pſittacus, ſeu pica, coruus, aut turdus,
Merulaque nigra, quæ ore buxeo pippat,
Sturnuſque teneras ſtreperus enecans aures.
Tum Martius Picumnus, vt cauum nidum
In roboretis excæcauit adrepens,
Vagina omittens deplicatili lingnam,
(untauit oſcen carmen impius læuum
Effatus augur, curioſior templum

Suspendiosum adiudicat neci Scribam,
Neve impedire iudicem remores possint,
Seu sint superuaganeo leues tractu,
Seu substitutam prapetes humum radant,
Capite obuoluto damnet impium iudex,
Hares hoc expedibit auguris Taga,
Cui quadriformis sectio poli paret.
Sinistima postica, dextima antica.
Iam cacabantes gandio intimo ludunt,
Quæ lautiores expetuntur ad lances:
Rubella perdix delicata, & astuta,
Et nigripes, quam Ethruscus autumat Starnam:
Et quas niuales candidas alunt Alpes.
Et quam sapore praditam minus firmo
Taurina gens vocare Galliam iussit.
Et delicatiore quæ valens succo
Maiore corpulentia Attagen præstoest
Oris prouincialibus, Pyrenæis
Nomen minutiore deferens flexu.
Nam Francolinum turba nuncupat vulgi,
Et quæ fluentis Histricis Sana & Drana
Deponit æstum. Pannones feri quondam
Dicunt coturnum. sola verò perdicum
Abit reditque & manjuescit in tectis:
Ritu columbi pluma cui pedes vestit.
Scolopaxq3, quam Franciloqua lingua Beccadam
Appellitat: nam rostra nominat beccos.
Et comitiali obnoxiæ coturnices,
Quibus beata vita sic fugam tollit,
Vt vita melior interim afferat mortem.
Et phasiana lucide notæ. namque
Versicolor vltratermines trahit caudam.
Ast ater alter vropygiocurto
Segnesianis montibus frequens præda,

Trans-

Transferre prudens pedibus oua deprensa
Haud phasianus iure dicitur vulgo.
Quare Bruantis Francus addidit nomen.
Est Tetrao sed nominatus antiquis.
Idem canoris cantibus canunt lata,
Quæ pisculentis nidulantur in stagnis,
Herbulis anser, atque anas quiritatrix.
Qui corpus vrinantium colymbarum
Suo amu'antur corpore. at putris ligni
Ortum Crabanes Santones recognoscunt.
Quacunque pictis aerem secat pennis
Magna & pusilla, & palmipes, & vnunguis,
Et solitaria, & coniuges & vrbana,
Et rustica, & rapacibus leues armis,
Leues, graueque, quas vocant coortales,
Salix maritus cum salace matrice,
Cum rusticellis Numidica Adrianisque,
Vulgaribusque iuncta Melica externa.
Pauusque, pauique amulus, minus pictus,
Visendus orbe nuper e peregrino.
Meleagris is puratus e Clyti libris.
Et canturillans, Dacnas, ac coronata,
Acri soporem morsiuncula rumpens.
Et longicrures curticruribus iuncta,
Pingues, macreque, & esculenta, & abiecta,
Qualis famelicosa secta miluorum,
Cuius acuit postriduus famem clangor,
Sutque contemplator ardui casus
Colore vario pictus atque Epops florens,
Quem cultus asper rupis, & specus atra
Tegunt, malignus ast trahit dies victus.
Sic alites, sic oscinesque, neutraque
Et improbata ad prisca sacra spunthurnix,
Malcominata, cum silet, striges, calum, &

Feralis alto culmine ac ruinoso
Serum recantat bubo carmen: at Scriba
Prasagiens propendulum cibum coruis
Ergastulo inde, indeque mediastino,
Quis plus virorum cursitat recursatq;,
Quam lubricæ Sicanici maris Fluctæ,
Aut litis in Roma rota procurator,
Quæ morte citius, quam pudore finitur.
Aut quam proteruus lite Struma tergebat
Seruo Peneste, seruuloq; Clarotæ,
Etiota, & Echinalotæ, & amphamiotæ?
Seruoque heroque, libero atque liberto,
A pedibus atque scriniis, libellisque,
Tabulisque, commentarijs, libris, armis,
Stabulo, matula, rationibus, manu, punctis,
Nomenculatorique memoriæ mira,
Hero hæsitanti qui fodit latus furtim
Non Mithridati, aut Adrio atque Lucullo.
Nomenque fecit, unde factore, dictus
Vicario clauigerulo, Atrienſique
Qui surripit demensa curta conseruis:
Diarijs depauperans herum falsis.
Atque hoc, opinor, de scientia Struma.
Sic inquietæ sordidis fera lustris
Somniculosi tempore inuio glires,
Vigil lepus, dorcas fugax, celes cerous,
Lasiosque gratia breuis lætens.
Audin' Molossos, & Laconas hirrire?
Audisne Corsos & genus Lycisc arum?
Ritu vt reducto dentium minas nudant.
Rugit cruentus: torous, atque hians pandit
Ora truculentus, seu suapte natura
Nil nisi profundas nouerit leo siluas,
Seu mansues horribilibus cieur plagis

Crispam

Crispam minaci subdidit tubam Mauro.
Nunc ipse fœtus fœtumque venator
Latet stupentemque & sui Tigrim oblitam.
Prodit decoro lumine exerens cornu
Tornatili mucrone temperans flexum,
Intaminata virgini merè pareus,
Eiusque solitus in sinu capi tantum,
Ut persuasum est, Unicornus. hic rarus
Apparet, atque rarius capitur. nunque est
Nisi rarius videre virgine integra.
Tum barrienti semibellua vasta
(Nam belluarum sola quid Deus sit, scit)
Infensus hostis nasicornus, ac victor
Proboscidem nil disparî timens cornu
Pugnare vult, ita esse, quod velit credi.
Ab inquilino, & incola, & locatore
Et venditore, & coctione, & emptore
Calcario, architectone & redemptore,
Ærisque fabro, aurique fabro & argenti,
Qui, plus die furatur vnica solus,
Seu sacra tornat vasa, seu projanata,
Quam Cretici Dantisicus his bibat vius,
Fabroque marmorario, & fabro ligni,
Qui, quod nihil furiarier queunt, plorant.
Prater pusillas, & misellulas schissas,
Fabroque cementario, & fabro ferri,
Cui rivus alto proruens tubo praceps
Vasti tremendam mallei rotat molem.
Illum excitatum turbine, & rota nixu
Urget voluta continente nutantem.
Ipse inquietæ dente forcipis sudans
Vertit tenaci feruidam gemens massam,
Nil motus ignis fulgure atque stricturis.
Propinqua vallis ictibus tremit crebris,

Caue-

Caueque geminant horridum ſpecus bombum.
Eſt vbi Meſapus Pæones humo tollit
Compaſcuo hirtos vertice dirimens Medos,
Monapum incola, ſed Graia terra Bonnaſum
Vocat ferocem, at fulgido trucem aſpectu.
Robuſta tauri magnitudo, ſed vaſta
Eademque facies, at iuba alta cerulcis
Aduſque frontis horridos ſinus veſtit:
Et fluctuanti vndatione criſpatur,
Is vbi latrantum murmur, & graues ferro
Lato ſicilices pallidam fugam ſuadent:
Abit ſalutem queritans cito curſu.
Donec labore deprehenſus atque æſtu
Fœdum coactus eminus ſimum iactat.
Atque illico, quod attigit, cremans vrit.
Ergo minatur, & minabitur peius,
Niſi cremetur Sculna, ſe crematurum.
Eſt in Gelonis pertinens Scythis tellus,
In qua Tarandus oritur, atque nutritur.
Is efferatus manſueſcere ignorat.
Hunc non chamæleontis æſtus infamis,
Non polypi verſutia arte mutandi
Vincat. ſed & robuſta vaſtitas terret
Venabulorum, & impetum, & feras plagas.
Qui ſi rogetur, Stellionis an crimen
Sit inuenire in ſcriptionibus Strumæ,
Fullacioſis atque identidem inuerſis
Ad fulgidum auri fulgur, atque heri nutum
Neget referri, ſed quod attinet, falſis:
Se dicit eſſe, præut ille ſit, nullum.
Quin murmurantis incolam pecus Nerei
Perſuaſit altus rumor, & putant certo
Debere Scribam iudice a malo abſolui.
Gibbæ balænæ, turgidæ balenarum

Orca

Orca Britanno fluctuante victrices.
Delphinq; amator cantionis & lusus
Amico amicus, hostis hosti, amans nostri,
Si pingue pectes, aut sapore ducaris.
Et concoloris rupibus, saburriseq;
Cirris dolosi polypi anchoræ ritu
Sulacioso ac turbido in freto freti.
Et qui æstuosi per vada alta Benaci
Rimatur aurum lucidum, nitelamq;,
Prolobum expectata pendulum replens mica.
Princeps receptus adjcialibus cœnis,
Suffibulatis facta vota puluinis
Cum turba supplicationibus soluit.
Auri inde carptor Carpio capit nomen.
Et quas inepti voce barbara Truttas
Nomen vetustum nominant relinquentes
Salar Garumnæ, cæteris aquis Turtur
Notas fluentis aureas subalpinis
Ad sumptuosam principum gerit quadram.
Et lingulaca, passerisque, rhombique
Comes sororque tum sapore tum lustris
Et scombrus, & lanetus, atq; Elops ille,
Quem dat poeta missibus Palatinis.
At hunc poeta, qui exarabat has nugas,
Nihil melius, quam Ponticus Piox notus.
Et scita multum Alausa ditibus mensis,
Quam Lacciam Romana nominat tellus.
Tu voce prisca clupeam recognoscis.
Et Sturio, quem mustelum, ac inuencillum
Circumpadanus Adriensis, a gustu
Vult & sapore nominare Porcellam.
Verum triquetrus is Acipenser est priscis.
Salmo pictus aureis frequens guttis
Extrema continentis ambiens seræ,

Qua proditores peterant Proamnates,
Noſtraſque dedignatus ingredi ripas
Inſuaue ſalſi litoris vadum linquens
Aduerſus oblucta tur amne Garumne.
Et qui gregatim tranſfugit hiemem Thynnus
Alteroculus Propontidos vagus ciuis?
Vbi genialis iura perficit lecti.
Et Papianus Thymus Abduanuſq;
Odore miro polypulo parum cedens.
Tum Santonum lolignes cito & magnis
Curſu & itineribus portula atque iumento
Parone, lintreue fluitante ſubuectus,
Aut almadijs, vt loquuntur Hiſpani,
Vltro nigrantem ſanguinis ſui ſuccum
Se aiunt laturus, condiantur vt recte,
Modo hippacantem audiuerint ſemel Scribam.
Suſpendio vti manibus parentetur,
Cui denicales feriæ frequentantur,
Dum euerriator debitas timet pœnas,
Ne ſubditus ſuccedat, at prior viuat.
Ie omnium poſtrema: nam videt fortem
Pyram apparari, contremetur vt Scriba.
Aſt illico illa extabuit videns flammam.
Nam vel procul percocta ſoluitur: linquens
Nil præter arida ordines ariſtarum,
Quam neſciunt Latio Apuam eſſe Naricam.
Tum ſi quis epulis elegantioribus cordi eſt
Syſitits, lautitijs, prytaneis
Apicianis ſeu Lucullianis, ſeu
Hortenſij auratæue, ſiue murenæ,
Omnes pacíſci pro cibis volunt vitam,
Vt feſta agantur nuncupata Strumæ,
Seu miſſibus dapalibus ſtruices fiant
Regi, corone triplici, imperatori:

Sed

Seu capite census, prolecensus accumbat,
Aut primicensus pauper, aut duicensus,
Volunt domari aut primula, aut aqua aut flammis
Apponier lictoribus, licentique
Et auctionis præsidi atque præconi,
Siue ille ad hastam siue comitium calat,
Et insulitis & sine insula sacris,
Atque decumanis victimariis crassis,
Seu vota concepere, supplicaruntve
Ipsi, aut Amata virgo, virgove armata,
Aliave turba, qua feriens, agon dicit,
Quorum [illegible] successit in locum bardus
Hirco libidinosius pecus Struma,
Salacior passerculis quatermille,
Et plumbeus, nisi acer exacuat Bacchus,
Bacchus, Venusque ad bella noctis, & rixas.
Sepulchra fœdâ putidæ vetustatis
Libidinosa sordis vltimi luxus,
Intus cloacæ, extrinsecus dealbatæ.
Quem vita, venter, somnus, alea, & penis,
Aterque nasus a mero coloratus
Colore purpuræ excitat fanos putres.
Tene tutulatum munus, & sacrum tegmen
Asciscere choro calitum Deorum, qui
Is linea nullius, haud monogrammus,
Lucus vmbramque & facere numerum natus.
Commercij ciuilis Hetta, sed labes.
Lupus, hulapanta, erinnys, ac typhon lucis?
Aurone, vt oreæ emicent tibi obrizo,
Vt pustulato tibi renidat argento
Abacus, pudicæ virgini recusatus,
Quo collocares matrimonio in dotem:
Vt nuptiali iunctione fraudata,
Quod noluit tibi obsequi, obsecundare,

Maret

Mœret relapsum etatulæ sua florem.
Volunt & illis facere gratiam mensæ
Cubiculario, ostiario, eunucho,
Siue spado verus ille, siue Thladias,
Ientacularioque, pinsitorique,
Abstemioq; & sobrio ebriacoque,
Atque etiuendis dulciarys mœchis,
Nutricibus, pedisequis, cinisloni,
Vestispici, arcularo, atque fulloni,
Stalagmio, & spinthere qui granat riscum.
Venit in supremam Iuppiter poli sedem,
Vocat senatum. Calites sedent. insit.
Cauete Diui, ne quis audiat testes,
Ne detue testes, neue testibus credat.
Quos ad Dryphacta Struma format orcinus.
Nanque in periclo maximo sumus, nequis
Petitor ex Gigantibus iterum exurgat,
Vt quos nefando prælio nequiuere,
Ex iure consertum manu petant talos.
Proin iudices cum testibus recusentur,
Et nomen arbitri atque recuperatoris,
Triumviratus, & decemviratus, &
Centumuiratus, & meræ potestatis,
Et mista, & aliud si quid e foro nomen
Corrumpere ausus, de bonis triumphauit,
Ceruice continente, fronte perfricta
Si viueret Busiris, aut ferus Sciron
Busiridis sectator, atque Scironis,
Quo nulla pestis vspiam fuit peior,
Si Geryon teterrimus reuiuiscat:
Plus Hercule atque Theseo oderint Strumam:
Virtute Theseum atq; Herculem, vitio Strumam.
Ergo recisum supplicis ruat collum,
Vox vt fluat, nec amplius reuertatur,

Vt peierare pessimus faciat lectos,
Frangatque mendax testium misellorum.
Ancone turpis guttur, incita nodus
Via obseretur, qua fuere mentiti.
Dixit: Stygemque iurat infimam Dei is,
Totaque nutu cardines quatit cæli.
Tum fila Parcæ colligunt: legunt fata.
Morta est profata, sed profabitur peius.
Mortalibus nanque omnibus vetat credi.
Edicit, imperatque, ne putet quisquam
Strumam nefandum posse iure iam absolui.
Quare hoc repente creditum est, receptumque
Et obstetrici, & lenulæ, & meretrici,
Seu desinit, siue incipit catullire
Sororiante primulum leui risu,
Constantium, haud trementium, rotundarum
Et omphacino orbe musteo papillarum.
Aquariolus hanc sordidissimus Sculna
Olente schœno delibutam, & infectam
Seruat minuti turbidum, ac feram vultu.
Dum incautulam circumuenit vafre pubem
Balbutiens petulca, blanda, carissa.
Ætate sera at cereos facit tandem.
Sic prostitutæ putidæ, pudicæque,
Quarum pusilla ac pauper est cohors nobis.
Nam si qua fiet, hoc puluere esse latamen
Decet, pudicas vt ferant agri nostri,
Inqueis nec vnam fœminam probam offendas.
Petunt catellas, lerias, peristroma,
Peritrachela, semicincta, focale,
Flabellulorum vmbracula, & galericlos:
Et sumptuosas aureis pedibus Martes
Habent. Quid? esto mundus. hic placet. sane.
At at quid hoc? quid sericilagamenti

Ducit, reducit, erigit, premit, damnat,
Jugulat, probat, reponit, vrget, inculcat,
Inducta replet, oblinit, notat, differt,
Farcit, refarcit, stipat, arcet, expungit
Catullianis manibus faciat vnum vt
Phalæcium enervaculum, madens, laxum,
Hians, supinum, languidum, fluens, nequam,
Ipse exoculatus, exvor, excerebratus,
Quotusne quisquam sanus, ac sua compos
Mentis relictis jerijs, jeuerisq;
Meas inani in otio legat nugas,
Insanior tanto ille, qui, vt legas, scribit.
Hieme bibulus, siticulosus æstate,
Potus, repotus, tertium quater potus
Primo & secundo vere. nam illud Aprilem
Dat, clandicantem hoc longa bruma Septembrem.
Sic semicocto pernione distentus
Somniculosus molle carmen eructat.
O sancta Flora turgidæ parens Terræ,
Terra parentis Flora mater, & nutrix,
Cum gemma cali amore de libro erumpit,
Fauonij complexibus tui gaudens,
Cum jusscitato lucis aurea nixu
Oblita terra duritatis hibernæ,
Oblita paupertatis orbitatisq;
Qua mœsta suspirabat, & laborabat,
Ridente blando veris vuidi vultu,
Vi roris irritata se quoq; irritat
Ad alma regna sæculi propaganda
Genitalibus primordijs replens orbem:
Serua poetam, quem extulistis in lucem
Tam luculento & florido die Aprilis,
Ne sæuienti occurrat impetus Struma.
Nam testibus probabit esse conscriptum

Totum

Totum hunccc commentarium ab alio, quam ipso.
Nam sic Erasmus: idque mentiebatur,
Orationem, quam is dicauerat Marco,
Non esse factam a Casare. ast eum stulte
Accommodasse nomen alteri scripto.
Pro quo poeta, qui antea perhumanus
Seni dicaci atque inuido pepercisset,
Veteri nouaq; iniuria subiratus
Oratiuncula altera probe est vltus,
Facturus apologeticus idem, ac pius:
Nisi impudentem barbari premant linguam.
Sic nunc poeta, diua Flora, pro vestro
Ne Scriba surgat deprecatur, atq; orat
Poeta bilioſus, acer, argutus.
Quem si decora oratione prorites
Furno propinet, nauitaq; ridendum:
Noctu cauendum aduorsitoribus serus:
Ad incitas qui more bubali impellat:
Carbonibus depingat omnibus miris:
Portu, cloaca, porticu, lauatrina,
Portu, palæstra, ponte, fornice illiſum.
Poeta vita lucida, ore lasciuo,
Poeta mendax, ebrioſus, insanus,
Nudus, lacinioſus, atq; pannoſus.
Nam talis ars nunc pauculos alit. verum
Contempta præ lucroſioribus lucris
Hippocrateis atque Flauianeis
(Nam Flauius Iustinianus hæc scripsit,
Titulumque Gotthi glutinauit ad linguam,
Qua Vandalumque Gotthicumque spiraret)
Vt ille qui Drungarius cupit dici,
Friget miſella turba vel per æstatem,
Cum tinnit area ictibus flagellorum.
Friget fametque: sed tamen sitit raro.

Nam præuenire largioribus cuppis
Aiunt creare (ast mentiuntur: ast hoc est
Peculiare ac proprium poetarum.)
Apollinum plus mille, plus decem Musas,
Venerem canendi spiritumq; diuinum.
Atq; illo inani & oscitante, & arguto
Halatur ore crapula quadrinocturna.
Vt tres Auernos, quatuor Megararum
Animas olentes sulphur, & picem, & fumum
Trium Mephitum, qualium latrinarum
Trium canum, triumq; cunnilingorum
Incommodare naribus minus dicas.
Quin Luna cum collegio planetarum
Sese affuturam iudicem, & meram, & iustam.
Queis siderum caterua pulchra fixorum
Stipabit auri fulgidum latus puri.
Quin vnde Sol nigerrimis notis turget,
Quaq; Astra celsi verticem terunt cæli:
Et quæ crocato fulgurat dies curru:
Et vbi serenum fluctibus caput condit
Solanus, Eurus, Cæcias, Libys, Corus,
Fauonius, Septentrio, Auster, Altanus,
Huic pollicentur fœtidæ notas auræ
Sese in remotas insulas relaturos,
Vbi peierantes ventilant Proamnates,
Capite minutos in Garumnicis furcis
Minutione haud Scæuolæ, aut Cnei, aut Caij.
In nugilongis quæ reuoluitur libris,
Sed quam librauit dextra spiculatoris.
Nefanda corruptoris acta miratur,
Qui merciumve virginumve corruptor,
Qui testiumve, vt possit esse Strumaster.
Huic persuasum est prorsus, & nihil peius,
Quam decurioni, & euocato, & adlecto

Fuerit

Fuerit is ascriptiuus, aut statim armatus,
Principibus, & rorarys, & hastatis,
Et primipilo, & pulueri antecursoris
Leuiq; Celeri, immobili cataphracto,
Et funditori glandium, & equitarquitæ,
Tum substituto trossulo, & cooptato,
Anteambuloni, veliti, antesignano,
Bonis Camillis, sordidis Metelliscis
Alæ, maniplo, cochleæ, globo, serræ,
Cuneoq;, forficiq;, cornibus, fronti,
Caudæ, vmbilico, plæsio, iugo, turri,
Densæ phalangi, vineæ, sinapismo,
Triariis, centurionibus diris,
Olim quibus Cedo, alteram fuit nomen,
Verum meticulosioribus vulpe,
Heu disciplina militaris, antiqua
In ganeam nunc aleamq; mutata est.
Queis ciuium cruore concalent dextræ,
Cum fæciale, cum caduceatore,
Patri patrato: seu silex manum complet
Seu Culcitilla, pendulumve clunaclum.
Terram pererrat fama, peruolat cælum,
Fatigat alti vasta regna Neptuni.
Nam bruta pecora, garrulæque aues omnes,
Quæcunque nostros æmulantur accentus,
Linguamque lingua ductili probam fingunt,
Seu psittacus, seu pica, coruus, aut turdus,
Merulaque nigra, quæ ore buxeo pippat,
Sturnusque teneras streperus enecans aures.
Tum Martius Picumnus, vt cauum nidum
In roboretis excacauit adrepens,
Vagina omittens de plicatili linguam,
Cantauit oscen carmen impiis læuum
Effatus augur, curiosior templum

Suspendiosum adiudicat nec Scribam,
Neve impedire iudicem remores possint,
Seu sint superuaganeo leues tractu,
Seu substitutam prapetes humum radant,
Capite obuoluto damnet impium iudex,
Hæres hoc expedibit auguris Tagæ,
Cui quadriformis sectio poli paret.
Sinistima postica, dextima antica.
Iam cacabantes gaudio intimo ludunt,
Quæ lautiores expetuntur adlances:
Rubella perdix delicata, & astuta,
Et nigripes, quam Ethruscus autumat Starnam:
Et quas niuales candidas alunt Alpes.
Et quam sapore præditam minus firmo
Taurina gens vocare Galliam iussit.
Et delicatiore quæ valens succo
Maiore corpulentia Attagen præsto est
Oris prouincialibus, Pyrenæis
Nomen minutiore deferens flexu.
Nam Francolinum turba nuncupat vulgi,
Et quæ fluentis Histricis Sana & Drana
Deponit æstum. Pannones feri quondam
Dicunt coturnum. sola verò perdicum
Abit redítque & mansuescit in tectis:
Ritu columbi pluma cui pedes vestit.
Scolopaxq;, quam Franciloqua lingua Beccadum
Appellitat: nam rostra nominat beccos.
Et comitiali obnoxiæ coturnices,
Quibus beata vita sic fugam tollit,
Vt vita melior interim afferat mortem.
Et phasiana lucidæ notæ. nanque
Versicolor vltra terminos trahit caudam.
Ast ater alter vropygio curto
Sequsianis montibus frequens præda,

Trans-

Transferre prudens pedibus oua deprensa
Haud phasianus iure dicitur vulgo.
Quare Bruantis Francus addidit nomen.
Est Tetrao sed nominatus antiquis.
Idem canoris cantibus canunt late,
Quæ pisculentis nidulantur in stagnis,
Herbilis anser, atque anas quiritatrix.
Qui corpus vrinantium colymbarum
Suo æmulantur corpore. at putris ligni
Ortum Crabanes Santones recognoscunt.
Quæcunque pictis aerem secat pennis
Magna & pusilla, & palmipes, & vnunguis,
Et solitaria, & coniuges & vrbana,
Et rustica, & rapacibus leues armis,
Leues, grauesque, quas vocant coortales,
Salix maritus cum salace matrice,
Cum rusticellis Numidica Adrianiſque,
Vulgaribusque iuncta Melica externa.
Pauusque, pauique æmulus, minus pictus,
Visendus orbe nuper e peregrino.
Meleagris is putatus e Clyti libris.
Et canturillans, Dacnas, ac coronata,
Acri soporem morsiuncula rumpens.
Et longicrures curticruribus iuncta,
Pingues, macræque, & esculenta, & abiecta,
Qualis famelicosa secta miluorum,
Cuius acuit postriduus famem clangor,
Surque contemplator arduis casus
Colore vario pictus atque Epops florens,
Quem cultus asper rupis, & specus atra
Tegunt, malignus ast trahit dies victus.
Sic alites, sic oscinesque, neutraque
Et improbata ad prisca sacra spinthurnix,
Maleominata, cum silet, striges, calum, &

Feralis alto culmine ac ruinoso
Serum recantat bubo carmen: at Scriba
Prasagien. propendulum cibum coruis
Ergastulo inde, indeque mediastino,
Quis plus viarum cursitat recursatq;,
Quam lubricæ Sicanici maris Fiutæ,
Aut litis in Roma rota procurator,
Quæ morte citius, quam pudore finitur.
Aut quam proteruus lite Struma tergebat
Seruo Peneſta, ſeruuloq; clarotæ,
Etiotæ, & Echinalotæ, & amphamiotæ
Seruoque heroque, libero atque liberto,
A pedibus atque ſcriniis, libelliſque,
Tabuliſque, commentariis, libris, armis,
Stabuio, matula, rationibus, manu, punctis,
Nomenculatorique memoria mira,
Hero hæſitanti qui ſodit latus furtim
Non Mithridati, aut Adrio atque Luculio.
Nomenque farcit, vnde fartore, dictus
Vicario clauigerulo, Atrienſique
Qui ſurripit demenſa curta conſeruis:
Diarys depauperans herum falſis.
Atque hoc, opinor, de ſcientia Struma.
Sic inquietæ ſordidis fera luſtris
Somniculoſi tempore inuio glires,
Vigil lepus, dorcas fugax, celes ceruus,
Laliſioque grauis breuis Lictens.
Audin' Moloſſos, & Laconas hirrire?
Audiſne Corſos & genus Lyciſcarum?
Ritu vt reducto dentium minas nudant.
Rugit cruentus: toruus, atque hians pandit
Ora truculentus, ſeu ſuapte natura
Nil niſi profundas nouerit leo ſiluas,
Seu manſues horribilibus cieur plagis

Criſpus

Crispam minaci subdidit iubam Mauro.
Nunc ipse fœtus fœtuumque venator
Latet stupentemque & sui Tigrim oblitam.
Prodit decoro lumine exerens cornu
Tornatili mucrone temperans flexum,
Intaminata virgini meræ parens,
Eiusque solitus in sinu capi tantum,
Ut persuasum est, Unicornus. hic rarus
Apparet, atque rarius capitur. nanque est
Nil rarius videre virgine integra.
Tum barrienti semibellua vasta
(Nam belluarum sola quid Deus sit, scit)
Infensus hostis nasicornus, ac victor
Proboscidem nil dispari timens cornu
Pugnare vult, ita esse, quod velit credi.
Ab inquilino, & incola, & locatore
Et venditore, & coctione, & emptore
Calcario, architectone & redemptore,
Ærisque fabro, aurique fabro & argenti,
Qui plus die furatur vnica solus,
Seu sacra tornat vasa, seu profanata,
Quam Cretici Dantiscus his bibat vini,
Fabroque marmorario, & fabro ligni,
Qui, quod nihil furiarier queunt, plorant.
Præter pusillas, & misellulas schissas,
Fabroque cementario, & fabro ferri,
Cui riuus alto proruens tubo præceps
Vasti tremendam mallei rotat molem.
Illum excitatum turbine, & rotæ nixu
Vrget voluta continente nutantem.
Ipse inquietæ dente forcipis sudans
Vertit tenaci feruidam gemens massam,
Nil motus ignis fulgure atque stricturis.
Propinqua vallis ictibus tremit crebris,

Cauæque

Caueque geminant horridum ſpecus bombum.
Eſt vbi Meſapus Pæones humo tollit
Compaſcuo hirtos vertice dirimens Medos,
Monapum incola, ſed Graia terra Bonnaſum
Vocat ferocem, at fulgido trucem aſpectu.
Robuſta tauri magnitudo, ſed vaſta
Eademque facies, at iuba alta cerulcis.
Aduſque frontis horridos ſinus veſtit:
Et fluctuantis vndatione criſputur,
Is vbi latrantum murmur, & graues ferro
Lato ſicilices pallidam fugam ſuadent:
Abit ſalutem quæritans cito curſu.
Donec labore deprehenſus atque æſtu
Fœdum coactus eminus ſimum iactat.
Atque illico, quod attigit, cremans vrit.
Ergominatur, & minabitur peius,
Niſi cremetur Sculna, ſe crematurum.
Eſt in Gelonis pertinens Scythis tellus,
In qua Tarandus oritur, atque nutritur.
Is efferatus manſueſcere ignorat.
Hunc non chamæleontis æſtus infamis,
Non polypi verſutia arte mutandi
Vincat. ſed & robuſta vaſtitas terret
Venabulorum, & impetum, & feras plagas.
Qui ſi rogetur, Stellionis an crimen
Sit inuenire in ſcriptionibus Strumæ,
Fallacioſis atque identidem inuerſis
Ad fulgidum auri fulgur, atque heri nutum
Neget referri, ſed quod attinet, falſis:
Se dicit eſſe, præut ille ſit, nullum.
Quin murmurantis incolam pecus Nerei
Perſuaſit altus rumor, & putant certo
Debere Scribam iudice a malo abſolui.
Gibbæ balænæ, turgidæ balænarum

Orcæ

Orca Britanno fluctuante victrices.
Delphinq; amator cantionis & lusus
Amico amicus, hostis hosti, amans nostri,
Si pingue pectes, aut sapore ducaris.
Et concolores rupibus, saburriſq;
Cirris doloſi polypi anchoræ ritu
Salaciosо ac turbido in freto freti.
Et qui æstuoſi per vada alta Benaci
Rimatur aurum lucidum, nitelamq;,
Prolobum expetita pendulum replens mica.
Princeps receptus adȳcialibus cœnis,
Fuffibulatis facta vota puluinis
Cum turba ſupplicationibus ſoluit.
Auri inde carptor Carpio capit nomen.
Et quas inepti voce barbara Truttas
Nomen vetuſtum nominant relinquentes
Salar Garumnæ, cæteris aquis Turtur
Notas fluentis aureas ſubalpinis
Ad ſumptuoſam principum gerit quadram.
Et lingulaca, paſſeriſque, rhombique
Comes ſororque tum ſapore tum luſtris
Et ſcombrus, & lanetus, atq; Elops ille,
Quem dat poeta miſtibus Palatinis.
At huic poetæ, qui exarabat has nugas,
Nihil melius, quam Ponticus Piox notus.
Et ſcita multum Alauſa ditibus menſis,
Quam Lacciam Romana nominat tellus.
Tu voce priſca clupeam recognoſcis.
Et Sturio, quem muſteum, ac inurencillum
Circumpadanus Adrienſis, a guſtu
Vulti & ſapore nominare Porcellam.
Verum triquetrus is Acipenſer eſt priſcis.
Et Salmo pictus aureis frequens guttis
Extrema continentis ambiens ſeræ,

Qua

Qua proditores peterant Proamnates,
Noſtraſque dedignatus ingredi ripas
Inſuaue ſalſi litoris vadum linquens
Aduerſus obluctatur amne Garumne.
Et qui gregatim transfugit hiemem Thynnus
Alieroculus Propontidos vagus cuiuſt
Vbi genialis ſura perficit lecti.
Et Papianus Thymus Abduanuſq;
Odore miro polypulo parum cedens.
Tum Santonum lolligines cito & magnis
Curſu & itineribus portula atque iumento
Parone. lintreve fluitante ſubuectus,
Aut almadijs, vt loquuntur Hiſpani,
Vltro migrantem ſanguinis ſui ſuccum
Se aiunt laturu, condiantur vt rectè,
Modo hippacantem audiuerint ſemel Scribam.
Suſpendio vti manibus parentetur,
Cui denicales feriæ frequentantur,
Dum euerriator debitas timet pœnas,
Ne ſubditus ſuccedat, at prior viuat.
It omnium poſtrema: nam videt ſortem
Pyram apparari, concremetur vt Scriba.
Aſt illico illa extabuit videns flammam.
Nam vel procul percocta ſoluitur: linquens
Nil præter arida ordines ariſtarum,
Quam neſciunt Latio Apuam eſſe Naricam.
Tum ſi quis epulis elegantioribus cordi eſt
Syſſitijs, lautitijs, prytaneis
Apicianis ſeu Lucullianis, ſeu
Hortenſij auratæve, ſiue murænæ,
Omnes paciſci pro cibis volunt vitam,
Vt feſta agantur nuncupata Struſiana,
Seu miſſibus dapalibus ſtruices fiant
Regi, coronæ triplici, imperatori:

Seu

Seu capite census, prolecensus accumbat,
Aut primicensus pauper, aut duicensus,
Volunt domari aut primula, aut aqua aut flammis
Apponier lictoribus, licentisque
Et auctionis præsidi atque præconi,
Sine ille ad hastam sive comitium calat,
Et insulitus & sine insula sacris,
Atque decumanis victimarijs crassis,
Seu vota concepere, supplicaruntve
Ipsi, aut Amata virgo, virgove armata,
Suave turba, qua feriens, agon dicit,
Quorum [illegible] succesſit in locum bardus
Circo libidinosus pecus Struma,
Salacior passerculis quatermille,
Et plumbeus, nisi acer exacuat Bacchus,
Bacchus, Venusque ad bella noctis, & rixas.
Sepulchra fœda putida vetustatis
Libidinosa sordis vltimi luxus,
Natus cloaca, extrinsecus dealbata.
Quem vita, venter, somnus, alea, & penis,
Uterque nasus a mero coloratus
Colore purpura excitat fauos putres.
Sine tutulatum munus, & sacrum tegmen
Ascisere choro calitum Deorum, qui
Is linea nullius, haud monogrammus,
Lucus vmbramque & facere numerum natus.
Commercij ciuilis Hetta, sed labes.
Pupus, hulapanta, erinnys, ac typhon lucis?
Murone, vt orea emicent tibi obrizo,
Et pustulato tibi renidat argento
Albacus, pudicæ virgini recusatus,
Quo collocares matrimonio in dotem:
Ut nuptiali inunctione fraudata,
Quod noluit tibi obsequi, obsecundare,

Maret

Vt peierare pessimus faciat lectos,
Frangatque mendax testium misellorum.
Ancone turpis guttur, incita nodus
Via obseretur, qua fuere mentiti.
Dixit: Stygemque iurat infimam Ditis,
Totaque nutu cardines quatit cæli.
Tum fila Parcæ colligunt: legunt fata.
Mortua est profata, sed profabitur peius.
Mortalibus nanque omnibus vetat credi.
Edicit, imperatque, ne putet quisquam
Strumam nefandum posse iure iam absolui.
Quare hoc repente creditum est, receptumque
Et obstetrici, & lenulæ, & meretrici,
Seu desinit, siue incipit catullire
Sororiante primulum leui nisu,
Constantium, haud trementium, rotundarum
Et omphacino orbe mustco papillarum.
Aquariolus hanc sordidissimus Sculna
Olente schœno delibutam, & infectam
Seruat minaci turbidam, ac feram vultu.
Dum incautulam circumuenit vafre pubem
Balbutiens petulca, blanda, carissa.
Ætate sera at cereos facit tandem.
Sic prostituta putida, pudicæque,
Quarum pusilla ac pauper est cohors nobis.
Nam si qua siet, hoc puluere esse latamen
Decet, pudicas vt ferant agri nostri,
Inqueis nec vnam fœminam probam offendas.
Petunt catellas, lerias, peristroma,
Peritrachela, semicincta, focale,
Flabellulorum vmbracula, & galericlos:
Et sumptuosas aureis pedibus Martes
Habent. Quid? esto mundus. hic placet. sane.
At at quid hoc? quid sericiligamenti

Speras coaptare caligariis vinclis?
Quis tibi videbit ista, quisve tractabit?
Quis lynceato luminis ictu fixu
Permicta viru menstruo penetrabit
Dispuncta, tum trispuncta vestium texta?
Nisi manus adultera ah manus comes.
Drusace ferrei oris impotentisque,
Inepte vocularie, auceps atorque,
Qui tot nefanda huic crimina pecori imponis,
Nec pace tua nec dixerim tuo bello,
Neque enim quid es tu, quidve non, mihi cura est,
Qui porcus es non mundus ex hara immunda:
Non istius farina tanta pistrilli est,
Ingenium inane adipate sic tuum crassum
Ad istud aspirare quis putet posse,
Nisi is propinquo genio inanior te sit.
Drusace, nec Drusacy aselae centum
Quorum impudicos assuisse centones
Amica vero fama predicat tete,
Drusace, nec tu, nec Drusacy centum
Millesimam vel portiunculam probri
Attingere, vt vel somnio potes estus.
Quare sapientes facile persuasere
Prestare Strumam centies pati, quam vnam,
Bifori foriatam elune qua trahit pallam
Accersitorique, atque poculatori,
Atque strigilatori atque balneatori,
Prorario, helciario, gubernaclo
Portiseuloque & remigum gregi duro,
Laborioſos quos alit dipyrias.
At Callicuti regna si petunt nigri,
Igni retostas tertio domant crustas
Lapidescere buccellas, & antygas cogunt
Cum vermibus, quas partiuntur ex aquo,

Quis

Queis vita restis, morsque, restis & cura,
Vt est futura pessimo omnium Struma,
Seu sit rudens, siue anchorarius funis,
Seu litorali in orbe, siue in atexna:
Hoc fert, refertque fama, nec minus suadet
Tonsoribus, cauponibus, perorgis,
Prauis, veneficisque pharmacotriptis,
Qui adulterina & falsa tanta supponunt:
Plus sanguisugis, qui pecuniam exorbent,
Et sæpe late pramium petunt mortis.
Ah ah pudenda turba frontis obscœnæ,
Ah impudico, & fœtido ore, & immundo.
Ignara rerum, ignara moris humani,
Iniurioso qua viam facis leto:
Ditans profundi furua regna Plutonis.
Te Struma subtus infimæ sinum terræ
Manent nefanda: lubricum tibi saxum
Et vultur, & fugacibus latex pomis
Parens iubensque destinatur, atq; id quod
Rota volumen incitatur æternum.
Crateres Ætna iam suos tibi pandit,
Vt excoquat, quod vita vestra decoxit,
Si vita sit dicenda, qua perit vita.
Audiit recantans vallibus canis Echo,
Imago vocis multiformis, & *suasit*
Furno, macello, curiæ, foro, templo,
Lippis videntibus, audientibus surdis,
Bonis, malis, imis, mediocribus, summis
Viuisque mortuisque, tum leprosisque
Atque hernioſis, atque Gallicarnoſis,
Queis vita viuis nulla, mortuis nec mors
(Nam viuus is, qui est mortuus, mori nonquit,
Tantum exedente tabe, corpore exeſo
Vltrix relicta est vera iurgiis lingua,

Qua dura fata cælitum, & Deum incusant)
Regi, coronæ triplici, imperatori,
Deis, Deabus, tum Deum, Dearumque,
Quive axij, quive Indigetes, Penatesve,
Quibusve lucet Thensa more solenni,
Quive Lemures, Nouensilesve, Manesve,
Magnig, & imi, atque medioxumi & summi,
Genialibusque quatuor Deis priscis
Igni, æthere, aëri, mari, terra
Periuriorum & conditorium Strumam
Vllo nequire iudice à bono absolui.

IVL.

IVLII

CÆSARIS SCALIGERI

VIRI CLARISSIMI

POEMATVM

PARS ALTERA

In bibliopolio Commeliniano.

1600.

IVLII CAESARIS SCALIGERI HYMNI IN Deum patrem.

Perpetuas rerum series, ascriptaq; mundo
Fœdera, & æthereis orientia signa maniplis
Aggredior. Quid fata ferãt: quib. ignib. hausta
Concipiant humiles cœlestia semina mentes:
Æterni Genitoris opus. Iuuat ire per omnem
Naturam, veteresque Dei recludere leges.
Vos me igitur: tuque ante alios, cui lumina Diuum
Celsa patent, celeresque vacant noto æthere nimbi,
Sancte puer: cui fulmineo cita nubila cursu
Parent, & rapidis statuunt vestigia plantis:
Iam super aerium cognati luminis oram
Consitus: totoque feras mea carmina cælo.
Iamprimum validis suspensam hanc, aspice, claustris
Congeriem, pictamque oculis radiantibus Æthram,
Annique oceanique vias, terræq; labores
Perpetuo imperio nox intempesta premebat.
Nam neque erant astrorum acies: neq; candida nautis
Nocte sedens tacita pascebat lumina Vesper.
Necdum etiam excierant hiemes sera murmura: necdum
Diua, Deum sanctæ qua præsidet aurea luci,
Oceani fluuio vigiles perfusa lacertos
Ibat in hibernas referens iuga fessa pruinas.

At pater omnipotens æterno accinctus amore
Multiplicem textum, superi spatia auia mundi,
Sideraque aduerso subter labentia cælo,
Informemque globum condit telluris: & alta
Æquora Phœbeis subsistere iussit habenis.
Hinc etiam immenso radijs excita profundo
Protinus alma dies fugientibus incubat vmbris
Auricomi imperio Phœbi comes. Ille dierum
Castigatq; moras, breuia & compendia laxat.
Ille fouet validis subeuntia semina caussis
Largior, atq; elementa modis inolentia miris,
Secum æui momenta trahens, rerumque senectam.
Ac neq; iam tetræ Sortis caligine cæca
Delentur facies: neq; turbida lucis imago est:
Alternoque meant cedentia tempora lapsu.
Voluitur oceano cælum blandisque tenebris
Defessi aspirant animi: solaque sub vmbra
Mista latent læta acta virum, tristesque dolores.
At sopor interea nutanti corpore pronus
Detergit grauibus mortalia pectora curis:
Tum dirum insani Martis populatus amorem
Afflat agens segnes animos, & inertia corda.
Illum inuitantem ad miserandæ obliuia vitæ
Alituum tepidis hærentia corpora truncis,
Hesterni memores auido sub dente pauoris
Excepere feræ faciles, seseque dedere.
Nec minus inde abiens varijs operosa periclis
Æquora conciliat cælo, latet abdita turba
Squammigeri gregis, & fruitur felicibus horis.
Protinus aerias animas, atq; alitis auræ
Semina, terrificosque alto ciet axe tumultus,
Roresque, pluuiasque, niues, canasque pruinas:
Attonitasque cauo conuulsas turbine nubes
Fulguribus crebris, & fulminis igne corusci

Distulit

Distulit. ac laceras cælo disiecit aperto.
Tum vero teneri tepor, & clementia veris,
Optataſque vices, ac limina fertilis anni
Exeruere: hiemisque furor vaſanus iniquæ
Increpuit cladem agricolis. ruit horridus imber:
Imber agens miſeris gelidum paſtoribus annum.
Necnon & pecudes, necnon & turba volantum
Cautibus hibernant tepidis. ſilet obruta duro
Terra gelu, ſudoque ſonant Aquilone procellæ.
Iam patris Oceani refluis maria incita metis
Compoſuit: guttiſque vndas inſperſit amaris.
Illam exultantem, ac ſeſe in vada cæca trahentem,
Rimantemque aditus ſpecubus compeſcuit imis
Telluris medio in gremio, dum feruidus tra
Nititur egreſſus varios, terraſq; fatigat:
Speluncas, vitreoſque lacus & roſida riuis
Rura quatit: liquidiſq; gemunt ſingultibus antra.
Saxa magis: quia ſaxa cauo lutebroſa receſſu
Vrgentem inuitant luticem: quem vis vaga ponti
Continuo premit accubitu, truditq; ruentem.
Tres adeo ingentes diuerſis tractibus omnes
In deuexa ruunt. treis alto margine ripa
Frenat aquas: ſtringitq; citis veſtigia lymphis.
Ecce æſtus domitor, terræque feracis alumnus
Nilus adeſt: atque vſtæ extremi limina mundi
Noſtro admirantis Nereo canit altus. at illi
Abſiſtunt pelagi Indigetes. ſtupet inſcia turba
Auia diſiunctis fulgentia ſidera terris.
Interea domiti non ſeciùs æquore campi
Stagnanteis deducit aquas, & limite glauco
Informemque animat limum, fingitque ſequentem.
Parte alia gelidus flauæ moderator arenæ,
Diſſimulans ſoliſque obitum, lucemque cadentem,
In latus Euxini furioſis cornibus Iſter

Germanum euadit truculentum, Hunnumque ferocem.
Nec minus aurifero sublustris pumice Ganges
Exit: vbi teretes cælesti & semine rores
Haurit agris Aurora. Et quo te carmine dicam
Tibri pater, domito quem fama æquauit Olympo?
Est locus Hesperia in magna, qua flexibus ingens
Mille fluentisono fluuios Padus excipit aluco,
Vorticibusque cauis celeres citus explicat orbes.
Solicita hinc, atque hinc incerto fœdere moles
It cælo, atque ægre violentibus imperat vndis.
Quid referam infesto turbatos agmine vultus?
Soluuntur tepidis canæ cum flatibus Alpes,
Imbrifer imbriferis cumque Alpibus Apenninus:
Quam pecorique satisque luem, quantam ille tyrannus
Det stragem? fuge torua citus fuge flumina pastor,
Tollentemque minas, & cornua dira tumentem
Aggeribus preme perpetuis: ac pondere ripæ
Carpe vigil. Non ille cauis contentus auitis
Vicinas petet exuuias. stat Vesulus alte
Arduus: atque animos genitor despectat ouantis.
Solus, ab Arctois vbi Norica tunditur auris,
Regnatæ indignans seruire licentius vndæ,
Præcipites famulum latices deflectit in æquor
Rex Athesis, rex olim Athesis: nunc torua minaci
Cornua turpe iugum fert detrectantia cursu.
Quid tumidi, & grauiter spirantis copia, duri
Benaci? ruet ille graues sub sidera fluctus
Ostentans scopulos, & tristibus igneus iris.
It vigil aspectans confusas mœstus arenas
Piscator: rupique leuem conterritus alnum
Credidit, aut siluis tuto subduxit opacis.
At pater Adriaci scopulo Neptunus ab alto
Effrenes vndarum acies miratur, & imbreis
Fulmineos, actosque animis in prælia Cauros,

Vastior

Vastior: intumuitq; nouo præcordia regno.
Qualis ab ætheria præpes Iouis armiger aula
Seu pauidum ieporem, seu pronum in cornua ceruum
Despiciens, specula celer insidiatus ab alta,
Orbe datur breuiore, trahitq; in nubibus auras.
Ast illi caput, atq; rotantur pectora circum
Funduntur pica ignaua, coruiq; sequaces,
Solicitatq; vultury gens improba odore.
Sic liquidum molitur iter: iunctisque quadrigis
Vadit. eo gradiente, metu maria alta tremiscunt:
Mœniaque, stabilique ingentes obice turres
Nutant, & pecori stragem iuga celsa minantur.
Tum circum assultant informia corpora cete.
Subsidunt acta in spumas, crispataque cedunt
Cærula: & obuersis stridunt vaga marmora sulcis.
Purpureus pastos algæ aduinxerat Andis,
Benaci decus, Eridani flos, Mincius Andis,
Ore patrem referens, Nereida pectore matrem.
Glauca oculos, Hyalis succo fucata capillos,
Lamothoum, Rhothiumq;, Polyclystumque, Haliumque.
Quos deprensa cauis pelagi sub cotibus imis
Cymothoe magno gemitori effudit in auras.
Cum vultus, & colla tubis mentitus equinis,
Improbus hinnitu scopulos tentaret acuto.
Illi indignantes densos obstitere fluctus.
Iraruin tumidos proflabant naribus ignes.
Seriq; in numerum glomerata volumina crurum
Eximunt: cæcaq; cient aspergine cælum,
Infrenes. curui absistunt a pectore montes,
Exultantq; vada: & lutices miscentur amaui.
Nec mora, vocales cogit per cærula fratres
Volinoli Tibicen aquæ: cui flexa recuruo
Turbine concha patens rauco quatit æthera cantu.
Ergo omnes vitreis viridles Tritones ab antris

Alta secant. cedunt fluctus: undeque dehiscunt.
Pars erexerunt pinnas, auraſque morantes
Captant: & votis aspirant flabra secundis.
Aut solem glaucæ densis contextibus algæ
Defendunt: bisidis trepidant freta feruida caudis:
Conuulsumque feris fugit occursantibus æquor.
At parte ex alia viridis chorus ordine longo
Nereidum comitatur iter: liquidisque sub undis
Lubrica pellucent labenti pectora fluctu.
Exercent humeros aliæ, pars colla ferarum:
Nant aliæ. tremulis respondet plausibus æther.
Impexi fluitant crines, & in æquore ludunt.
Ille etiam in latices proprium Telluris honorem,
Qua furit Ionio metuendus sidere Nereus:
Euxinoque truci, instanſque truci Ægæo
Obstrepit: Illyrioſque sinus, Tyrrhenaque late
Litora, Sardois Zephyrus qua frangitur Euris,
Accipit: & priscis noua constitit insula regnis.
Sæuus enim rapida veniens vi pontus, vbi ingens
Irruit: vtque fluor miscens procliuis arenas
Iunctantes impegit aquas, vtque impulit æquor:
Oppugnata diu, magno molimine saxa
Rupit, & vndisono discluſa interluit æstu.
Haud aliter memorant, olim subeuntibus vndis,
Trinacrium Ausonio discluſum limite montem.
Sic & inæqualem vario discrimine Macrin
Abscidit: & Tenedon Teucro de litore vellit.
Interea magno terra commota tridenti
Fundamenta quatit: totumque a sedibus orbem
Conuellit. trepidi rupes e culmine saxi
Diſsiluere. fugit vastis sub molibus æquor.
Intremit ictus Athos, Lemnumque a vertice late
Excutit. Illa dii cæli per inane voluta
Cacarefert longo flammarum semina tractu.

Qui

Quinetiam horrisonæ subter cana turbidus Ætna
Vulcanus inexhaustum spirantes dissipat ignes.
Tum sparsa abstulerunt secum Meligunida flamma.
Quas ferus Hippotades vasti sub rupibus antri
Ventorum imperia exercet: nautæque vaganti
Æolios acies aperit Vulcania campos.
Quid tibi commemorem congestas faucibus oras,
Quas Ligeris, quas Nilus agit, Gangesque, Taduſque,
Litoraque auriferis distans arenulibus Indus?
Talia ab obiectu terræ scinduntur inertis
Cornua magnanimo stagnantia gurgite Reni.
Vastus arundineo late qua cinctus amictu
Perque truces populos, pacisque expertia regna,
Fertur ouans, Diuumque sibi deposcit honores.
Quanquam autem Hesperiisq; minis & toruus Eois,
Per varias hominum clades, metuendaque Fata
Finditur, & dubio sulcatur tramite pontus.
Hinc montana leui consurgens vertice pinus,
Hinc malesana abies, & veligeræ antennæ
Irritant; tonsæque cana luctantur in vnda,
Tiphys vbi edomito ridens ea Fata labore
Fluctibus in medijs animi vestigia fixit;
Ausus inhumano pelagus decurrere cælo,
Audaces sue aptare trabes, & fidere ventis.
Inde etiam imperijs, atque artibus omnia miscent.
Viscera scrutantur vasto telluris hiatu.
Vulnificusque chalybs, aurique infesta metalla
Pallentis patuere. Alius perterritus imbri
Frondentes stringens siluas, infensus iniquo
Molitur Borea surgentia robore tecta.
Aut subit ancipiti pendentia culmina tofo.
Aggestum & vallum: summaque tuenda virum vi
Mœnia succinctus populis describsit arator.
Ergo vt præcipites cæcus dolor egit in iras,

Aut amor, & rapidis illudens flamma medullis
Perſuaſit telum omnigenum, rupeſque reuulſas,
Lignaque, carnificeſque manus, ignemque ſequacem:
It pedes: & rudibus præfixum haſtile manplis
Ordinibus præducet. At his nec denſus acuti
Vultus ineſt cuneis, aut conſerta ex more phalanges.
Pro ſe quiſque graues animos, aut mollia corda
Adſpirant variaſque acuunt in pectore flammas.
Poſt hinc ſublimes inequis, & falcibus acres
Corripuere aquilas in iura vocantia Martem.
Ac iam tum gladijs, iam ſuſtibus horrida pubes
Emicat: & tuſſæ glomerant certamina turmæ.
Iam lecta lucent acies: iam Marte calentes
Cædibus in medijs exultauere cohortes.
Degeneres animos inſano cornua cantu
Succendunt: repetuntque effœtos æra lacertos.
Hærent parietibus clypei, poſteſque refixi;
Roſtraque barbaricis olim detracta carinis.
Ipſe autem gelida pernix venator in vmbra,
Dum ſilet omnis ager placide, & nemora alta quieſcunt,
Excubat, ingentes cingens indagine ſaltus.
Mentiturque ſolum fouea, ſcrobibuſque ſubactis
Palientes ſternit frondes, cannamque paluſtrem.
Tum primum inſomnis vitulus meditatus aratrum
Mugijt: & ruptis fugit præſepia vinclis.
Atque vigil ſub luce noua, cæloque recenti
Captauit pauido fugientem e pectore ſomnum.
Nanque vbi terrigenæ ſperati fœdera regni
Spirauit pater: vt ſacris conſideret aruis:
Viperio antiqui commento proditus hoſtis,
Ah miſer, immenſo æternum fraudatur amore.
Ergo ægre ſulci manibus criſpantur: & vncis
Vnguibus, aut ſudibus gleba truduntur ineptæ.
Dein ruſtro, ſtiuaque rudi procliuis arari

Exercet

Exercet duram matrem, colleſque malignos.
Ipſa etiam infelix infecta hoc crimine proles,
Infandum, æthereo ſemper caritura receſſu
Morborum genus omne ſubit, turpemque ſenectam,
Bellaq;, pauperiemque grauem, letique labores.
Magne pater, viden vt tetro porrectus ab antro
Sedibus erectus placidis conſortis Olympi,
Inuidus horrendo interitum minitetur hiatu?
Hic te, ipſi quod tu dederas, detrudere cælo
Auſus, & indignans generis ſubeuntis honorem,
Quod ſupereſt, opus ecce tuum tentabit? vt illi
In te non licuit, ſaltem in tua facta licebit?
Hunc igitur quis me reditus manet: aut quis acerbo
Eximet exilio? quæ victima ſancta piabit?
O pietas, vera o pietas. Tuni maxima vitæ
Munera qui dederas, Angui prærepta ſuperbo
Integra reſtitues? labi permittis, & hoſtem
Me fieri: vt Nati redimat me ſanguis amicum?
Ergo ego, qui veteris nequicquam criminis hæres
Mole noua repeto æternum reparabilis æuum,
Quem potius cecidiſſe velim? cui dicere laudes,
Ignigeno lucis non notæ incenſus amore?
Non mihi ſi ætheriæ inſinuent ſeſe omnia mentis
Semina: non ſi tota mihi ſeſe ipſa recludant
Murmura linguarum: quæcunque liquentibus auris
Concipiunt variis facilis accentibus ortus:
Sim ſatis. Arcta leues operum hæc elementa tuorum
Alludant aditus. Te nec mortalis egeſtas,
Cæleſtiue capit felix opulentia regni.
Me tamen, vt curru Titan orientis anhelo
Clinum habet: vt prono cedit deuexus olympo:
Ingens raptat amor: figitque in ſidera vultus.
In te habeo: donec ſacro ſub ſanguine Nati
Mole noua repetam æternum reparabilis æuum.

In

In Deum filium Iesum Christum.

Qui superas patriy mutasti luminis oras:
Sordibus vt miseri fieres obnoxius orbis:
O rerum decus, o mundi melioris origo,
Nate patris summi, summi Nate vnice patris:
Illa actus pietate, & eodem incensus amore,
Quo pro me caram voluisti effundere vitam,
Huc iterum descende: egraque illabere menti
Consolator, & a vero me tramite lapsum,
Errantemque etiam mordacibus exue culpis.
Vnde autem leta intrepidæ primordia mentis
Obrutus infami squallentia pectora luctu
Accipiam? O verum lumen de lumine, mortis
O mors pratersita, o vitæ spes sola futuræ.
Vnum ergo reliquum omnipotens oramus: & vnum
Spiramus. Da magnæ patri tibi posse placere.
Haud equidem hoc petere indigno scelere obrutus ausim.
At scelus ablutum puro qui sanguine deles,
Dignabis venia. Hoc patris est, hoc denique vestrum:
Quod nihilum, aut peius nihilo est scelus, addere vitæ.
O flamma vapor immensus sine sordibus, o lux,
O ignis: non iste vorax: sed lumine vitæ
Cuncta fouens, cui frigus iners, cui frigoris auctor
Hostis atrox cessit fugiens malus. En ego purum
Olim opus: at nunc iam sceleris sub pondere seruum,
Heu hostemque etiam, ac contempta luce rebellem,
Inutilem, ingratumque, & me mihi crimine raptum
Restituis veterique vie, regnisque futuris.
Tu quod non fueras, placito tibi tempore, factus,
Vt fierem quod eram? passus mea crimina, seruus
Ex domino vt serui excuteres fera vincula collo?
Non tibi iura loci gremio Telluris amata,
Non tegmen qui cuncta tegis, Quem culmina mundi

Astra

Alta canunt, ſtabulo poſitus vagire iuberis.
Hoc te adeo magni ſoboles operoſa parentis
Occupat: & mediis regnat fors improba cauſſis.
Suget pardus ouem: proles truculenta leonis
Mugiet horrendum intrepidis adnixa iuuencis.
Sic tibi mole noua cæli fulgentior axis
Conſtitit, & magnis concors euoluitur aſtris.
Sic placitum Genitori, imo qui protinus orbe
Terrarum, ſator alta ſedens iuga torquet Olympi.
Sancta etiam Eois ſurgens Aſtraea manipls
Oſtentat late populos, atque aurea regna,
Aurea perpetuam rerum ſpirantia pacem.
Reginamque Hecaten tenebrarum, auraeque ſilentis
Conciliat. dabit ipſa nouos ad ſceptra tumultus:
Aeternaſque manu capies moderator habenas.
Sed fuge crudeles animos: fuge torua minacis
Monſtra viri. petet ille tuos furor improbus annos:
Spes matrum, acregni excindet ſimul ille tyrannus:
Impiaque innocuo fœdabit ſceptra cruore.
Qua te terra, puer, profugum: qua te tota, parenti
Parua manet: qua terra ſinu officioſa recondet?
Iam qua fata poli dominus ſperare iubebas,
Vix audent tutum indomito bene credere ſaltu.
Te nitida cæli facula, te roſidus æther,
Te liquidi fleuere dies, & conſcia fati
Sidera: quæque vadis pingueſcit putribus amnis,
Quæque patens ſiccis animoſi fluctibus Euri
Eximat, torquet que leues Aegyptus arenas:
Et vos palmiferæ ſaltus defleſtis Idumes.
Ipſe etiam, qui nunc lacrymis rigat ora nitens Sol,
Morte tua inſuetis mœſtum caput occulet vmbris.
Quem ne gemam? quid collacrymer? te funera paſſum,
Vt vitam des? an meipſum: qui vincula mortis
Nullo iterum: qua, ſancte, tuus diſſoluerit ortus?

Dulcis

Dulcis amor, dulcis pietas, dulcissima vita:
Qui mihi ad antiquum communis luminis hausti
Natura stupidas soluisti funere leges.
Ah durum, ah rigidum protento stipite truncum
Pandentemque sinus, orbemque in vota vocantem
Iam populo iam redde pio, iam redde precanti.
Aspice sanguineis rorantia pectora gutris:
Aspice humi stratum, celso te vt condat olympo.
Iniectus manibus laqueus tua vincula rupit.
Ipse reos qui soluisset, reus actus iniquo
Iudice, & immeritas iussus expendere pœnas.
Me me. adsum genus infelix. in me impia tela
Conicite. En ego, qui veteris sum criminis hæres.
Idem hæresque, idem, si auctor, idem omnia: fige
En manus: ecce pedes: sceleratum huc exige ferrum:
Hoc petite, hoc: vestrum est. vestri hic stat summa triumphi.
Est satis, est mihi nunc animi, per mille pericla,
Mille neces, ac morte ipsa quod durius vsquam est.
Dulcia mi expetere optatam per vulnera mortem:
Vulnera nostra tuos diros imitantia casus.
Aspice quo rerum traxit me dura inuentus
Amentem, & stolidum ventosa gloria laudis:
Per validas acies, sæuique incommoda Martis,
(Heu vigilatæ hiemes, nocteſque sub Alpibus actæ)
Fœdarunt que mihi faciem, hauserunt que cruorem,
Qui tibi, quique tuas olim debetur ad aras.
Tu mihi, tu geminam duplici sub lumine vitam
Insinuas. tu sub renouato fœdere latum
Rursus sidereis facis aspirare manipls.
Hanc tibi ego insonti seruatam sanguine vitam
Hanc reddam, pater. alla tua est. te flumen amoris,
Te fontem æterneque spei, pelagusque salutis,
Immensumque diem, atque immensum lumen anhelat.
Ah quoties animo subeunt tua vulnera sancto:

Tu

Tu toties miseri scelera obliniscere monstri.
Nempe his me maculis tanto de vulnere sanguis
Proluat: aut fontem lacrymarum immitte precanti.
Fac me vnum e famulis, certum cui carpere pensum
Constituas; cœptoque operi insudare iubebis.
Fac me vnum e catulis, tenuis quibus vbere largo
De plenis epulis miseros cibus educat annos.
Si noua supplicij horrendi trepidum vrget imago:
Ehcu quo te animo, quo vultu demoror? ergo
Qui mortem attulerim, vitam peto? pignora læsa,
Læsa fides: nec forma vsquam super vlla periculi est.
Quo fugiam? aut quibus in latebris mea tetra venena
Abscondam miser? haud satis est terræque, marisque,
Quod capiat ve, lauetve nefas. Quibus ignibus atris,
Aut quali mea supplicio commissa luantur?
Nate Deo, Deus ipse, prius quo nil fuit vnquam,
Nil est, nil erit: omnigenum meta vltima rerum:
Quid mihi iam sine te vel dulce, vel vtile? quo te
Quo sequar? aut quæ nunc corpus, distentaque membra,
Et vultum illusum regio capit? hoc mihi tandem,
Hoc reliquum est, vt te doleam non posse videre;
Atque frui dulci alloquio, & cœlestibus auris?
Qualis Threcia effugiens fata atra sagitta,
Cui virides saltus, & rosida gramina riuis
Excussitque animo catulum fuga dura: per altos
Licet abripitur monteis, per inhospita saxa:
Exuperatque vias omneis: tum limite campi
Nequicquam laticis quærit miseranda liquorem.
Ah misera: vt semel explevis te munere lymphæ:
At sities: ego non sitiam. mihi flumine viuo
Fons scatet: æternique sitim domat agmine riui.
Ergo etiam posuisti animam: quo tollere nostram
Velles depositam, deploratamque periclis?
Dic, vbi te posuere: at ego hinc cœlestia tol'am

Pectora

Pectora, liquentique vngam liuentia succo.
Dic, vbi te posuisti: at tu hinc mortalia tollas
Corpora, letiferisque laues sordentia culpis.
Dic, vbi sis: quo te fugiam: cui robora veri
Intemerata manent recti: quem tartara regem,
Quem ventura tremunt scelerati incendia mundi.
Dic, vbi sis, vbi te quæram: quem dulcis amor, quem
Suasit amor dulcis pro meipso effundere vitam.
Tu ne etiam inferni spoliasti limina regni:
Ac rediens iterum nostris iam vesceris auris?
Siste Pater: sic ne vt feris accincta tenebris
Nox miserum inuoluat cæcis amplexibus orbem?
Siste gradum. te luce nequit nox vlla morando
Officere: haud orbi, haud animis: quos lumine cassos
Illa ferox nequicquam operit sordentibus vmbris.
Ah ne alibi ferum hospitium tibi quære: sed intra,
Intra in nos Deus omnipotens. Nam si qua recepti
Mens præsaga boni miseris mortalibus vsquam est:
Tu Deus es: tu, præsentem quem quærimus, ipse es.
Quonam abeas? fracti agnosco rata pignora panis.
O panis: cui nulla fames, nulla obsita lero
Obstrepit extremis veniens in rebus egestas.
Ecce ego. nulla mora est: eadem mox nocte remensa
Ocius ad fratres, & vatis mœnia regis.
Vidi egomet Dominum: hisce oculis, hisce auribus hausi
Viuentem. Num mors potis est in femina vita?
Ille mihi, & Luca, & Cleopha, per lumina rerum,
Per veteres verborum acies, quas Spiritus alto
Communi patri atque ipsi de fonte profudit,
Per se vnum, ad seipsum, sese duce vectus, manes
Excussit tenebras. Hic me, pater optime, fessum
Deseris; & miserum medio in sermone relinquis?
Atqui olim mihi perpetuum comitantis honorem,
Æternum latus, æterna vestigia vitæ

Pollicitus:

Pollicitus: fore non vllo quem deseris ævo.
Ergo etiam integro generis mortalis amore
Hic aderis. vita extremis obsessa tenebris
Te metuet, te quaret. ego hic exuta periclis,
Erutaque infami lætabor sæcula planctu.

In Deum Spiritum.

Te quoque, nec geminum, nec ab vno ducte, sed vnum
Alme parens: ab vtroque Deus, Deus vnus, & vnus
Spiritus, vnigeno qui concelebraris amore,
Sancte cano. quamquam in nato, natique parente
Semper eras, & semper eris. & vtrunque canentum
Carmen obis: placidumque in pectore fusus anhelas.
Nam quid ego aut dixi, aut tacui, quod numine vestro
Iam vacet? aut quonam laudum mihi contigit aura,
Quam non aut animo, aut numeris tecum ante peregi?
Sic etiam æterni complens promissa parentis,
Post gemina mortis deiectum numen, & altis
Monstri tartarei regna expoliata tropheis,
Igneus auricomo commistus turbine nimbus
Increpuit. Tum arrecti animi, & vox faucibus hæsit.
Queis ego disiecto hic oculi mortalis amictu
Haurio flammiferis crepitantem motibus axem?
Palantesque polo faculas, & splendida lucis
Agmina, fulguribus crebris, tonitruque corusco,
Aduentante Deo? iam iam vt sese arduus infert?
Dum pacata cohors animis sibi gaudia miscet
Concilio in medio residens: certasq; fouet spes:
Ignigenas linguarum acies, sonitusque canoros
Excepere animis: aliusque repente resedit
Ardor, agens magnæ calestia semina mentis.
Ergo ille imperij æterni ventura prouatur
Fata canens: aperitque enum: veteresque recludit
Omnimodas rerum series. tam pontus, & ingens

Ante oculos terræ tractus, connexaq; cæli
Templa patent: paretque nouis mens incita regnis.
Ille peregrinis haud vnquam cognitus oris.
Reddit habens varias omni discrimine voces.
Audyt & sero impositus Tagus aurifer orbi:
Et qui barbaricas medius secat Albis arenas,
Indigenæ agnouit commercia dissita lingua.
Quem Neper, quem Volga rigant, & inhospita Ponti
Æquora, & egelidis stagnantia flumina Nilo:
Quaq; nouus vastus refluit Senega incola mundi.
Quare etiam quondam rudis ad primordia lucis
Alme parens, qua tu dederas mihi munera, de me
Hæc repetas: repetita feras: animumque labantem
Constitue: atque foue placidam sub pectore pacem.
Alme parens fer opem: atq; pijs intende querelis.
Siue inimicus atrox, seu me mihi dira cupido
Abstulerit: si me abstulerit me dira cupido:
Affer opem pius: ac miseris intende querelis.

In semper Virginem Dei Genitricem Mariam.

Te Superum Regina cano: tibi, debita Cælo
Carmina speratam rerum euoluentia pacem
Seruire, & sanctam trahere in mea vota Pyrenen
Incipiunt. mihi tu numeros, mentemque supremam
Inspira: atque animo fallaces elue curas.
Nam quis tantarum me immensa per auia rerum
Labentem, fractumque metu, pulsumque pudore
Restituat? quis nostra tuis fauor oscula plantis
Admouet: & superas securum sistit ad Aras?
Quid primum, quid postremum de te optima Virgo
Eloquar, aut sileam, sub iniquo ponderis æstu
Pressus, & æternæ ingenti cumulo obrutus auræ?
Verte omneis tete in facies mens ardua, mens e

Mens

Mens alto cognata Polo: totum indue celum:
Totum hauri variis diffusum inflexibus orbem:
Nondum etiam laudum complexa es Virginis oras:
Virginea qua Diua Deum bona condidit aluo,
Quisnam humili trepidus Musarum carmine condet?
An genus humanum, totamque ab origine gentem
Tubifici afflatam vitiosis dentibus cui
Expediam: & veteris renouabo exordia luctus?
Fœmina vti datus est comes & pater: vtq; maligni
Capta dolis, misera ah comitemque patremq; fefellit?
Fœmina vti genus humanum, generisq; parentes
Diiclusos nitida patria: atq; illustribus aruis
Integrat: & vitæ reparabilis euocat annos?
O Nato sata Virgo, tui patris inclyta Mater:
Cui radijs candens niueis argentea Phœbe,
Pulcher & auricomo collucens Phœbus amictu,
Stellarumq; greges placito famulantur honore.
O Virgo sine labe, sacra mihi purior vnda,
Quæ gelidis specubus, quæ viuis excita saxis
Temperat Erigonem, scatebrisq; recentibus halat.
Tu quoq; Diua sitim vitæ mortalibus ægris
Alma leuas, fontemq; ferens, pelagusq; salutis.
Una olim desperata primordia Gentis
Restituis: nunquamq; graui concussa tumultu
Fundamenta iacis: veroq; e Lumine Lucem
Concipis: & placidam componis pace quietem.
Ergo inter merita præconia certa Corona,
Quam tulit e patrio descendens victima Calo,
Inter & excelsas numerosò carmine laudes,
Tu quoq; Diua nites. in te concordibus ortis
Et seruus malus: & Dominus bonus, arma volentes
Hostica deposuere: latet sub Virginis vmbra
Nox vetus, atq; recens patrys lux edita claustris.
Quisq; necis misera male sordibus obrutus atris

Horrebat cæli faciem, lucemque supremam,
Luce viget comite, & vitalibus emicat auris.
Qualis vbi Coa perfusus Lucifer vnda,
Laxauit roseis spumantia frena quadrigis:
Postquam nox Erebo, cæcisque effulta tenebris
Flammigeram nigrante manu distrinxerit Æthram.
Æternas accincta faces, tacitoque renidens
Æthere frondentes obduxerit inuida siluas.
Tum vegetus redijt rebus color: omnia rident
Orbe nouo. tremulaque fuga freta lata relucent.
Sic tibi post tenebras ac tædia noctis opacæ
Sole nouo, solis domino, lucisque parente,
Illustrare chaos, veniamque exposcere rebus
Omnipotens dedit: & veteres excludere luctus.
Ille etiam humani tandem post vltima fati
Fœdera, perpetuam radianti fronde coronam
Diuino imponit capiti, sceptrumque Piorum,
Votaque & æternas tecum communicat Aras.
Quid memorem angusto disclusas limite fauces,
Quas rigido clausit saltu protenta Pyrene?
Cæteraque extremis miracula dissita terris?
Vos cælo ascitos tumulos rupesque superbas
Alloquor, & placitis positas in collibus arces:
Quæ tumidas Pelagique iras, atque horrida Ponti
Murmura nequicquam validos spirantia ventos,
Iussa Deo, cursu moles superauit acuto.
Illa Palæstini testisque, & conscia Cæli,
Quo Pater omnipotens sortem miseratus iniquam,
Obtulit æternam veteri pro crimine prolem,
Præpetibus tenerum subuecta per aera pennis,
Illyricis scopulis, saxisque informibus hæsit.
Mox scelerum rabiem fugiens, gentemque profanam
Adriacos alto despectans aere fluctus,
Recinios saltus, & pascua Lauretana

Eligit

Eligit: atque pia molitur commoda gentis.
Hic tu me variis Fortunæ ambagibus actum
Post tetricas Fati clades, Sortisque superba
Imperia, & mala bellorum quæ turbidus hausi,
O mihi sola graues Virgo miserata labores,
Erectum, extorrem, miserum, rerum omnium egenum
Fouisti, & reducis reparasti exordia lucis.
Per te etiam nec opinanti dulcissima Virgo
Subuentum est: nec spes vnquam me longa fefellit.
Et nunc prospiciens extremos terminus annos
Vsus adesse mihi, finemque adducere rerum,
Tristis vt anceps dubiæ confinia vitæ,
Ignauum mihi canitiem, luceſq; maligna,
Curasq; tractusque animi, sordesq; profundas
Attulit: & memorem instantis subet esse ruinæ.
Ergo etiam ignoto rapidi sub carcere cursus
Speantem pariter heu cuncta, & cuncta timentem,
Fidentemq; tuo Virgo sanctissima ductu,
Tolle manu, & Nati felicibus insere turmis.

Ioanni Babtistæ.

Maxime terrigenum, ac Regis præcursor Olympi,
Sancta Anima, & tacitis cælorum exercita fatis,
Vltima legiferæ Naturæ meta Ioannes,
Cui fului claros humeros immane cameli
Tegmen obit: nudoq; sonant de vertice nimbi:
Te per inaccessos tumulos, & inhospita saxa,
Nunc vero æthereas sedes super, & super altos
Cælestumque choros, moderatorumque cateruas
Sublimem veneror miser: atque incondita porro hæc
Dona prius. Satin' vt pleno te pectore perflans,
Hoc animo, hac mente gerens, hic sensibus hærens
Fumantes tibi nunc supplex aduoluor ad Aras?
Principio teneri post incunabula Mundi,

Et labem fragilis thalami, primiq; Parentis
Crimina vinifica donis obnoxia lympha:
Cætera, quæ canerent primorum carmina Vatum,
Spiritus ætherio ignotus de fonte profudit.
At tua Sancte Parens æquæus luminus ætas
Extulit in veræ præsentem commoda lucis.
Ante etiam immensi conspectum Regis, & ante
Quam rudis haurires vitalia semina Cæli,
O Amor, o pietas: materna conditus aluo
Ignotum terris Dominum sine voce salutas,
Debita diuinis summittens genua latebris.
Mox, vbi conceptus eduxit spiritus auras:
Feruidus increpitans cæci scelera horrida mundi,
Solorum nemorum latus secreta petisti:
Qua porrecta parum sinuoso cornua ripæ
Compositas bigenæ flectunt Iordanis habenæ.
Inter desertum campi latus, inter & æstu
Collectamq; sitim, dirisq; incommoda Cæli,
Nec domat extremo quæsitum munus in orbe
Mellorum liquidus succus, lacticiq; Lyæi:
Arida nec domitis ieiunia solus aristis:
Mella tibi patrys vni liquentia ramis
Dædala sudat apes: miseras tibi deuia guttas
Summittit tellus, ac vilia membra locustæ.
Inde frequens locus illa viris, montanaq; passim
Turba ruit: vidui campiq;, vrbesq; relictæ.
Et libertatem populi spirantis imago.
Tu, quis es? an ne auo patribus promissa priore
Vera rudimenta, & certæ fomenta salutis
Dexter habes? gentisque agitas arcana renatæ?
O grauis æterni soboles sperata Parentis,
Adsis perpetuo imperio, & sordentia puris
Dilue concepti sceleris vestigia riuis.
Sic populus, sic ille: Dei nec vera propago.

Nec vates: sterili sed vox clamantis in ora.
Vos, quibus a supera pax est promissa quiete,
Perpetuo licet hanc lucem celebretis honore:
Ecce diem, quæ perfudit vos Lumine, qualem
Extremo veniens Sol nunquam aspexit Olympo.
Rex Regum, aterni sceptri cui summa potestas,
Regna bonis, pacemque gerens, clademque profanis:
Qui fuit ante, ego quam fierem, meque ipse sequutus,
Exoluet veteris sordentia crimina pœna.
Non vt ego abiecta fluuiali munere lympha,
Sed liquido afflatu, ac Cœli fulgentibus auris:
Et patrium insonte pacabit sanguine Regnum.
Sic ait: & populum nitidis lustrabat in vndis,
Multa monens, multa ore pia mandata resoluens:
Ecce autem sacris sese referabat ab aruis
Vera Dei soboles, mundi melioris origo.
Quem circum atheria iam numine percita flamma
Collecta exilio, veterique e crimine turba,
Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ,
Ipsæ vrbes, ipsique agri, tota ipsa sequuntur
Agmina: deserto cessat iam taurus aratro:
Pendet & amissis operæ interrupta iuuencis.
Illius vt Vates fulgorem feruidus hausit
Fulmineum: perque ima pius calor ossa cucurrit:
En pacata, inquit, scelerati victima Mundi.
Sic ait: & sanctum posito velamine corpus
Tingit aqua, auctoremque illius muneris ornat.
Tune Deum fontis dono mersare salubri?
Tune Deum? tibi qui tribuit sua munera; de te
Hæc petit? & veteris cessit prudentia Fati?
Quem facit ille parem sibi, te mortalia temnunt?
His de te tantum licuit? te vera monentem
Inuidit miseris terris Fortuna? nec ipsum
Carceris infundum satiarunt vincla Tyrannum?

Vt sacrum aspiceret caput a cervice revulsum?
Ergo illum inferni subter fera limina Regni,
Et furvas desperata caligine sedes
Insomnem exercent Furiæ. cui tristis Erinnys
Infestum caput anguineis redimita capillis
Sanguineo assurgens facinus sonat ultra flagello.
Quando ne videam reus, o Pater optime, mortis,
Curriculo vitæ, ac spatys discissus iniquis:
Sed tacerum sterili nostrum hunc in littore truncum,
Singultantem animam dulci pro nomine Christi:
Quam toties miser obieci mortalibus ausis:
Exora, meritisque tuis merita ardua captem.

Rocho & Sebastiano.

Vosne etiam lamenta virum, gemitusque cadentum,
Magnanimi Heroes, duo lucida sidera Mundi,
Torque inter lacrymas horrentia funera tangunt?
Nos vacuæ segetes, vasti nos frugibus agri,
Ipsi nos saltus, nemorum ipsa silentia terrent.
Usque adeo inferni concepta e semine Ditis
Ventorum molles animæ letalibus auris
Omnia corripuere. ruunt in mortis amorem
Terraque, sideraque, & scelerati crimina Cæli,
Corruptos effusa lacus super, altaque Nerei
Æquora. Quique fouent vitæ mortalis honorem,
Iam fatis fontes latices, & morbida vulgo
Pabula: tum nullo pecudes custode per herbam
Vitam pue. exitiumque aqua sub sorte pacisci.
Hic oblita sui, multamque ignaua sub vmbram
Armenti decus, & torvis pugna aspera tauris,
Crebra gemens longo tendit grauia ilia tractu:
Et nudis animam compescens dentibus ægram,
Heu dulcem aspectat morienti lumine natum
Perdita: nec latas illi reminiscitur herbas.

Pari-

Parte alia validus proscisso taurus in aruo
Non sulcum meditari, aut dicta audire magistri:
Verbera lenta pati: aurisque absistere vinclis:
Naribus & piceam patulis euoluere nubem
Afflatos oculos olli rigor igneus vrget
Terribilis, maciemque lues contraxit acutam.
Ecce autem Hesperia veniens ab limine terræ
Fortis equus: cui mollem animum, primumque pudorem
Soluit amor: plenisque insedit flamma medullis.
Ille neque assurgens liquenteis flagitat amnes,
Nec procul aerij montis de rupe coruscans
Hinnitu increpitat cessantem puluere campum.
Ast illum in auris saturum ad præsepe canistris
Insomnem exercet vitium: non inde vocatus
Ardet auens spatiumque dari, cursusque volucres,
Non ægrum virides herbæ, non plausa reducunt
Pectora, non strepitus bijugum, frenique sonantes.
Augentur cladis facies: nec funera tantum
Infelix pecus annumerat: cadit aureus infans,
Florentes puerique, & longis fulta senectus
Lucibus, extremosque ferens exempla sub annos.
Ergo etiam crebro Matrona atrata dolore
In luctum soluit properata ad funera crines:
Aut amens delubra Deum, lucosque fatigans
Nequicquam miseros exercet feruida planctus.
Nulla feris etiam iam tum natura pepercit.
At Leo per saltus, vasta & deserta peragrans
Indomitis agitur furijs: atque vritur intus
Igneus: & presso Cælum clamore lacessit.
Omne nemus late exhaustum est: lateque silescunt
Errati saltus auibus, gressuque ferarum.
Iamque vagi soboles pelagi, mutaque natantes
Senserunt liquidis infusa incendia in vndis:
Turpiaque insano reuoluta cadauera fluctu

Extantes plangunt sepulos, lituſq; ſupinum.
Ipſæ & aues, volucres animas in rupibus altis
Expirant temere: dira aut ieiunia victus
Edomat. at ſi qua petiere cadauera roſtris:
Extemplo ſtimuli tentarunt oſſa: neque intus
Suffeciſſe valent fuſæ feruore medullæ.
Inde ſubit furtim vitiata in corpora lentus
Torpor: & obrupta cute, putri Solis ab æſtu
Membrani ius ritu ſanie, taboque liquantur.
Hac Fati rabies, hic Cæli tractus iniqui,
Quæ non facta hominum, quæ non commenta Deorum
Expetere: & ſummis vota aſpirare periclis?
Omnia conclamata: latent ſub turbine planctus
Omnia: & obſcura caligant mortis in vmbra.
Ipſa etiam, qua nos vitam ſperare iubebat,
Ipſa fuga exitio eſt: ſolique ad funera noſtra
Adſumus: & fruſtra veteres reminiſcimur agros.
Vos (celum, vos Terra parens, Terraque parentis
Antiquæ fibræ, vitrei Regna alta Tyranni:
Sit ſatis has meritas funeſto ſanguine pœnas,
Diraque ſupplicia hæc ſæclis hauſiſſe nefandis.
Vos ego per Genios geminos, geminaſque coronas
Magnanimum Heroum precor, obteſtorque. videtis
Vt Rochus atheret tendat vexilla Triumphi:
Quo ſigno æternam ſoluit pia Victima mortem?
Vt paribus ſocius felicibus excubet armis?
His quondam Rochus inuicti diſcrimine morbi
Expulit: & Latijs exegit ſimibus hoſtem.
Huc Matres, quondam Matres, dum vita manebat
Inſontum infantum: & tantis defuncta periclis
Turba ſuper, viridi & victrix ætate iuuentus:
Triſtes relliquiæ, ac ſæcli monumenta prioris:
Huc mecum: nec vernanti ſub luce corollas,
Nec conſecratas feſtis e frondibus Aras,

Immo

Immo animos asserte pios, ac nescia labis
Pectora: & horrendos etiam spirantia casus.
Sic demum auerti tantarum incendia rerum
Posse reor, orbosq; pijs seruare Penates,
Nosq; iterum patrio pacatos reddere Cælo.

Fidei Virgini.

Vnde tibi ætherium inuentum Virgunculæ carmen
Sancta canam: quæ sidereo secreta recessu
Dulcisonas animo Cælestum concipis auras?
Hæc tamen, hæc mentis certissima pignora nostræ
Alitibusque ferisque, & duris Alpibus audax
Edicam: brutæque animæ, rupesque silentes
Intendent: surdumque fretum meditabitur aures.
Aspice tartareis præcepta obsessa ruinis:
Pro quibus vt celso ferrent fastigia Cælo:
Mitis honoratum sacrauerat Hostia lignum.
Anne parum visum est nobis hostique superbo,
Sordibus antiquis, & dira labe Parentum
Obsita? inhumanis etiam irretisse tenebris.
Quas lux vera sui dextro dissoluerat ortu.
At nunc luctificis iterum conuulsa periclis,
Heu vitæ cursu in medio, crudelibus ausis
Barbarici premitur spes interrupta furoris.
Virgo vides? furor vt rapidis Aquilonius alis
Dura rudimenta hæc sceleris, tetrosque tumultus
Impulit: & rapido vexauit turbine Cælum?
Quod nisi tu Virgo, meritisque & nomine vero
Vera Fides, fessosque animos, opis omnis egenos,
Labantesque foues populos, domitasque furores:
Deque statu rerum sacro, deque omnibus actum est.
Virgo trucem quo te iam confutasse Tyrannum
Fama refert, solidoque frequens celebratur honore,
Exere conspicui radiantia lumina vultus.

Quodque

Quodque per excelsi tibi credita pignora Regis
Purpureum casto fudisti e pectore flumen
Sparge libens miseris corda ad discordia terris.
Forte verecundum succendet sanguis amorem:
Perpetuum Christi meruit qui sparsus amorem.
Cana Fides, o Virgo arcani conscia Fati:
Felices per ego te animas, sanctumque Senatum
Cælicolum, insonti partumque cruore Triumphum,
Unde tibi æternum viridem peperisse coronam
Commemorant: faueas labentibus optima rebus.
Diluuiique infesta salo, dirisque procellis
Tempora lætifero desperata eximе luctu.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI DIVI

AD

Pedes Domini nostri Iesu Christi Filij Dei.

QVi nostras Mundo spirasti obnoxius auras:
Redderet vt nostras spiritus ille tuas.
O Deus, o aeterna Dei Patris vnica proles:
Qua sine, quod factum est, fecerit ille nihil.
Quæ tibi sacra fero tenuem insinuantia mentem,
Reddere digneris Numine pura tuo.
Illa tuos celebrant cantu meliore Quirites:
Atque audent falsos temnere voce Deos.
Nam scripsi varios dubia qui sorte Tyrannos,
Non laudem, venia sed mihi dona peto.
Parce pius sera damnare pericula vitæ:
Nunc primum incipio, viuere scire quid est.
Ah ah vix etiam emergunt exordia lucis.
O igitur quando, aut quæ mihi finis erit?
Quos in te cecini, quos in me voce lacesso:
Horum Christe tuo lumine facta sequar.
Qui sine te nihil extiterant: nunc omnia, post te,
Et per te, & tecum iunt sine fine tui.
Horum ego facta canens, atque horum exempla secutus,
In te abiens, capiam te capiente Deum.

Ioseph.

Ioseph.

Sancte Senex, cui Virgo parit, cui libera, nulli
Cognita nascentem claustra tulere Deum:
Duc tecum hunc animum magni in penetralia Mundi:
Atque nouo dubiam lumine pande viam.
Custos Virginei, intacti selecte pudoris:
Audis, qua valeas nocte videre diem.
Bis fœlix, cui promisso, post funera, cœlo,
Cuique prius licuit sub tua tecta frui.

Innocentibus.

Fundite felicem sanctissima turba cruorem:
Terra emitis minima maxima Regna Poli.
Neve timete patris veteri de crimine sordes:
Numque alio lotus sanguine sanguis erit.

Ioannes Babtista.

Vox ego nequicquam sterili clamantis in ora:
At verbum in populo seminat alta suo.
In terris prior ipse fui: prior illius ortus,
Cum patre praueniens sæcula cuncta Deo.
Vos ego purifico fluuiali munere lympha:
Ille reos placido fluminis igne lauat.
Heu genus inuisum. sua qui tibi Sidera Cœli
Donat: ei terra debita Regna negas?

Stephanus.

Perfide, quid cessas, aut te, aut me reddere vitæ?
Vita, vita tibi est credita, morte mihi.
Ah non supplicium Sanctis, sed præmia, mors est:
At tibi supplicio mortua vita tua.
His ignosce Pater: &, qua fugere, sequantur:
Et mihi quæ mortis fata dedere, petant.

Petro-

Petro.

Commissæ a Domino princeps lectissime turbæ
Petre, vagum iusso limite coge gregem.
Quo [illegible] at [illegible],
[illegible] pi.
Sponsæ gemens lacera [illegible] spernentique exulat orbe,
[illegible]am tetro. Meretrix agmine septa premit.
San[illegible] Cerbereum [illegible] consita est [illegible]sem,
Artubus infandis omnia membra vacant.
De cælo tamen hæc claues. Si a[illegible]feris illuc
[illegible] ruci.

Paulo.

Qui fuga dura prius fueras, & lima laborum:
Nunc requies victo certa labore viges.
Ignigenæ accipio cælestia fulmina linguæ,
Et quæ sidereo flamine verba tonant.
Horreo, cum loqueris: pacantur corda, locuto.
Nectareo fructum semina rore gerunt.
O tuba plena Deo, non noti plena furoris:
O & inexhausti vas sine labe boni:
Quæ scripsisti alijs magno molimine rerum,
Fac Pater, hæc eadem sint quoque scripta mihi.

Boanerges.

Vos quoque, queis Dominus deducit nomina Cælo,
Accipite has tenues in mea vota preces.
Exemplo senioris agam pia numina vitæ:
At nostra alterius spiritus ora regat.

Lucæ.

Quæ sunt nota alijs, tibi non sunt abdita: verum
Sunt, quæ alijs fuerant abdita, nota tibi.
Hæc arcana sui pandit sanctissima Virgo
Quis potuit certo verius ore loqui?

Nam

Nam mihi quis monſtrat venturæ lucis Amorem?
Quiſve propinquantis præuia ſigna Dei?
Quæ mandata ſtupens audit Regina Tonantis?
Quæ reſponſa humili nomine Virgo dabit?
Quis Dominum, nondum natus, ſine voce ſalutat?
Quis grauis promiſſo ſonte leuabit onus?
Quis lenis inſonuit ſanctis exercitus alis?
Dans notas nouum voce ſalutis iter?
Vnde nouum Sidus decorans orientis honores,
Rege aurum, myrrham funere, thura Deo?
Quis fugit, Ægypti factus nouus incola terræ?
Extinctoque redux aduenit hoſte puer?
Omnia quæ Lucas diuina voce profatus
Solus, item mea ſic pectora ſolus agis:
Flammato gelidam ſuccendens carmine mentem,
Ipſa meis fatis aſtra minora facis.
Quæ quia vera puto, nulla re territus abſens,
Præſentem exora me quoque poſſe frui.

Barnabæ.

Te Paulo ſocians, iunxit cum fulmine lucem:
Fonte nites placidi luminis, ille tonat.
Igneus ille ruit, leni tu laberis aura:
Tu capis intentos auribus, ille rapit.
O vtrum malim ambiguus? cur diuido iunctos?
Quin habeam potius certus vtrumque mihi.

Zenoni patriæ tutori.

Exere conſpicui radiantia lumina vultus:
Atque Vrbem ſupero limine cerne tuam.
Et ſpira facilis concordis flaminis auras:
Heu quod diſſidium ferrea corda quatit.
Cætera vel propriæ vel auitæ munere laudis
In toto nullis orbe ſecunda fuit.

Nla tibi, & nobis Patria est: potiore sed ipse
Nunc frueris: nos ah terra aliena terit.
Quare illam aut mihi redde (peto non multa) precanti:
Aut cito ad istius commoda vera trahe.

Simoni Cyrenæo.

Felices humeros, felicia brachia, felix
Sudor, quem eliciunt pondera sancta crucis.
Quis names, quem voluit dominus sua pondera ferre?
Si satis est nostrum cuique tulisse suam?

Hieronymo.

Qui magna poteras Natura imponere leges:
Atque in te patriy vertere iura Poli:
En facilis descende. vides furialia vulgi
Pectora, & ancipiti dissita Regna fide.
Cuncta ruunt infelici disiecta tumultu:
Et verum, interitus non nisi, finis erit.
Iam pretium est sentire male, atque auertere verum;
Et facere, aut fieri iam bene, nolle volunt.
Interdicta tibi quod si sunt iurgia terra:
Quo tua mens coram possit adesse minus.
Exora vltricis felicia fulmina dextræ.
Pessores merita est retra cloaca neces.

Augustino.

Ne egredere e solo, ac tetrico pater alme recessu,
Vt Iesum videas: Christus vbique tibi est.
Ne egredere, vt Paulum audsultes magna illa sonantem:
In Celo Paulus mox tuus hospes erit.
Ne egredere, vt R[redacted] quando
R[redacted]

Caprasius Martyr
Alloquitur lictores & Fidem Virginem.

Me me. adsum, qui delitui: qui vulnera fugi.
Huc ferrum, en hæc sunt pectora vestra, date,

Bis viuens virgo es, quæ te offers sponte: sed illi,
Qui mortem fugiunt, bis meruere mori.

Rocho.

Grata Deo mens, non vllo subnixa tumultu:
Lenior æstiuæ quam piger humor aquæ:
Temperies, & pacati clementia cœli
Dicitur a Domino totum opus esse tuum.
Pelle luem, sed solue metum: ne prodiga vita
Corpora Cerbereo iunere victa cadant.
Quemque diem vexit lætis Aurora quadrigis:
Hunc lætis renehat Lucifer almus equis.
Hora salutiferamq; salutifera occupet horam:
Annus & exuuia morte perennis eat.
Magna quidem: sed tu maior mitissime Diuum.
Et tibi qui dedit hæc maximus esse solet.

Thomas Aquinas.

Per rerum genera, & vary spectacula Mundi,
Sidera summa cito vectus ad vsque gradu,
Primam & postremam Naturam expleuit vtramque:
Nam quod re Deus est totus, hic ore fuit.

Paulo primo Eremitæ.

Audi de Cælo miseras sanctissime terras:
De terra audieras qui monumenta Poli.
Huc ades a Domino monstrans deserta locorum,
Quo mens a curis exulet acta malis.
Ipse mei nequeo in solo meminisse recessus,
Ludibryq; animus militat inde nouis.
Quid faciam, circumsistunt quem retia Mundi?
Quem laqueo muris artibus Horcus habet?
Felix qui suus est: mortis nec fœdera quærit.
Per magnum imperium est, posse inhiare sibi.

Georgio.

Georgio.

Hæc vitæ magno pro munere dine Georgi
Parua, sed ex animo munera Cæsar obit.
Hostilis toties qui iam mucrone retuso,
Accepto multo vulnere victor abyt.
Nullum opus humanum hoc potuit: sed vindice dextra
Magne tua nostra hæc dextera tanta fuit.

Laurentius Martyr.

Largus opes Domini qui dispertitus egenis
Igneo feruens arsit amore Dei:
Lassauit stupidos hominum Laurentius ignes:
Et flamma in medio turbine sensit aquas.
Ergo Dei cumulos sibi qui populatus, auari
Ardet inexpleto Diuis amore sui:
Totus alat rapidos hominum crudeliter ignes:
Et flammam in medys sentiat vstus aquis.

Ambrosio.

Magnus eras vita, maior sermone, docendo
Maximus: vt nec te crescere posse putes.
Ast Augustinum postquam tua lingua reflexit:
Excessisti hominis iura, capisq; Dei.

Dionysio Areopagitæ.

Surge, veni: rerum varios & desere fastus:
Quodque paras, alio nomine surgat opus.
Ignotasne stupes tenebras? causasne requiris?
Nec librum e vestris, qui tibi dicat, habes?
Hic seipsum deflet Natura in funere luctus:
Lacryma quod meritis sit minor, ora rigans.
O dilecte Deo, o Cæli pars rara senatus:
Si qua nox alijs, lux fuit illa tibi.

Ludouico Regi.

Progenies antiqua Poli, sanctissime Regum:
Qui Regno adiunxti Sceptra superna tuo.

Magnanimas Francorum acies, forteſque Nepotes,
Et foueas Regis pectora, verba, manum.
Quo vel anhelanti, vel prono lumine Titan
Nec veteri matus, nec videt orbe nouo.
Ille ſuis noſtros contemnere finibus hoſtes:
Et dedit excluſo Marte, ſopore frui.
Huic Græca, huic Latiæ mea debent otia Muſæ
Quaque patent tantis tot monumenta libris.
Si numeris moderor: retinet Franciſcus habenas.
Illius vt feruet ſpiritus igne, calet.
Sola manus noſtra eſt: ſi quid diuinius exit:
Cuius vis ſpirat Numinis, ille fauet.

Claudius.

Exemplum cæli ruituro Claudius orbi
Naſcitur: & claros nomine vincit auos.
Largus opum reliquis, clemens: ſibi pauper, acerbus.
Fert alios, oneri non fauet ipſe ſuo.
Exulat in medio conuentu, immobilis exit:
Id tantum quærens, nolle licere, ſibi.
Cumq; ſit in medio, nec toto clauditur orbe:
Verum orbem totum claudit in orbe ſuo.

Martino.

Luminibus capto Cæli ſi redditur aura:
Maxima magnum inter munera munus habet.
Tum Diuum imperio ſi mortua corpora ſurgunt:
O quantum, hanc vitam reddere poſſe, fuit.
Quod ſi Amor eſt Deus, & nobis ſe tradidit ipſum:
Tu Deus: ullus homo ſi Deus eſſe poteſt.

Franciſcus.

Exemplum, præcepta Dei, vireſque ſequutus
Martinus, gaudet omnia poſſe dare.
Hanc alia ratione implet Franciſcus amorem:
Cuncta videre alijs, & ſibi ferre nihil.

Geruaſio

Geruasio & Protasio martt.

Saluete Insubrici duo lucida Sidera Cœli:
Quorum etiam extremo numen in orbe viget.
Vidimus extinctum mentis venerabile lumen:
Quæque ferox rabies effera corda premit:
Pacari, reddique sibi, precibusque suorum:
Queis reddi sperem me quoque posse mihi.
Vos veneror tacito fusis e pectore votis:
Et vestrum exemplo mortis anhelat amor.
Vosne etiam Ambrosius vidit per somnia? secum
Orantes orans vidit, vtrumque, vigil?
O ego ne fodiam, quo vestra ibi corpora quæram:
Sed corpus rapiat dextera vestra meum.

Antonio Eremitæ.

Indixti nigris Erebi qui prælia seruis:
Passus & indicta es prælia multa tibi:
Magne Pater furuum defendas fortior hostem:
Sisque metus diris ignibus igne tuo.
Seu positis vacuus deduco tempora curis:
Sollicitam iniecit callidus ille manum.
Seu plenam saturat Cœlestis copia mentem:
Ingerit ignotis Regna parata dolis.
Quod si humili: quando hoc præceptum est: corde pacisceris
Obiecit patrij stemmata prisca soli.
Ah de captiuo ventosis gloria velis,
Et falsa Fama luce triumphat amor.
Indue me vasta desertis rupibus ora:
Arida qua facie fluctuat vnda maris:
Obrue Sarmaticis immania corda pruinis:
Dum rigidum excutiant libera corda iugum.
Vt, quem facta tua ceperunt ardua vita,
Incipiat vitæ fata parare suæ.

Antonio Patauino
Bonaucntura loquitur.

O, vbi nunc rigidi, Mors, est victoria telis?
Et tanquam spirans integra lingua viget.
Quæ nunquam Domini liquisti candida verbum:
Te nunquam voluit linquere: semper eris.

Thomæ Didymo.

En ego sum: duro contra quid pectore perstas?
Si non vis mentem mittere, mitte manum.
Ecce videns, oculis credis mortalibus. At, quæ
Hac non viderunt, spiritus esse facit.

Bernardo.

Qui, tantus fueras sine præceptore Magister?
Quisve tibi ingenij semina tanta dedit?
Prodigium (alo gratum, mirabile terris:
Et maior tota, gloria tota, fide
Ecce vides oculis, tacita quam mente videbas:
Atque capis linguæ præmia certa tuæ.
Illa tibi Natis populum, sanctumque Senatum:
O vtinam nostrum sic tibi signet iter.
O Virgo: o mihi post Dominum sis vnica Iesum:
Qua te Bernardus, hac ego mente colo.
Cui nunquam attonito saturantur lumina visu:
Vsque oculos tua sic pascat imago meos.
Cui nullo tenuis lassatur carmine lingua:
Illa tuæ laudi tam sibi visa rudis.
Aspice nos, quocunque tegit me nomine Cælum:
Et sordes, nati sanguine, terge meas.

Iuliano hospiti.

Si decuit miseros absentem quærere mortem:
Et cadere ignara, quam peperere, manu:
Quid fugis instantis durissima crimina fatis?
Vis te indefessis torua sequetur equis.

Si tu hoc ipse facis: cur nolens feceris? At si
Hoc faciunt, subeant noxia fata necem.

Hieremias.

Cum flerem Solymæ mortalia fata caducæ:
Ad flendum certa sede fuere loca.
Ast vbi nunc sedeam? nomen hæc sunt funera nostra?
Extremumve dies vltimus ante diem?
Quomodo lecta Patri, meretrix euadere Virgo?
Et non sollicitant perdita monstra Deum?
Quis tibi carnifici fœdissima vulnera dextræ?
Hostis? an infami tetrior hospes apro?
Ne repete, Oceani genitor diffundere fluctus.
Vltricis flammâ hos altera Regna manent.

Ioannes Eleemosynarius.

Cætera, quæ cupido fulgentia nomina Mundo
Instituunt titulis flore parare decus,
Tantum sidereo cedant vnius honori,
Quantum alto terra distat ab axe globus.
Hoc tibi sic totum est, alys partiriet. Heu nos
Totum accepisse, & reddere velle nihil?

Origeni.

Quid tibi sancte deest, alius quod habere superbit?
De te vno, ast humili, sumere cuncta licet.
Corporis exilio creuit lux feruida mentis:
Vtq; tuus sis, te non finis esse tuum.
O diuina manus, partem qua corporis auferit:
Tota suo vt fiat mens magis apta Deo.
O diuina manus, qua tanta & talia fudit:
Liberet vt Christi sæcula sancta manu.
Quid mihi deposcam? regalia corpora? Iam mi
O iam mi, vt fierem (sit satis) ista manus.

Andreas præfectum alloquitur.

Infelix, tua vox frustrame terretat armis.
Si poscam, haud cedent arma superna tuis.
Quod peto, promittis demens: minitare, quod optes.
Ah demens, laudem qui minitere Crucis.
Ergo ex hac propius spectabo limen Olympi:
Terreboque fera spicula dira neci.
O salue optatum, o solum sine crimine lignum:
Maxima quod Cali victima fecit iter.
Quique olim nostros meditans spirabit amores,
Flammatum in Iesu fer super astra virum.

Christophoro.

Quid quaris, quod vbiq; orbi dominatur aperto?
Se tamen haud oculis subtrahet ille tuis.
Iam Natura tibi cedit verso ordine rerum.
Vt fias leuior, sarcina tanta datur.

Philippo.

Quo nullis Romana manus penetrauerat armis,
Immensi illa manus emula dura Dei.
Victrices Persa quo duxerat ipse cateruas:
Vt daret insanæ seq; suosq; neci:
Tu penetras, victoriq; sedes: positoq; Trophæo
Ignotis armis effera monstra domas.
Hoc distant terrena Polo, cælestia terris.
Nuda, qua nequeant tela, parare manu.

Zachariæ.

Pande nouis diuine senex miracula visus.
Cur pia tam sancto munere lingua vacat?
Nimirum veteri posita esse silentia legi,
Hoc signum, & vitæ semina tacta nouæ.

Cosmæ & Damiano.

Imbuite hunc animum ignauum cælestia fratres.
Consilia: vt mentem plenius aquet opus.

Præsidium

Præsidium vestro geminum de numine fulsit:
Quippe dabat terram dextera, lingua Polum.

Lazaro.

Quis potuit stupidas fatorum soluere leges?
Quis lucis reduci lumine iura dedit?
Unde venis misera repetens incendia vitæ?
Siccine monstra tibi deteriora placent?
Anne alijs potius, quam tu tibi, Diue renixti?
Ut fierit duris gloria nota Dei?
Narra illis tetrici pœnas quas videris Horci.
Quo duce scire queant viuere, scire mori.
At mihi sint satis hæc, Dominus qua dixerit olim,
Et visu potior sit mihi sola Fides.

Matthæum Dominus alloquitur.

Linque feris, venient quæ post nos Monstra, Telone.
Quæ tardant cursum pondera dira tuum.
Quid pro captiua pallenti fulgure massa
Non aget inuerso nomine turba nocens?
Unus quin nunc incipiet me vendere vestrum.
Quis post hac faciat, [illegible] erit.

Theodoro equiti & mart.

Prima fuit propter mortales gloria turmas:
Mox cum cælesti miliste miles eras.
Quique tuis nunquam cecidisset flammeus armis,
Ecce Draco duplici numine victus obit.
Turpia Crux inter mutilæ dispendia vitæ
Est consolatrix, quæ fuit ante minax.
Sæpe tuis Cius magna est victoria telis,
Nunc hostis telo maxima parta tibi.

Simeon manes alloquitur.

Gaudete o Cæli proceres, gens lecta futuri
Hac Regis tetigi pectora sancta manu.

Hac expectati tetigi pia pectora Regis.
Tempora erunt nostra quantulacunq; mora.
Serior & votis, & magnis serior ausis
Mors dedit ingratos lenta videre Dies.
Sancte veni: quenq; in nostras accepimus vlnas,
Amplexus capiant brachia nostra tuos.

Iulio Matt.

O cuius capio diuini nominis aurum,
Diuini o imiter fortia facta viri.
Et quam mundano defendi crimine vitam,
Pro Cælo, delens crimina fœda, luam.

Sebastianus.

Dic Zoe: eloquere insana data munera turbæ:
An donum acceptum lingua soluta silet?
Quis dedit vt quæ non poterat mortalia, possit
Nunc facile, & numero cælica verba loqui?
Dico Tranquillime pater, dic Martia mater:
Cur contra, ac dudum, pectora vestra fremunt?
Dicite vulnifica malesobria tela saguta,
Irrita cur vitent vulnera vestra necem?
Ah potius tellus, pelagus, cælum, omnia: quando
Nunc parent Domino cuncta elementa suo.

Cyprianus.

En optata tibi Iustina pectora: quid stas?
En audet votis cedere Virgo tuis.
Verum adduc tecum comitem, qui pectora mutet.
Stant etenim inuicta non temerata fide.
Heu fuge mendacis promissa proterua Tyranni.
Si tu illum capies, te tua Virgo capit.

Proculus proconsulem alloquitur.

Quid me sane tuis indignum despicis armis?
Hic, quemuis alys pellere, Christus adest.

Rursi.

Rusticus, & firmus vitæ cœlestis amore
Ense tuo sacram sanguine tinxit humum.
Me quoque junge illis: aut si dimiseris: isto
Fiet iudicio noxia dextra tua.

Nicolao Pataræo.

Qualis ab imbrifero damnatus tempore pastor,
Agricola, aut pastor nescit abire casa:
Ecce autem Eoo stipatus lumine Titan
Discutit, hiemes, restituitque diem.
Obscœna paupertatis sic turbine fractus
Mittere vult natas sub iuga fœda parens,
Sol oreris: Sol cuius amor potis edere lucem est.
Et prohibes patrias conscelerare manus.
Ergo etiam dubias Nautis sulcantibus undas
Sancte salutari numine sidus ades.
Des mihi perpetuis tranquillam nominis umbram:
Exiliique hiemem, flabraque dira fuges.

Nicolao Tollent.

Tanta ferunt de te, rerumque frequentia tanta est:
Multorum vt potius facta fuisse reor.
O commune mihi tecum sit limite iuncto
Mortales superis continuasse dies.

Sabas.

Integra quæ spectas post mortem corporis ora
Nulla vetustatis signa dedere suæ.
Quæ æternum semper cecinerunt feruida Patrem,
Vel semper, vel sunt digna manere diu.
Non nunc incipiunt Naturæ frangere vires:
Nam sicco pluuias elicuere ioue.
In rapidos etiam ingressus non nescius ignes
Rettulit illæsa lintea tota manu.
Duplex iudicium: humoris, flammæque futura.
Paret aqua: iusso flamma retusa gelu est.

Nasario

Nezario & Celso.

Quid dubitas sanctæ placitis hærere Parentis?
Linque Patrem, nam seſe ipse relinquit item,
Quique suum te, & votorum vult esse suorum,
Olim erit vnanimis, cum voles esse tuus.
At tu diuina tanti sub voce Magistri
Desine iam factis, & puer esse fide.
Atque viam Cæli mihi commonstrate: Deoque
Vt placeam, incipiam nolle placere mihi.

Matthiæ.

Qui terra fueram grauis, intolerabilis, acer,
Asperior colubris, asperiorque lupis,
Me nondum licet illa tegat, nec condere curet:
Est tamen, o miserum me, mihi terra grauis.
Carnum ego vt asseruem? fastus vt mirer inanes?
Ridiculique orbis perdita Regna petam?
Cum spernentem orbis video promissa profani:
Atque pati, mundi ne patiare luem?
Tene etiam illæsum metuerunt dira venena?
Nec cæcus cæcos posse videre facis?
O mi impone manum, atque aperi mea lumina, dico
Ne peream potu cæcus ab ipse meo.

Marco.

Ne peccet, secat ancipitem sibi corporis vsum,
Qui mutilo aggreditur cælica regna pede.
At tibi qui iussit digitorum parte carere:
Ne faceres opus id, quod scelus omne fugat?
Sancta verecundo pietas hic imperat ore:
Illic magnanimo pressa timore iubet.
Quid faciam, male ne faciam? vis mista pudori est.
Si bene ne facias, te facis esse malę.

Lupo

Lupo.

Multa tibi a superum concessa piacula Rege:
Vt sieres meritis grandior ipse tuis.
Impertire mihi magna hæc miracula rerum:
Et statue ignauo robora prisca pedi.
Veras Cæli diuitias sine fine beatas:
Quas quanto plus des, plus scatet inde tibi.

Isaiæ.

Vos Cælo delapsa cohors sermonis amœni,
Candida sidereo verba referta sono,
O implete meas teneris accentibus aures,
Vnde feram puro pectora plena Deo.
Teq; per hæc spectem summi patris vnica proles:
Osculer ingrata vulnera facta manu.
Dem gemitus, onerem crebris singultibus auras:
Vt vera e lacrymis otia lætus agam.
Ah catuli infames, genuit quos rupibus horrens
Caucasus, atque æstu vipera facta nocens.
Ten' Regi præferre tuo peregrina Tyranni
Sceptra cruentisoni te fera iussa Lupi?
Nec responsa Dei, nec te promissa retardant:
Nec tangit facilis plumbea corda pudor?
At non nunc primum Domino abs te iniuria facta est:
Iampridem excussus mente, manuque tua est.
Quin etiam tibi qui cecinit tam vera, resectus
Ille tibi mortis morte reliquit onus.
Perfide tam poteras sceleratam ducere vitam?
Vtque tuos luceres, non meminisse tui?

Bassus Episc. & Mart.

Supplicium sine peccato, noua pœna vetusta
Virtuti, insontem spernere tela docent.
Quid corpus laceras? animus viget integer. hunc vis
Perdere si nequeat: me quoque nulla potest.

Serena

Sereno Abbati.

Olim qui ſteriles habitaſti ſolus arenas,
Cœlicolum denſis vt fruerere choris:
Feciſtique humilem, quo celſis altior eſſes:
Quique virum exueras, efficerere puer:
Regnum excuſſiſti, vt ſeruilia vincula rumpas:
Quique homine exieras, ingrederere Deum.

Benedictus.

Pura fides, ſpes firma, animus tam plenus amoris:
Vt ſibi de patrijs nil retineret aquis.
Hæc ſunt munimenta viæ, qua ducit ad aſtra.
Vtque aliquid faciat te, docet eſſe nihil.

Iouino Mart.

Qui rabida hoſtilem ſitiebam mente cruorem:
Cui mentis fuerat fœda miniſtra manus:
Fœda manus, ſceuique pedes, dira omnia, dirus
Ardor, inexpletus ſanguinis, atque necis:
Cuncta pius Dominus torquet nunc vindice pœna:
Raptus vt hinc vſus ſit vetus ille mei.
Quod tu per clarum, calcas quod limen, olympi:
Emendes precibus magne Iouine tuis.
Hoc mihi tu facies: alios ego velle docere
Inſtituam, & tantam dicere poſſes opem.

Fauſtino & Iouitæ Martt.

Conſtantes ſocij, ſpreto quos carcere terra
Perpetuus Ieſu nomine vinxit amor:
Me quoque participem componat luminis alti,
Qui tribuit nobis eſſe, quod eſſe velim.

Bartholomæo.

Dulces exuuiæ, varique exempla furoris:
Dignaque, quod fecit turba nefanda, malo:
O triplicem trino ſuperum pro Rege triumphum:
Crux, corium abſtractum, tertia pœna caput.

Nunc tibi nobilitas vero splendore refulget:
Nuncque scies, qui te nunc quoq; maior erit.
O vtinam talis mihi purpura contegat artus.
Det modo cælestis fortia corda Pater.

Dominico.

Splendida stellifero Cælo delapsa columna,
Quæ bene fulcires aurea tecta Dei:
Cerno tuis scriptis victas concedere flammas:
Flumina item scriptis cedere victa tuis.
Ignota Dominus reserat commercia lingua:
Atque tuis cunctas subijcit orbis opes.
Tene etiam, te vendendum Vir magne dedisti:
Vt captus, precio liber, abire queat?
Ah plus est, præstare bonum, quam dicere, Iesum.
Namque animant dubiam facta serena fidem.

Vitus.

Surge Pater, tibi lumen adest, sed lumen Olympi:
Ecce tibi in Christi nomine visus adest.
Abstulerant, reddit. Sed mentis turbidus error
Nunc cæcum, vt luscum fecerat, esse facit.
Nec me cædendum tradas miserande Modesto:
Nam constans puras abstinet ille manus.
Ille meo exemplo, domino monstrante, sequutus
Cædendum potius se dabit ipse tibi.

Germano Parisiens. & Germano Capuano Episcopis.

Magna paro modicis audax intexere chartis.
Mene referre duos? plus satis vnus erat.
Ille ingens meritis, præuiso & limite vitæ.
Me Caßignati hic luce stupere facit.
Saluete o Proceres nitidißima lumina Cæli.
Tuque tuos serua, tuque tuere tuos.

Barsabæ.

Barſabæ.

Te vitæ integritas, cœleſtisq; ardor amoris
Ad ſortis dubiæ conſtituere notam.
At te animus humilis, te mentis candor amicæ
Fecere electo, ſorte negante, parem.
Horum maius utrum? recipi meruiſſe? vel ipſum
Credere, tam magnum non meruiſſe bonum?

Fantino.

Tune prius, quam prodires in lucis oras,
Sanctum accepiſti nomen ab ore Dei?
Ille patris verbum eſt: huius tu magna profatus
Subuertiſti hoſtis verbera, tela, dolos.
Tune etiam primo poſſes cum tempore fari
(Spiritus, haud dubito, cœlitus ille venit)
Rapiſti tenera matura ſilentia vita
Nomine, quod ſolum terra, mare, aſtra colunt?
Quo teneris molles rident concentibus aurę,
Seq; Poli placido turbine mulcet iter.
Huc rape me, qui magna potes ſub nomine Ieſu:
Et precibus facilem da mihi Diue tuis.

Eutropius Epiſcop. & Mart.

Si quem ſceptrigeri lactauit purpura Mundi:
Me quoq; ſic potuit fallere luce ſua.
Humanam ſi inflare valet ſapientia mentem:
Diſrumpar ſtudijs turgidus ergo meis.
Ecce paro varium luſtrare licentius orbem:
Gliſcit ſtultitiæ gloria miſta leui.
Vnus obex ſeſe oppoſuit furialibus vndis:
Solus fluctiuago reſtitit ille ſalo.
Nullo pene, Deus ſaturas qui millia, victu;
Nate Deo ſaturans millia multa viru.
Regna Patris linquo, vt videam te maxime rerum:
O facies oculis ſola videnda meis.

Quæque meis humeris tenebrarum lucet imago,
Stragula calcandum regia sternet iter:
Tunc etiam moreris? Vos, vos, turba impia. Nulla
Credideram aduersis fata valere Deum.
Ergo etiam exurgens repetes pia tempora vitæ:
Et tecum tolles omnia, pressa leuans.
Meque dabis victa contemnere præmia mortis:
Viuereque hoc, fera quo turba perire putat.

Eusebio Monacho Hieronymi discipulo.

Exue nunc iterum rigida velamina setæ:
Atque impone oculis pectoribusque meis.
Vt miser euigilem, & peccati a morte resurgam:
Et tecum Cæli regia castra petam.
O rarum, o mirum: peruersa crimina linguæ
Cum re, non verbo tollere posse datum est.
Ah nunc tempus erat tantis te accingere telis:
Cum res dissidys dilacerata ruit
Deletus Deus ex animis: nihil vndique sanum est.
His aurum lex est: his sua iura furor.
Magna sonant: faciunt contra, furor omnia versat.
Quos fugiam video: non video, quid agam?

Iustinus Presb. & Mart.

O Socy, meliore istud mutabimus aurum.
Hoc iter ætheriam pandit ad astra viam.
Thesauris inhiant, verum his terrestribus. Atqui
Nobis terrestres annumerantur opes.
Inuenient, quem non quarent: si quærere nolint,
Quem nunc inuenient: nec sibi firma parant.
Nil nobis adimunt: non iuris munera nostri hæc.
Hoc abeunte ipsis, non tamen ille venit.

Cernatur diræ numerosa frequentia pœnæ:
Constantem excutiunt horrida tela fidem.
Summisere genu, cerrant amplexibus arctis:
At quæ aliter faciunt, pœnitet esse feras.
Progs ipso trunco Calorum militat omnis
Curia, fulmineis fulgura cincta minis:
Et tumuli extinctum qui susit honore carere,
Mox tumulus viuus vermibus ipse fuit.

Marinus Dalmata.

Quem nulla excisi lassarunt pondera montis,
Securum exterrent tartara nulla virum.
Nequicquam metuendarum genus omne ferarum
In rabiem contra me vetus hostis agis.
Dire etiam nequicquam onerum socium Vrse voraſti:
Sarcina nunc humero debita tota tuo est.
Vos alij fugite hinc, quotquot timor vrget inanis:
Qui Cælum sequitur, tela pauere nequit.

Leonardo.

Mitior & teneris agnis, & mitior aura,
Qua ieuis æstiuum ventilat hora diem.
Si verum est (nam credo libens) quod vincula diri
Carceris, officium est, rumpere dura, tuum:
Odi animos, vulgi damnatu vota profani:
Et timeo semper, quod volet esse, malum.
Hinc abeam: absterget pedorem carceris huius:
Et vitæ mortis soluere vincla velis.
Illa quidem arridens falso blanditur amore:
Ante oculos absens sed mihi Christus adest.

Iacobus interciſus.

Carnificis petit atra manus iam lassa quietem,
Nec satura est diri mens furiosa canis.
Ars silet: innumerum coijt iam vulnus in vnum:
Iam nullum in toto corpore corpus erit.

Mane

Mille noua feritate mihi: sic mittis ad astra.
Non poteram salua scandere mole Polum.

Seuerinus Boethius.

Diuinæ enumeres ingentia semina mentis:
Dotibus accedant curia, lingua, lares.
Haud satis est: appone Polum. pars esse Boethi
Cœperit: at nondum munera tota capis.

Hilariis tribus martt.

Te, quem terra tulit, sorteis quæ prospicit Hystros:
Cuius ope ingentis Herculis ara iacet:
Et te, quem furor extinxit Sedunius: & te,
Quo cæso rubras Ostia sensit aquas:
Treis veneror trini magno sub nomine Regis:
Sicque mihi, tenebris Regna negata peto.
Dura via est, sed quæ domini molliscat amore:
Nam quod non, sancto sanguine strauit iter?
Ille hebetes acies faciet: immitia ferri
Vulnera perrigils sopiet arcta fide.
Quid moror? aut Cæli quæ spes inimica moratur?
Quæ me decipiat mens stupefacta malis?
Fundere qui merui iusto sub iudice vitam:
Fundere pro iusto iudice monstra vetent?

Ferreolus & Ferrutius martt.

Corpora quid laceras? non hic iacet, impie, Iesus.
Si nequeas animo vellere, stulte quid es?
Si Christum præcisa canit non murmure lingua:
Hic intus quanta mole sedere putas?

Mauritio & Sacrosanctæ Legioni.

Quis mihi det numeros diuinos carminis alti?
Quæ tuba vestrati magna futura tubæ est?
Vnde venis gens inuicta instructa manipulis?
Quo geris intrepido Martia signa pede?

Antonio Patauino
Bonaucntura loquitur.

O, vbi nunc rigidi, Mors, eſt victoria telis?
Et tanquam ſpirans integra lingua viget.
Quæ nunquam Domini liquiſti candida verbum:
Te nunquam voluit linquere: ſemper eris.

Thomæ Didymo.

En ego ſum: duro contra quid pectore perſtas?
Si non vis mentem mittere, mitte manum.
Ecce videns, oculis credis mortalibus. At, qui
Hæc non viderunt, ſpiritus eſſe facit.

Bernardo.

Qui, tantus fueras ſine præceptore Magiſter?
Quiſve tibi ingenij ſemina tanta dedit?
Prodigium (alo gratum, mirabile terris:
Et maior tota, gloria tota, fide
Ecce vides oculis, tacita quam mente videbas:
Atque capis linguæ præmia certa tuæ.
Illa tibi Natı populum, ſanctumque Senatum:
O vtinam noſtrum ſic tibi ſignet iter.
O Virgo: a mihi poſt Dominum ſpes vnica Ieſum:
Qua te Bernardus, hac ego mente colo.
Cui nunquam attonito ſaturantur lumina viſu:
Vſque oculos tua ſic paſcat imago meos.
Cui nullo tenuis laſſatur carmine lingua:
Illa tua laudi tam ſibi viſa rudis.
Aſpice nos, quocunque tegit me nomine Calum:
Et ſordes, natı ſanguine, terge meas.

Iuliano hoſpiti.

Si decuit miſeros abſentem quærere mortem
Et cadere ignara, quam peperere, manu:
Quid fugis inſtantis duriſſima crimina fati?
Vis te indefeſſis torua ſequetur equis.

Si tu hoc ipse facis: cur nolens feceris? At si
Hoc faciunt, subeant noxia fata necem.

Hieremias.

Cum flerem Solymæ mortalia fata caducæ:
Ad flendum certa sede fuere locæ.
Aſt vbi nunc sedeam? nomen hæc sunt funera noſtra?
Extremumve dies vltimus ante diem?
Quomodo lecta Patri, meretrix euadere Virgo?
Et non sollicitant perdita monſtra Deum?
Quis tibi carnifici fœdiſſima vulnera dextræ?
Hoſtis? an infami tetrior hoſpes apro?
Ne repete, Oceani genitor diffundere fluctus.
Vltricis flammæ hos altera Regna manent.

Ioannes Eleemoſynarius.

Cætera, quæ cupido fulgentia nomina Mundo
Inſtituunt tituli flore parare decus,
Tantum ſidereo cedant vnius honori,
Quantum alto terra diſtat ab axe globus.
Hoc tibi ſic totum eſt, alys partirier. Heu nos
Totum accepiſſe, & reddere velle nihil?

Origeni.

Quid tibi ſancte deeſt, alius quod habere ſuperbit?
De te vno, aſt humili, ſumere cuncta licet.
Corporis exilio creuit lux feruida mentis:
Vtq; tuus ſis, te non ſinis eſſe tuum.
O diuina manus, partem quæ corporis aufert:
Tota ſuo vt ſiat mens magis apta Deo.
O diuina manus, quæ tantâ & talia fudit:
Liberet vt Chriſti ſæcula ſancta manu.
Quid mihi depoſcam? regalia corpora? Iam mi
O iam mi, vt fierem (ſit ſatis) iſta manus.

Andreas præfectum alloquitur.

Infelix, tua vox frustra me territat armis.
Si poscam, haud cedent arma superna tuis.
Quod peto, promittis demens: minitare, quodopto.
Ah demens, laudem qui minitere Crucis.
Ergo ex hac propius spectabo limen Olympi:
Terreboque fera spicula dira neci.
O salue optatum, o solum sine crimine lignum:
Maxima quod Cæli victima fecit iter.
Quique olim nostros meditans spirabit amores,
Flammatum in Iesu fer super astra virum.

Christophoro.

Quid quæris, quod vbiq; orbi dominatur aperto?
Se tamen haud oculis subtrahet ille tuis.
Iam Natura tibi cedit verso ordine rerum.
Vt fias leuior, sarcina tanta datur.

Philippo.

Quo nullis Romana manus penetrauerat armis,
Immensi illa manus emula dura Dei.
Victrices Persa quo duxerat ipse cateruas:
Vt daret insanæ seq; suoq; neci:
Tu penetras, victorq; sedes: positoq; Trophæo
Ignotis armis effera monstra domas.
Hoc distant terrena Polo, cælestia terris.
Nuda, qua nequeant tela, parare manu.

Zachariæ.

Pande nouis diuine senex miracula vsus.
Cur pia tam sancto munere lingua vacat?
Nimirum veteri posita esse silentia legi,
Hoc signum, & vitæ semina tacta nouæ.

Cosmæ & Damiano.

Imbuite hunc animum ignauum cælestia fratrum
Consilia: vt mentem plenius æquet opus.

Præsidium

Præsidium vestro geminum de numine fulsit:
Quippe dabat terram dextera, lingua Polum.

Lazaro.

Quis potuit stupidas factorum soluere leges?
Quis lucis reduci lumine iura dedit?
Unde venis misera repetens incendia vitæ?
Siccine monstra tibi deteriora placent?
Anne alijs potius, quam tu tibi, Diue renixti?
Ut fierit duris gloria nota Dei?
Narra illis tetrici pœnas quas videris Horci.
Quo duce scire queant viuere, scire mori.
At mihi sint satis hæc, Dominus qua dixerit olim,
Et visu potior sit mihi sola Fides.

Matthæum Dominus alloquitur.

Linque feris, venient quæ post nos Monstra, Telone.
Quæ tardant cursum pondera dira tuum.
Quid pro captiuæ pallenti fulgure massæ
Non aget inuerso nomine turba nocens?
Unus quin nunc incipiet me vendere vestrum.
Quis posthac faciat, [illegible] erit.

Theodoro equiti & mart.

Prima fuit propter mortales gloria turmas:
Mox cum cælesti milite miles eras.
Quique tuis nunquam cecidisset flammeus armis,
ecce Draco duplici numine victus obit.
Turpia Crux inter mutila dispendia vitæ
Est consolatrix, quæ fuit ante minax.
Sæpe tuis Ciuis magna est victoria telis,
Nunc hostis telo maxima parta tibi.

Simeon manes alloquitur.

Gaudete o Cæli proceres, gens lecta futuri
Hac Regis tetigi pectora sancta manu.

Hac expectati tetigi pia pectora Regis.
Tempora erunt nostra quantulacunq; mora.
Serior & votis, & magnis serior ausis
Mors dedit ingratos lenta videre Dies.
Sancte veni: quenq; in nostras accepimus vlnas,
Amplexus capiant brachia nostra tuos.

Iulio Mart.

O cuius capio diuini nominis augurium,
Diuino imiter fortia facta viri.
Et quam mundano defendi crimine vitam,
Pro Cælo, delens crimina fœda, luam.

Sebastianus.

Dic Zoe: eloquere insana data munera turbæ;
An donum acceptum lingua soluta silet?
Quis dedit vt quæ non poterat mortalia, possit
Nunc facile, & numero cælica verba loqui?
Dico Tranquillus pater, dic Martia mater:
Cur contra, ac dudum, pectora vestra fremunt?
Dicite vulnificæ malesobria tela sagittæ,
Irrita cur vitent vulnerà vestra necem?
Ah potius tellus, pelagus, cælum, omnia: quando
Nunc parent Domino cuncta elementa suo.

Cypriano.

En optata tibi Iustine pectora: quid stas?
En audet votis cedere Virgo tuis.
Verum adduc tecum comitem, qui pectora mutet.
Stant etenim inuicta non temerata fide.
Heu fuge mendacis promissa proterua Tyranni.
Si tu illum capies, te tua Virgo capit.

Proculus proconsulem alloquitur.

Quid me sæne tuis indignum despicis armis?
Hic, quem nuis alys pellere, Christus adest.

Rursus

Rusticus, & firmus vitæ cælestis amore
Ense tuo sacram sanguine tinxit humum.
Me quoque iunge illis: aut si dimiseris: isto
Fiet iudicio noxia dextra tua.

Nicolao Pataræo.

Qualis ab imbrifero damnatus tempore pastor,
Agricola, aut pastor nescit abire casa:
Ecce autem Eoo stipatus lumine Titan
Discutit hiemes, restituitque diem.
Obscœnæ paupertatis sic turbine fractus
Mittere vult natas sub iuga fœda parens.
Sol oreris: Sol cuius amor potis edere lucem est.
Et prohibes patrias conscelerare manus.
Ergo etiam dubias Nautis sulcantibus undas
Sancte salutari numine sidus ades.
Des mihi perpetuis tranquillam nominis umbram:
Exiliique hiemem, flabraque dira fuges.

Nicolao Tollent.

Tanta ferunt de te, rerumque frequentia tanta est:
Multorum ut potius facta fuisse reor.
O commune mihi tecum sit limite iuncto
Mortales superis continuasse dies.

Sabas.

Integra quæ spectas post mortem corporis ora
Nulla vetustatis signa dedere suæ.
Quæ æternum semper cecinerunt feruida Patrem,
Vel semper, vel sunt digna manere diu.
Non nunc incipiunt Naturæ frangere vires:
Nam sicco pluuias elicuere Ioue.
Intrepidos etiam ingressus non nescius ignes
Retulit illæsa linteæ tota manu.
Duplex iudicium: humoris, flammæque futura.
Paret aqua: iusso flamma retusa gelu est.

Nasario

Nezario & Celso.

Quid dubitas sanctæ placitis hærere Parentis?
Linque Patrem, nam sese ipse reliquit item,
Quique suum te, & votorum vult esse suorum,
Olim erit vnanimis, cum voleret esse tuus.
At tu diuina tanti sub voce Magistri
Desine iam factis, & puer esse fide.
Atque viam Cœli mihi commonstrate: Deoque
Vt placeam, incipiam nolle placere mihi.

Matthiæ.

Qui terra fueram grauis, intolerabilis, acer,
Asperior colubris, asperiorque lupis,
Me nondum licet illa tegat, nec condere curet:
Est tamen, o miserum me, mihi terra grauis.
Cœnum ego vt asseruem? fastus vt mirer inanes?
Ridiculique orbis perdita Regna petam?
Cum spernentem orbis video promissa profani:
Atque pati, mundi ne patiare luem?
Tene etiam illæsum metuerunt dira venena?
Nec cæcus cæcos posse videre facis?
O mi impone manum, atque aperi mea lumina, dixo
Ne peream potu cæcus ab ipse meo.

Marco.

Ne peccet, secat ancipitem sibi corporis vsum,
Qui mutilo aggreditur cœlica regna pede.
At tibi qui iussit digitorum parte carere:
Ne faceres opus id, quod scelus omne fugat?
Sancta verecundo pietas hic imperat ore:
Illic magnanimo pressa timore iubet.
Quid faciam, male ne faciam? vis mista pudori est.
Si bene ne facias, te facis esse male.

Lupo

Lupo.

Multa tibi a superum concessa piacula Rege:
Vt fieres meritis grandior ipse tuis.
Impertire mihi magna hæc miracula rerum:
Et statue ignauo robora prisca pedi.
Veras Cœli diuitias sine fine beatas:
Quas quanto plus des, plus scatet inde tibi.

Isaiæ.

Vos Cœlo delapsa cohors sermonis amœni,
Candida sidereo verba referta sono,
O implete meas teneris accentibus aures,
Vnde feram puro pectora plena Deo.
Teq; per hæc spectem summi patris vnica proles:
Osculer ingrata vulnera facta manu.
Dem gemitus, onerem crebris singultibus auras:
Vt vera e lacrymis otia lætus agam.
Ah catuli infames, genuit quos rupibus horrens
Caucasus, atque æstu vipera facta nocens.
Ten' Regi præferre tuo peregrina Tyranni
Sceptra cruentisoni te fera iussa Lupi?
Nec responsa Dei, nec te promissa retardant:
Nec tangit facilis plumbea corda pudor?
At non nunc primum Domino abs te iniuria facta est:
Iampridem excussus mente, manuque tua est.
Quin etiam tibi qui cecinit tam vera, resectus
Ille tibi mortis morte reliquit onus.
Perfide tam poteras sceleratam ducere vitam?
Vtque tuos luceres, non meminisse tui?

Bassus Episc. & Mart.

Supplicium sine peccato, noua pœna vetusta
Virtuti, insontem spernere tela docent.
Quid corpus laceras? animus viget integer. hunc vis
Perdere si nequeas: me quoque nulla potest.

Serenus

Sereno Abbati.

Olim qui ſteriles habitaſti ſolus arenas,
Celicolum denſis vt fruerere choris:
Feciſtique humilem, quo cælſis altior eſſes:
Quique virum exueras, efficerere puer:
Regnum excuſſiſti, vt ſeruilia vincula rumpas:
Quique homine exieras, ingrederere Deum.

Benedictus.

Pura fides, ſpes firma, animus tam plenus amoris:
Vt ſibi de patriis nil retineret aquis.
Hæc ſunt munimenta viæ, quæ ducit ad aſtra.
Vtque aliquid faciat te, docet eſſe nihil.

Iouino Mart.

Qui rabida hoſtilem ſitiebammente cruorem:
Cui mentis fuerat fœda miniſtra manus:
Fœda manus, ſceuique pedes, dira omnia, dirus
Ardor, inexpletus ſanguinis, atque necis:
Cuncta pius Dominus torquet nunc vindice pœna:
Raptus vt hinc vſus ſit vetus ille mei.
Quod tu per clarum, calcas quod limen, olympi:
Emendes precibus magne Iouine tuis.
Hoc mihi tu facies: alios ego velle docere
Inſtitutam, & tantam dicere ſoſſes opem.

Fauſtino & Iouitæ Martt.

Conſtantes ſocij, ſpreto quos carcere terra
Perpetuus Ieſu nomine vinxit amor:
Me quoque participem componat luminis alti,
Qui tribuit nobis eſſe, quod eſſe velim.

Bartholomæo.

Dulces exuuiæ, rarique exempla furoris:
Dignaque, quod fecit turba nefanda, malo:
O triplicem trino ſuperum pro Rege triumphum:
Crux, corium abſtractum, tertia pœna caput.

Nunc tibi nobilitas vero splendore refulget:
Nuncque scies, qui te nunc quoq; maior erit.
O vtinam talis mihi purpura contegat artus.
Det modo cœlestis fortia corda Pater.

Dominico.

Splendida stellifero Cælo delapsa columna,
Quæ bene fulcires aurea tecta Dei:
Cerno tuis scriptis victas concedere flammas:
Flumina item scriptis cedere victa tuis.
Ignota Dominus referat commercia lingua:
Atque tuis cunctas subjicit orbis opes.
Tene etiam, te vendendum Vir magne dedisti:
Vt captus, precio liber, abire queat?
Ah plus est, præstare bonum, quam dicere, Iesum.
Namque animant dubiam facta serena fidem.

Vitus.

Surge Pater, tibi lumen adest, sed lumen Olympi:
Ecce tibi in Christi nomine visus adest.
Abstulerant, reddit. Sed mentis turbidus error
Nunc cæcum, vt luscum fecerat, esse facit.
Nec me cedendum tradas miserande Modesto:
Nam constans puras abstinet ille manus.
Ille meo exemplo, domino monstrante, sequutus
Cedendum potius se dabit ipse tibi.

Germano Parisiens. & Germano Capuano Episcopis.

Magna paro modicis audax intexere chartis.
Mene referre duos? plus satis vnus erat.
Ille ingens meritis, præuiso & limite vitæ.
Me Cæsignati hic luce stupere facit.
Saluete o Proceres nitidissima lumina Cæli.
Teque tuos serua, tuque tuere tuos.

Barsabæ.

Barſabæ.

Te vita integritas, cœleſtisq; ardor amoris
Ad ſortis dubiæ conſtituere notas.
At te animus humilis, te mentis candor amicæ
Fecere electo, ſorte negante, parem.
Horum maius utrum? recipi meruiſſe? vel ipſum
Credere, tam magnum non meruiſſe bonum?

Fantino.

Tunc prius, quam prodires in luminis oras,
Sanctum accepiſti nomen ab ore Dei?
Ille patris verbum eſt: huius tu magna profatus
Subuertiſti hoſtis verbera, tela, dolos.
Tunc etiam primo poſſes cum tempore fari
(Spiritus, haud dubito, cœlitus ille venit)
Rapiſti teneræ matura ſilentia vitæ
Nomine, quod ſolum terra, mare, aſtra colunt?
Quo teneris molles rident concentibus auræ,
Seq; Poli placido turbine mulcet iter.
Huc rape me, qui magna potes ſub nomine Ieſu:
Et precibus facilem da mihi Diue tuis.

Eutropius Epiſcop. & Mart.

Si quem ſceptrigeri lactauit purpura Mundi:
Me quoq; ſic potuit fallere luce ſua.
Humanam ſi inflare valet ſapientia mentem:
Diſrumpar ſtudijs turgidus ergo meis.
Ecce paro varium luſtrare licentius orbem:
Gliſcit ſtultitiæ gloria miſta leui.
Vnus obex ſeſe oppoſuit furialibus vndis:
Solus fluctiuago reſtitit ille ſalo.
Nullo pene, Deus ſaturas qui millia, victu,
Nate Deo ſaturans millia multa viru
Regna Patris linquo, vt videam te maxime rerum:
O facies oculis ſola videnda meis.

Quæ

Quæque meis humeris tenebrarum lucet imago,
Stragula calcandum regia sternet iter:
Tunc etiam moreris? Vos, vos, turba impia. Nulla
Crediderat aduersus fata valere Deum.
Ergo etiam exurgens repetes pia tempora vitæ:
Et tecum tolles omnia, pressa leuans.
Meque dabis victæ contemnere præla mortis:
Viuereque hoc, fera quo turba perire putat.

Eusebio Monacho Hieronymi discipulo.

Exue nunc iterum rigida velamina setæ:
Atque impone oculis pectoribusque meis.
Vt miser euigilem, & peccati a morte resurgam:
Et tecum Cæli regia castra petam.
O rarum, o mirum: peruersa crimina linguæ
Cum re, non verbo tollere posse datum est.
Ah nunc tempus erat tantis te accingere telis:
Cum res diffidys dilacerata ruit
Deletus Deus ex animis: nihil vndique sanum est.
His aurum lex est: his sua iura furor.
Magna sonant: faciunt contra, furor omnia versat.
Quos fugiam video: non video, quid agam?

Iustinus Presb. & Mart.

O Socy, meliore istud mutabimus aurum.
Hoc iter ætheriam pandit ad astra viam.
Thesauris inhiant, verum his terrestribus. Atqui
Nobis terrestres annumerantur opes.
Inuenient, quem non quærent: si quærere nolint,
Quem nunc inuenient: nec sibi firma parant.
Nil nobis adimunt: non iuris munera nostri hæc.
Hoc abeunte ipsis, non tamen ille venit.

Gabrieli, Michaeli, Raphaeli, cæterisq; & Genio suo.

Sancta Patris summi fertis qui iussa per auras,
Ocyor ignicomo fulmine lecta cohors:
Te aeternæ ante alios inuicta potentia dextræ:
Prima tuo siquidem fluxit ab ore salus.
Te quoque placato veneror bellator Olympo,
Qui loca migrantem pellis ad ima gregem.
Et te, cuius opem miseris mortalibus ægris
Sidera facilè mittit ab arce Pater.
Quaque aliæ ignigenæ non noto numine Mentes
Concretæ solo velle rotatis aquas.
Et tu, cui Dominus vero sine nomine corpus,
Commisitque animæ fanda, nefanda meæ.
Vos agnosco libens, vestri admirator amoris:
Cum sunt pulsa meæ dira pericla domo.
Salua vxor celso cecidit de culmine prægnans:
Aereque in vacuo pene pependit onus.
In mediisque infans, nullis tamen ignibus arsit
Et pluuia a cunis flammea pulsa fugit.
Quis dedit hæc, nisi Fortuna miserator acerba?
Quis fecit, nisi vos turba ministra Dei?
Ergo etiam si qua impendunt mihi forte pericla:
(Quippe aliud quidnam fors mihi dura parat?)
Aeternùm pia vestri impendentia Vatis
Pellite, namque bonum continuare, boni est.

Gamalieli.

Lingua Senis magni quonam admirabilis arte,
Quæve salutiferam fabricat arte tubam?
Quis poterit te inflare, Dei nisi spiritus acer?
Si te hic non implet, nulla datura sonum es.

Cyriacus.

Cyriacus.

Ecce ego cum Socijs fossæ damnatus arenæ,
Carceris opprobrium pro pietate tuli.
Expugno caligantis fera monstra Tyranni:
Me Romana tamen monstra dedere neci.
Gaude Roma, bonis aut pravis artibus audax,
Namq; his, atq; illis es via facta Poli.

Nathanaeli.

Maxima te solidæ, ac veræ præconia laudis
Eunctis solum iudice ferre Deo.
Nil mihi præterea exoptem. Namq; undique de te
Maius, vel maior non valet ille loqui.

Septem dormientes.

Perge pater tenera placidissime Somne quietis
Languida fessorum membra fouere virum.
Pensa tibi breuiora alias, tractusq; pusilli:
Magnum opus est, tot nunc perpetuare dies.
Nunc teipsum dormire putes: dicasq; sorori:
Abstineas atram mors violenta manum.
Pene tuo aquaui tam longo tempore Regnum:
Ipsa tui faciunt tam mea sceptra fidem.
Idem autor monet hoc, qui te meminisse iubebat:
Sub Nato victam te iacuisse suo.

Mederico Abbati.

Parua meos tua magne Pater tunica integat artus.
Sit potior sagulis, purpureisq; togis.
Lætior Etruscis, & Pontificalibus extis
Me saturet panis buccula parua tui.
Quidnam ingens valeat manuum, linguæq; potestas?
Relliquijs modicis vis vbi tanta datur?

Marinus Romanus Mart.

Si tenera vires spectas ætatis inanes:
Debuit excidij fata timere tricis.

Cernatur diræ numerosa frequentia pœnæ:
Constantem excutiunt horrida tela fidem.
Summisere genu, certant amplexibus arctis:
At quæ aliter faciunt, pœnitet esse feras.
Proq; ipso trunco Cælorum militat omnis
Curiã; fulmineis fulgura cincta minis:
Et tumuli extinctum qui iussit honore carere,
Mox tumulus viuus vermibus ipse fuit.

Marinus Dalmata.

Quem nulla excisi lassarunt pondera montis,
Securum exterrent tartara nulla virum.
Nequicquam metuendarum genus omne ferarum
In rabiem contra me vetus hostis agis.
Dire etiam nequicquam onerum socium Vrse vorasti:
Sarcina nunc humero debita tota tuo est.
Vos alij fugite hinc, quotquot timor vrget inanis:
Qui Cælum sequitur, tela pauere nequit.

Leonardo.

Mitior & teneris agnis, & mitior aura,
Qua leuis æstiuum ventilat hora diem.
Si verum est (nam credo libens) quod vincula diri
Carceris, officium est, rumpere dura, tuum:
Odi animos, vulgi damnaui vota profani:
Et timeo semper, quod volet esse, malum.
Hinc abeam: abstergas pedorem carceris huius:
Et viuæ mortis soluere vincla velis.
Illa quidem arridens falso blanditur amore:
Ante oculos absens sed mihi Christus adest.

Iacobus intercisus.

Carnificis petit atra manus iam lassa quietem,
Nec satura est diri mens furiosa canis.
Ars silet: innumerum coijt iam vulnus in vnum:
Iam nullum in toto corpore corpus erit.

Macte

Mille noua feritate mihi: sic mittis ad astra.
Non poteram salua scandere mole Polum.

Seuerinus Boethius.

Diuina enumeres ingentia semina mentis:
Datibus accedant curia, lingua, lares.
Haud satis est: appone Polum. pars esse Boethi
Cœpersit: at nondum munera tota capis.

Hilariis tribus martt.

Te, quem terra tulit, sorteis quæ prospicit Histros:
Cuius ope ingentis Herculis ara iacet:
Et te, quem furor extinxit Sedunus: & te,
Quo cæso rubras Ostia sensit aquas:
Treis veneror trini magno sub nomine Regis:
Sicque mihi, tenebris Regna negata peto.
Dura via est, sed quæ domini mollescat amore:
Nam quod non, iuncto sanguine strauit iter?
Ille hebetes acies faciet: immitia ferri
Vulnera peruigils sopiet arcta fide.
Quid moror? aut Cæli quæ spes inimica moratur?
Quæ me decipiat mens stupefacta malis?
Fundere qui merui iusto sub iudice vitam:
Fundere pro iusto iudice monstra vetent?

Ferreolus & Ferrutius martt.

Corpora quid laceras? non hic iacet, impie, Iesus.
Si nequeas animo vellere, stulte quid es?
Si Christum præcisa canit non murmure lingua:
Hic intus quanta mole sedere putas?

Mauritio & Sacrosanctæ Legioni.

Quis mihi det numeros diuinos carminis alti?
Quæ tuba vestrati magna futura tubæ est?
Vnde venis gens inuicta instructa manipliis?
Quo geris intrepido Martia signa pede?

Rara exempla hominum, rari mandata decoris.
Quis fortis poterit posse perire volens?
Dextera, quæ validum pro Roma sterneret hostem,
Cur pro se dominos deserit ipsa suos?
O vere Fortes; cadere est si vincere. siue
Est potior nulla spes temerata fide.

Cleophas.

His oculis vidi, hisce oculis: hisce auribus hausi:
Participes iterum dum facit esse sui.
Absentem nobis, tecto sibi numine præsens
Mox aperit. faciunt qualia facta fidem?
Ille etiam rerum antiquas dum euolueret oras,
A seipso in sese cuncta reposta docens
Exinuauit, & eduxit primordia Mundi,
Inque suo qualis numinis finis erat.
O Amor, o Pietas, o quæ aucti incendia cordis:
O qui ignes animis, dum loqueretur, erant.
Tu verum es Domini Verbum: te nanque loquente
Haud potuit sensus flamma latere meos.

Remigius.

Ecce autem Francis cognati munera Cæli,
Munera sceptrigeris semper habenda locis.
Perpetuo sancti capitis sis termes honore:
Ah ne aliam, quam quæ est, experiare domum.
Exigat immensos clemens Valesius annos:
Et regat inuicta Martia regna manu.
Longæuusque Pater sobolem sibi præferat auctam:
Et prælata sibi præferat illa patrem.

Gothardus.

Ascendo ad Patrem vestrum, Patremq; meorum:
Consensere nouis debita fata choris.
At tu, quæ insestans vexasti limina Templi,
Dicto in iudicium tempore rapta veni.

Metron.

Metron.

Affixi peccata cruci: quis tollere curet?
Quis? nisi qui hunc itidem fixerat illa prius?
Magne Atheſis claues capies, captaſq; lauabis.
Has vbi reddideris, tunc ego totus ero.

Iob.

Hinc tecum eſt Dominus, hinc tecum ſeruus. Amicus
Hic fouet: hic ſocias atterit hoſtis opes.
Ingens præſidium: ſed cedunt magna minori:
Tandem ut deterior vis potiore ruat.
Ignoto nimium res eſt operoſa labore:
Si quateris, quo mox firmior eſſe queas.

Pacomio Abbati.

A te principium, quod nunquam deſinet: ergo
Sint ſimiles, qui non deſinere eſſe volent.
Pars tamen, heu, cum præceptis loca ſacra reliquit.
Et quæ non: ſtudet hæc viuere penis adhuc.

Simoni & Iudæ Abagarus loquitur.

Quid video? quod ſperaui. quid ſpero? quod ex hac
Vita ima excelſæ ſtant monumenta viæ.
A me abeo, & linquo ſtolidis commenta profanis:
Et ſio plenus numine verus homo.
Quos non turba dolos, quæ non incendia Plebis
Suſcitat? & cæco Marte cruenta ruit?
Quid tamen hoc? ſi fruſtra aliis tormenta minantur,
Qua ſeipſos pigeat deinde videre pati?
Non ceſſere tamen. miſeranda oprima proteruis,
Neſcire: o peior diſcere nolle Deum.

Pantaleon mart.

Si verum eſt, quod mi Hermolcos modo dixerat: audis
Quem colit: & puero ſemina redde tui.
Audiſti? & mortis redit vigor obſitus vmbra.
Ergo mihi ex teipſo ſemina reſide mei.

Est sapiens medicina alios curare: sed ipsi
Esse sibi auxilio, iam medicina Dei est.

Apollinaris Episc. & mart.

Concedent Domino vanis simulacra figuris:
Terraq; sub Cali pondere victa ruet.
Stulte etiam flammis strepitum minitaris inanem.
Me maiore ignis vrit amore potens:
En cano perpetui sitientibus inclyta rivi
Agmina: frustra igitur sic minitaris aquas.
Quo me trudis? in exilio non exulo. Nanq;
In quo sum, totum, totius & omne manet.

Nicodemo.

Tune mones monitorem? ah quid fugere illa docebas?
Queis nostra est mortis tota fugata fuga?
Interea nolles Domino superesse: sed olim
Mirum erit, in Domino te superesse tibi.

Iacobum minorem Domino Ietu comparat.

Effigies similis: sanguis mortalis ab vno:
Atque immortalis spiritus vnus erat.
Huic maior: sibi enim ipse capit. minor accipit illinc:
Verum auget, quanto numine ferre potest.
Nulla famem caro, nulla sitim vindemia, nullum
Sudorem, aut oleum candida lympha leuat.
Quinetiam postquam terra, terraque redempti
Indigenis, Dominus tartara dira premit:
Quid vouit? non, inquit, ego ieiunia soluam:
Ni hic, oculus Dominum viderit ipse suum.
Ecce vides. tibi quid supereſt, niſi ſumere panem,
Quem tibi dat? tum ſic munere vtroque frui?
Quid ſupereſt, niſi ſancta ſequi veſtigia: ſancto
Nomine ſic nomen ſanctificare tuum?

Ergo

Ergo vbi iam statuit Iesum durissimus hostis.
In toto mendax orbe daturus opes,
Te statuent. par est studium, par turbinis ardor:
Namque hic ex illo sollicitatus adest.
Regna parant, modo regna neges. Ah turba nefanda!
Debuit hic solus vertere corda tua.

Phocas Episc. & mart.

Excute o vestras vlterius fulmina flammas:
Vt cedant, non vt differat hora diem.
At tu, qui domitas populos, domitaberis a me:
Inque meo mortis robore lassus eris.
Vis timidum? ne me facias tua tela timere.
Audaces acuunt ardua facta viros.

Hermagoræ Pontianus loquitur.

Vnde nouum video tam caco in carcere lumen?
Huc quando admisit nulla fenestra diem?
Discipulum Hermagoræ me pro custode reponо.
Proque vno teneas dire Sebaste duos.
O semen, cui non æstus, non obfuit imber:
Quod fouet & sterilis sordida terra loco.
Iamne vides distent quid nostra incommoda vestris?
Viuere cum possim, malo perire tibi.

Erasmus Episc. & mart.

Ingratas aures, ingrataque pectora: Num tu
Qui te animat, demens exanimare velis?
Ecce abeo: cur non sequeris? plus ringeris ipse.
Et maneo, & patiens nescio tela tua.
Et redeo, vt videas: quam nil auire putemus?
Et quam sit melius, quam facere ista, pati.

Paternianus Discipulos alloquitur.

Non primum hinc nunc facta fuga est. durissima terra
Ægypti melior qua locus esse queat.

Nec loca vitemus deserta, famemq; minacem.
Quis pascit volucres, & genus omne ferum?
Cetera, quæ vacuas valeant illudere mentes,
Ipsa fames, ipsum sæpe domabit opus.
Abi te absens fueris, præsens ale tibus. Haud sit
Qui mundo vivit, vivat vt ille Deo.

Magistribus.

Quid vobis procul hinc positis, cum Rege pusillo?
Longinquime pauent sceptra aliena lares?
Certe animos aliud quiddam secretius ambit:
Tam longo vt sidus tramite pandat iter.
In terris modulis immensas quæritis oras:
Dum præsepe Dei Regna suprema capit.
En reseratæ orbi magni secreta Tonantis,
Regem auro, stacte funera, thure Deum.
His de te poteras Herodes credere: cuius
In regno, alterius debita Regna canunt.

Eustachio Placido mart.

Maxime vir pietate, truci vir maxime bello,
Quidnam inter cæruli cornua vasta vides?
Huc te perduxit rari fons largus amoris:
Viuentem vt viuens alloquerere Deum.
Induere ergo hominum q; nouum, sortemq; malignam.
Haud aliis veniunt Regna futura modis.
Heu quantæ clades, heu quantæ incommoda vitæ
Quæ lacrymæ, quæ te dira pericla manent,
Iam te sæua lues, iam coget turpis egestas
Quærere deserta littora sola Plagæ.
Hinc rapido fluuius terret pia pectora cursu:
Hinc quatit in mediis Nauta proteruus aquis.
Hinc Lupus inde Leo carissima pignora tollunt:
Et servile premit nobile pectus opus.

Quid

Quid facias? confide: tua est victoria. Raro
Conjuerunt gratis cedere Regna Poli.

Petro martyri.

Preterita patriæque pater, consorsque futura:
O & præsidium dulce decusque meis:
Qui per inhumanæque minas, & verbera dextra,
Perque feri glady vulnera, perque necem.
Perdita captiuæ renouasti fœdera linguæ,
Barbara nunc lingua vincula solue rudis.
Ac veluti tibi prima, atque vltima fuderat etas,
Qua constant vere pignora certa viæ:
Sic mihi iam extremo saltem sub lumine vitæ
Trino eadem liceat reddere verba Deo.
Iussa tibi obducto nubes vt seruit amictu,
Quo siccis Solem ciuibus alma leuet,
O mihi tu gelidam detergo e pectore nubem,
Quo rady veri Solis adire queant.
Qualia iam parto labentia lumina Cœlo
Morte tua sacrum sæpe adiere locum,
Talia nimbosa demittere sidera menti
Plena velis magno numine Sancte tuo.
Sera quidem hæc: sed sera tibi quænam esse verebor?
Qui matutina tempora lucis habes.

IVLII CAESARIS SCALIGERI DIVÆ.

AD

Pedes sanctiss. glorioſiſſ. ac ſemper Virginis Mariæ.

VIrgo parens, Nato ſata, Patris candida Mater,
Qui ſine patre homo fit, eſt ſine matre Deus:
Clarior occaſu, radianti clarior ortu,
Quæq; tepens medium fulgurat aura diem:
Cui nitido Cœli facilæ famulantur honore,
Quam roſeus puri Solis amictus obit:
O mihi poſt unum immenſum ſpes unica Ieſum,
Pro nobis natus qui tulit eſſe tuus.
Namque pius tecum ille ſuas communicat aras,
Partitus miſeris vota, preceſque reis:
Hunc animum quanquam in ſpeculo tu cernis aperto,
Cui bona nulla nouæ, quod mala nulla latent:
His viſum tamen eſt modicis intexere chartis:
Vt fierent alijs hæc monimenta viris.
Et quæ virgineo ſunt hic deſcripta cruore,
Virgineo, aut ſi quem fudit vterque torus,
Facta piam, elatam incendant cæleſtia mentem:
Et facias animo tota minora meo.
Magna peto: maiora dabis dulciſſima rerum:
Quæ Natus tibi, tu des pia Virgo mihi.

Annæ

Annæ Matri semper Virg.

Carmina prima tibi, quam semina Dia salutis
Virgine cum genita prima tulisse canunt.
Tu sulcum, fructum illa dedit: tamq; vbere vena,
Vt qui est principium, principium inde ferat.
Hinc ergo incipiens poteram hic quoq; ponere finem:
Immenso sed me turbine raptat amor.
Nec scio, quo sistam. in Domini prædimite Regno,
Meta cui nulla est, non numerantur opes.

Elisabeth.

Quis tibi cum Virgo sanctas intraueratædes,
Hanc Matrem Domini dixerat esse tui?
Anne infans Regem præmonstraturus Olympi,
Nunc etiam titulos Matris adesse docet?
Ille etenim sacris summittens genua latebris,
Agnoscit magni numina tecta Dei.
Prædixere alij surgentia fatæ: sed illi
Nondum etiam nati spiritus ora fouet.
O Matrem, quam sic fecit fœcunda senectus:
O Vatem, liceat cui sine voce loqui.

Maria Magdalena.

Aspice humi stratam, solio quæ sederat alto:
Negligat vt nitidas puluerulenta comas:
Orbis blanditias atro mutauit inani,
Et tetro mœrens aurea tecta cauo.
Pro vino lacryma: pro Nardo sudor. adedit
Non lectus, sed inops lactea membra lapis.
Ergo etiam ætherijs viuens sublata cateruis
Impleuit longos nec dape pasta dies.
Vt quem pro se olim lacrymis asperserit amaris,
Sic pro me nunc det oscula sancta pedi.

Marthæ

Marthæ Virgini.

Ter felix una ante alias Bethanica Virgo:
Quæ immensi dicta es hospita sancta Dei:
Et castrum est ingens, & magna palatia. Quid? non
Hic nobis exors angulus vllus erit?
O tecum fatagam: o ponam miserandus opellam:
Nec grauis illa tibi, nec mihi vilis erit.
Non merui fateor. merui diræ rerum
Supplicia, infernis regna tremenda reis.
At meruit pro me ille tuus sanctissimus hospes,
Vt sese videam, vt hauriam ab aure animam.
Illa quidem peryt pridem, nisi subuenit ipse:
Et reddit, quam bis fecerat esse meam:
Cum primum teneram nascenti condidit: & cum
In Cruce æterna viuere fecit ope.

Catharinæ Virg. & Mart.

Ecce tibi diues, speciosus, nobilis. At, qui?
Qui sapiens cunctos despuisse vetat.
Quin te nobilior, specie insuperabilis, orbe
Ditior: & si vult, te sapere ipse facit.
En sapis: atq; illo sapientum nomina vincis:
Et facis, vt sese despicere, esse, putent.
Hinc quadruplex disiecta rota est: furor impius arsit:
Vxor & indignis sancta necata modis.
Maxenti, quidnam es: si non es, quod Deus est? At
Si non vis, nihil es: nec potes esse minus.

Barbaræ.

Quam pater à turbis excluserat obice turris,
Iam spatio fruitur liberiore Poli.
Eripis hanc hominum Genitor sæuissime visu:
Sponso vno multos exuit illa procos.
Tertia, nonne vides, vt gaudet luce feneſtra?
Et duro impressæ marmore signa Crucis?

Quid

Quid sæuis? rabiem miseram patientia vincit:
Et pœnam in mortis visus es esse rudis.
Si cupis emendare malum, ne interfice. tanto
Tetrius est sane, si quit id esse bonum.

Mariæ Consolatrici.

Ecce leuem reuehunt felicia flumina puppim:
Ecce Athesis rapidum rettulit vnda pedem.
Ingredere o Virgo, & pluuij fer munera cœli:
Deducant madidum corpora sancta Polum.
Quanquam o nostrarum lacrymarum turbidus imber
Debuerat siccum vincere posse lonem.

Anastasiam Mart. Chrysogonus consolatur per Epist.

Felix, quæ pridem immundo secluderis orbe:
Te decet in Christi nomine tanta pati.
Libera luce tua es. illos informibus vmbris
Fœtida tartarei carceris ora domat.
Quin eodem insontem fundes pro nomine vitam:
His linquens mortem, mors venit vnde tibi.

Marina.

Fœmina, vir: verum nec vir, nec fœmina Virgo
Infamis. Cuius, qualia monstra pues?
Omnia sola tuli: non omnia: meq; tulere.
Iura metum superant, cælica facta fidem.

Anna Phanuelis semper Virginem alloquitur.

Quidnam ego præterea tam dura in gente morabor?
Vidi, quem Domini sermo videre dedit.
Nostrum quanta fouent ingentia gaudia pectus.
Tantus erit, tua qui pectora luctus obit.

Cæcilia.

Vna fides, vnus Dominus, vna omnibus vnda,
Spreta alys, mundos vna lauare potens.
Hæc tibi Valeriane audi, hæc tibi dicta Tiburti.
Hæc sponsi fratri, hæc dat pia sponsa viro.

Tantum

Tantum aufer, vero inuento mendacibus uti.
Quam dederis uitam, malumus esse tuam.
Nec tua sit, nec tu dederis pauperrime uitam:
Sed quam das mihi nunc, mors erit illa tibi.

Brigida.

Ecce perit, quod non dabitur. redit illud, habendo
Quodque tenax rerum possidet, ecce perit.
En mores insueta suos animalia mutant:
Iussaq; commutant ipsa elementa fidem.
Non stupor est, studio nostri illos nolle stupere:
Et minor est, studio velle stupere Dei.

Seraphia Præsidem alloquitur.

Cerne Dei templum, quod nec corrumpere possis:
Sed corruptores quod reparare queat.
Flammæ extinguuntur, sed non extinguitur illa,
Quæ lateri æterno est igne futura tuo.

Iustina.

Custodi Domine hoc corpus, ne turpibus annis
Vixerit: & maculet sola tot hora dies.
Hoc ergo intacto, & constanti mente retenta,
Cum fuste, & flamma, lancea ludus erit.

Margarita Virgo & Mart.

Si voret immenso nunc me draco toruus hiatu,
Teter in infami carcere carcer erit.
Sic viuens tumulata ferar: sed corticerupto
Admittent roseum squammea terga diem.
Haud decet obscuro clausam pedore teneri,
Quæ nitidæ lucis libera iura fouet.

Fides Virgo & Mart.

Si nolim, frustra queretis: tuta latebo.
Terrarum Domino quæ loca terra neget?
Sed volo: quin cupio. frustra ergo quæritis inter
Tesqua, & inhumanis per loca senta rubis.

Qua

Quæ vobis metus, at nobis victoria, mors est.
Quæq; tibi pretium est, est mihi pœna fugæ.

Eustochio.

O decus atheriæ præcepta per ardua vocis,
Virgo digna patre, Virgine digne pater.
Dum tonat eloquio, tum mens tibi fulgurat. illi
Nullus vir similis, nullaq; virgo tibi.

Rosa Virgo.

Candida quæ fueram rigidis obnoxia Cauris,
Quæq; hiemis poteram triste timere gelu,
Temporibus dominor superato limine Mundi,
Et semper verno læta nitore fruor.
Discite mortales, quid possit, velle volenti,
A domino fiet sors sibi quisque sua.

Crescentiam Viti Altricem Angelus alloquitur.

En pelagi tacito tranquilla malacia Cælo
Sopito placidas æquore strauit aquas.
Mox vbi diuino capiet vos puppis in alueo:
Quæ Domino placeant, instruet aura vius.
Quæis mare nunc seruit, non vobis flamma nocebit:
Summittetque truces torua Leæna minas:
Quinetiam subitis accincta tonitrua nimbis
Disficient tetri facta nefanda Ducis.
Custodisne Aquilæ fido vt famulentur honore?
Nec vestra instituant pellere carne famem?
Hoc precium est: plus tormentis potuisse Tyranni:
Et rerum solitas vertere posse vices.

Dorothea Virgo & Mart. ad Theophilum de Sororibus.

Quas terrent tormenta, meis iterum ausibus ansæ
Accepere suæ præmia viua necis.
Tu quoque derisor nunc, mox optator honoris,
Ferre alys poteris, quas petis inde, rosas.

Marias Iacobi & Salomæ Angelus alloquitur.

Quid petitis ſtudioſæ animæ? corpuſne magiſtri?
At grauis impediet tam pia vota Lapis.
Vos tamen itis adhuc: etiam tamen itis. At illum
Quis tumuli molem voluet ab ore grauem?
Ecce patet: non vt ſurgens hinc exeat. atque
Hac, vbi ſunt nullæ, tranſmeat ille, viæ.
Nox abijt: Mors victa fugit. nunc vita dieſq;
Imperat. Hæc noſtris, ite referte, viris.

Iuniperæ.

Te quoque Iuniperam claris natalibus ortam
Stemmata cælicolum nobiliora notant.
Ah, ſtolidus præſens animo metitur inanis:
Æternis ſapiens Regna futura modis.

Baſſa martyr.

Magnum, ac terribile eſt Naturæ, amittere vitam:
At quid pro Chriſto, reddere quæ ille dedit?
Eſt ſemel expirare, malis imponere finem.
Vixea ſit mortis nomine digna via.
Tertia tormentis noſtris exhorruit ætas:
His totidem hiberni diriguere dies.
En ferimus. tamen ipſa ſtupent, ac victa recedunt
Tempora: plus, ſemel eſt non licuiſſe mori.

Daria Virgo & mart. Polemium & Claudium alloquitur.

Non fruſtra quæreris, non falſo incommoda narras:
Pœna mihi mea ſit gloria, pœna tibi.
Ecce volo, quem velle iubes. verum ille volenti
Iniecit pedicas, nec male velle ſinit.
Non mutatur, ego mutor. ſimulamus vterq;
Vobis mutatis non ſimulare datur.
En Chryſanthus adeſt, en ſponſa, en corpora veſtra,
En Leo: nec Virgo perdere parta poteſt.

Quam

Quam nil, quod conaris homo: nil esse videbis:
Si non certa tibi norma sit ipse Deus.

Babilla Virgo & mart. Eugenium alloquitur per Epistolam.

Quas custode Patris feritas disiungit acerbo,
Perpetuus Christi nomine iungat Amor.
En tibi virginitas Domino quam reddere debes:
Te decet his votis semper adesse meis.
Virginitas Domino, vobis exempla Quirites,
Pompeio sanguis, Regna beata mihi.

Veronicæ.

Impia qui tersit scelerati crimina Mundi,
Sudoris tergunt linteà sancta notas.
Impressa effigies est, quam nulla abluit ætas.
Munera, quæ data sunt o Veronica tibi.
Ah pudeat vacua hac facie mea pectora ferre,
Si sibi perpetuam linteà muta fouent.

Eugenia Virgo & martyr, Diabolum & Melanthiam alloquitur.

O dira insidia, antiquus quas instruit hostis.
Nunquamne his probris exaturatus eris?
Quid faciam? prodamne, vacat qua crimine culpa?
Vt penitus culpa suspicione vacet?
A Domino cuncta hæc. malo proba nomina nostris,
Quam me propositi iura tenere mei.
Ecce tibi Eugeniam pater inter numina. Sed tu
Vicisti: vt sancto victa pudore ruas.

Eulaliæ & Iuliæ Virgg. & martt.

O par augustum, o Domini concordia felix,
O individui pignus amoris aue.
Nec tua te, nec te terrent aliena pericla.
Ille ferox tamen hæc horreo dura legens.

Horreo, nec tanta est animo constantia, dicens
Tormenta ipsa etiam iam didicere pati.

Amata Virgo.

Egredior: quater vt decies me viderat æstas
Ieiunos vigili condere nocte dies.
Te sequor, o Pater, æterni cui nomine Regis
Perpetua effuso sanguine palma data est.
En tibi, quas iussisti, epulas. iam lata reuertor,
Ad dilicem venatas pignora vera meas.
At tu corporei soluis quæ vincula nodi,
Quam metuenda alijs, tam mihi cara veni.

Placidæ Virgini sepultæ via Tridentina.

Hinc, vbi terrestri gaudent tua membra sepulchro,
Cuius adorato mens viget aucta Polo,
Haud procul immensi conspexi limina Mundi,
Aeris atq; hausi prima elementa rudis.
O virtute tua felix, virtutis auitæ
Et socia, & sancto semine sancta comes,
Inter fulminei scelerata incommoda belli
Des nomen, des cum nomine facta sequi.

Iusta & Ruffina Martt. Hispalenses alloquuntur.

Cur non interitum curatis sanguine? nobis
Debita erant vestro fata minora Deo:
Si Deus est: verum ecce latet. Si non Deus, ergo
Sic iaceat: vobis mens pia facta ferat.
Nec tamen aut Iusta, aut Ruffina hæc deprecor, imum
Quem puteum credis, Regna superna puto.

Serena Augusta.

Heu miseros, & inundantes heu sanguine campos.
Heu Vrbs, quæ facta es nunc rogus ipsa tui.
Quid maneam? falsæ specioso nomine vitæ,
O abeam: & fiat mors aliena mea.

Euphemia

Euphemia Virgo & Mart.

Quod factum est, olim populum ne lederet vnda:
Nunc contra, vt corpus Virginis vnda lauet.
Iordanis Natijo duo nunc exempla sequute,
Mortis item fatis tertia redde meis.

Secunda virgo & mart. præfectum alloquitur.

Quid feci? cur vis me post poposcisse sororis?
Hocne mihi Cæli Regna negata putem?
Illa quidem meruit: volui quoque cæde proterue.
Iam nihil est vnam cadere: tolle duas.

Euanthia liberalis mater.

Vt corpus sequor, o Nati sim fata sequuta.
Sum vero: ergo etiam præmia nacta fero.
Hoc opus est Domini: sunt hæc commercia Cæli.
Nati non poterat esse, nec esse parens.

Monicæ.

Quid fles? Quid duri phalerata proteruia nati
Damna perpetuo sæua liquore genas?
Ille quidem ceruicosi iactator honoris
Subdet adorato ferrea colla iugo.
Sic paria aspicies magni vestigia Pauli.
Non nisi de tonitru fulmen habere potes.

Lucia virgo & mart.

Muto animum posthac: animo sum tota deinceps,
Quanta fui terræ, tanta futura Dei.
Pix, oleum, tedæ, gladius, sunt munera Christi.
Si vis nos, noli sæue Tyranne, mori.

Marcella & Potamiena virgg. martt.

Tota cohors valide constanti robore mentis
Certauit miseram vincere morte necem.
Vicit: & ante alias tanto pro Numine Virgo,
Proque Dei infracta est Potamiena fide.

Ignis adest? ignem petimus. Deus ignis in igne est.
Extra, quem petimus, possumus esse Deum?

Othilia Virgo.

Ne sævi Genitor: iam si sævire iuvabit:
Natura crimen sic facis esse tuum.
Nam quos parva oculos parva Natura negavit,
Magna olim solido munere Magna dabit.
Parcere te doceant illarum munera: nanq;
Mamma, quæ me aluit, utraque parcet item.

Fusca Virgo & Maura Nutrix martt. Nutrix Virginem & Carnificem alloquitur.

Hoc est, quod te volui. de me ipsa fatebor:
Quæ video in te, in me posse videre peto.
Aut neutram, aut utramque feri. Si hanc cadere fas est:
A qua hausit vitam, perdere velle decet.

Sabinæ martyri.

Cuius? an hæc Mundi sunt munera? vidit, & idem
Horruit. ah potius pignora vera Dei
Te spectasse, ferum sed non metuisse furorem:
Optasse, & vitæ dona tulisse necem.

Cytheriæ Virg.

Quam bene pro nobis antiqui nomina probri
In veri nunc sunt omnia versa Dei.
En decus intacti virgo Cythereia pudoris,
Nescia mortalis virgo severa tori.
Accendit cæcos vetus illa in cordibus ignes:
Hæc perit insanæ vis rabiosa facis.
Illa Iouis mentita genus terrestria sensit.
Hæc genita in terris filia facta Poli est.

Agnes

Agnes Virgo & Mart. Procum alloquitur.

Cuius Virgo parens fulgenti Solis amictu
Maxima maiori Sidera vincit ope:
Cui Genitor sine labe tori, sine tempore vita:
Nec Regni toto clauditur orbe nitor:
Cui Luna, atque humili stella famulantur honore
Cui seruus magnos Sol iubet ire dies:
Is mihi perpetuo Cæli sponsalia cultu
Apparat: & mihi me non sinit esse meam.
Quid quæris miser intactum temerare pudorem?
Haud tanti est fracto funeris hora tibi.
Cedit flamma Deo: non cedunt tela furori:
Quamque rapis, restat integra vita mihi.

Anatolia Virgo & mart. Audacem alloquitur.

Est, qui me damnat, iudex: est igneus anguis:
Hinc Iesus: fato hinc vitaq; morsq; pari.
Præfecto obsequeris: serpentem in carcere condis:
Illudis Christo: est hæc tua vita tibi.
Præfectum linques: fugies exterritus anguem:
Accipies Dominum: viuere morte voles.

Blandinæ & sociis mart.

Ergo vbi conueniam, nobis si tecta vetantur?
Vult nullo Domini turba latere loco.
Quid si sub vacuo prohibet consistere Cælo?
Nos supra Cælos esse, vetare nequit.
Quid si aqua præterea, quid si interdicitur ignis?
Mox etiam nimius ignis, & vnda fluet.
O miranda cohors variis tam dissita terris:
Quam tamen hic vnum nunc facit vnus amor.
Cum Gracone Italus tanto conspirat amore?
Cum Ponto Gallus? cum Phryge durus Afer?

Tam varia gentes, vox vna, vnumque triumphans,
Qua Iesum prolem concinit esse Dei.

Mercuriæ & sociabus martt.

Maxima quæ celebrant Crucifixi nomina Regis,
Fetus misera tot cecidere manu.
Quam quibus anteferam? superant quæ iudicis iram,
Non iunt iudicio subdita colla meo.

Basilissa virgo.

Unde mihi insoliti thalamus fragrauit odore?
An tener aucta rosis serta parauit Hymen?
O rosa perpetuo floret cui rore iuuentus:
Nullius o felix indige odoris odor:
Soli fruor: non sola fruar. purissima turba
Huc mecum, huc animos ferq; referq; pios:
Te voco nunc, mox me contra ad maiora vocabis:
Posterior nunc, mox facta priore prior.
At tu, cui duri certaminis acta relinquo,
Doribus immensi frete marite Dei,
Quæris cur sera ad Cælos sic morte vocaris?
Ista gradus vitæ iam stupet illa tuæ.

Balbina virgo ipsa, & genius.

Quæ facula hæc? cuius qualesve canis Hymeneos?
Enmea colla, puer, quale monile premit.
Virgo, vides: quæ alios faciunt vincla aspera seruos:
His libertatis iura parata tibi.

Valeria virgo & martyr Martialem alloquitur.

Quam mihi mortalem rapuit manus impia vitam,
Seruat adhuc trunca nunc sine mole caput.
Perdere sic decuit partem, ne tota perirem.
Nam Christo quod non militat omne perit.

Antoniæ

Antoniæ virg. & mart.

Sunt plus, quam mors, hæc variis tormenta figuris:
Atque horrenda crucis sunt simulacra nouæ.
Non tamen hæc nouæ sunt huic, qui sub tempore nullo est:
Quique dedit tempus tempora nulla dare.

Redegundi reginæ.

Ergo alibi qui te cecini maioribus orsis,
Dulce decus, vitæ præsidiumque meæ,
Nondum abeo a meritis. Nam quæ infinita colebas,
Spiritus hic quoque te sic sine fine canet.

Martiana virgo & mart. Dianæ simulacrum alloquitur & stupratores.

Corrue tu, vos me ne sollicitate latrones:
Seruatur muro, dilaceranda feris.
Quid parcis leo? non tecum hæc ad fœdera veni.
Nam parcis, quod tu negligis, astra dabit.

Sophia mater Fidem, Spem, Caritatem filias virgg. & martt. alloquitur.

O nunquam miseræ lectissima pignora matris,
Quas sapiens vero Spiritus ore nouat,
Ne vos sæua trucis deterreat ira Tyranni:
Nemo simul Cæli, & terrea Regna capit.
Non mors hæc, vita est: mortem sic morte necare:
Quasque ego bis genui, nec peryisse semel.

Vrsulæ & Cordulæ aliisq. virgg. ac martt.

Mulcete æthereas Nymphæ oceanitides auras,
Et vada crispatæ sternite lenta viæ.
En tenera admissis blanditur lusibus ætas:
Quæque lego pelagus: mox leget astra cohors.
At te, quæ Lilium, cælestia regna latebunt:
Quin vltro mortem, quam fugis, ecce petis.

Euphrasiæ Virgini.

Ipse puer loquitur: superant quæ facta sororum,
Hæc etiam matris, pem superare queunt.
Huc lapis, huc puteus: quæ non patientia? duxit.
Sic aliis totum es, tu nihil ipsa tibi.

Hilariæ matri Aphræ Filiæ dignæ Eumeniæ Eutropiæ Ancill. martt.

Iamne etiam ex nihilo est aliquid? de crimine Numen?
De probro discunt iam mala ferre bonum?
Ergo quibus fruitur, reparatur spiritus, auris:
Si fuit illæso corpore pœna minor.

Apollonia Virgo & Martyr.

Immanis populus quid dentes excutis? atqui
Gloria non parua est, velle carere cibo.
Flamma mea est? purgat. sed Iesu nomina cantans,
Et celebrans fuerat lingua secanda tibi.
Neue feces: furiose, tibi non lingua secanda est
Mente minor: mentem stulte secare potes?

Iuliana Virgo & Martyr.

Si fero, quæ tormenta paras: si lenia fiunt,
Aspera: cum plumbo verbera, flamma, rotæ:
Disce potestatem illius, cui seruio; teque,
Cum non deficiam: qui facis ista, pati.

Genouefæ virgini.

Non operis calx, non defit sitientibus humor:
Atque iterum fruitur lumine dura parens.
Pessima tabenti sæuit qua corpore pestis,
Deficit: & nitida lux ope fulta subit.
Nimirum domini fuerit qui exempla sequutus,
Et maiora his, quæ fecerit ille, dabit.

Dionysia

Dionysia Datiua Leontia & socii martyres.

Diuersa circumspicimus discrimina mortis:
Sed redit effœtis latior hora malis.
Quod ius refugit, mulcet clementia Christi.
Et pretium est, semper viuere deinde, necis.

Flauia Domitilla virgo & martyr.

En ego perpetuum patri de corpore templum.
At tu ædes miserum cur facis esse rogum?
Flamma furit: furis ipse magis. namq; illa pepercit,
Cui nolles. rogus est sed domus ipsa sibi.
In Venerem expirat saltans: satis accipit. At sic,
Nec potis est aliter me superare Venus.

Theodora cum liberis martt.

Aucta parens natis, si aucta hæc sunt pignora Christo:
Si non, ergo minor tunc ego, & illa nihil.
Assisto: lacera infensam. nequit vlla dolere
Pœna: nisi quod non præuia tota mihi est.
Quin potius metui, ne iam labefacta perirent.
Illis, vt moneam, non mihi posco moram.

Theodora Monacha Dæmonem alloquitur.

Hostis amare, quid increpitas? qua crimina suades?
Tene parum fuerat velle nocere tibi?
Ex vxore facis, ne sim dehinc amplius vxor.
Ex me Christus aget, vt sim ego nulla mihi.

Artemia virgo & matt.

O ferrum optatum, o veræ sacra pignora vitæ.
Nunc demum ciuem sentio me esse Dei.
Quis frater mortem? quis vitam comparat hostis?
Quæue malorum omnium sit medicina malum?

Dar-

Darfosa Bibianam & alias filias Virgines ac martt. alloquitur.

Exilium passus patria nunc viuit in aula,
Hæc voluit vobis linquere iura Pater.
Nec qui non Christi est, suus esse, vel esse, putatur.
Nec, nisi quod Christo donat, habere potest.

Victoria Virgo & Mart. Anatoliam Virginem alloquitur.

Magna fero sacra, Virgo, tibi: maiora reporto.
Hinc thalami fauet, hinc virginitatis amor.
Hoc fœnus lucri dat spes amissa prioris.
Vincere non poteram, sic nisi victa forem.

Bona Cordimunda Virgo.

Nec stultum, nec inane opus hoc, quod multa relinquo.
Nil equidem video perdere, plura petens.
Plura peto: verum his longe quoque plura recepi.
Quæ rapere haud vnquam possit auara dies.
Ha sunt diuitiæ. Vero ille est nomine dives,
Omnia qui cum dat, nil tamen inde perit.

Agape, Chionia, Irene, Virgg. & Martt. Præfectum alloquuntur.

Hæc tua sunt tibi nunc stolidi quæsita furoris
Munera, quæ meritus præmia stultus habes.
Isti te decuit sic oscula figere labris.
Sic foris, atque intus concolor esse potes.
Nec desiderio vestis parebit inani.
Diuina humanam vt sentiat illa manum.
Nec trepida horrendis consumes corpora flammis:
Sed læta insanis surripis illa minis.

Cyrilla Virgo & Mart.

Cæsaris vt magni decuit sic viuere prolem:
Sic procul a Decij sanguine nolle mori.

Vana

Vana tenent Decios prisca ludibria mortis:
At mihi pro vero stemmate vita venit.

Claræ Virgini.

Ergo etiam longe positum sine corpore templum
Ingrediens alia concipis aure modos?
Ergo etiam æthereos sine corpore Diua recessus
Induis: & Domini verbera dura gemis?
O mecum (pia vota) mane: ne me obruat hostis:
Ad visa aut tecum me rape Virgo tua.

Hildegàrdi Virg.

Vnde nouo rapidus crebrescit spiritus igni?
Vnde animum verax imbuit aura rudem?
Nam quis te docuit toties ventura profari?
Vnde nouas didicit lingua diserta notas?
Nimirum quæ mortales doctura fuisti:
A non mortali te didicisse decet.

Aureæ Virg.

Qua nullum præter Christi iam senserat ignem:
Sola cui fuerat torrida flamma Deus:
Exyte rapidis illæso corpore flammis:
Et prunas gremio sustulit inde suo.
Hæc exempla nouæ, hæc veteris commercia vitæ:
His poterant nobis sceptra patere Dei.
Verum vbi mens Christo studijs refrixit acerbis:
Non flammas solum, sed metuere niues.

Augadrisma Virgo Hymenæum & Elephantiasim alloquitur.

Qui peteris toties teneris Hymenæe puellis,
Hinc abeas: prope me non locus vllus erit.
At tu dira lues, hominum quæ corpora perdis,
Me serua. ergo audis abdita facta Dei?

Lucinæ

Lucinæ discipulæ & Lucinæ mart.

Quæq; Petri lucem, & vitalia fulmina Paulꝰ
Hausisti, o animo Diua recepta meo:
Quæq; altam sperans patriam cœlestis honoris,
Perferre exilij pondera, duke putas:
Et voces audite meas, & reddite vestras:
Ne mihi desituant irrita vota preces.
Nam si olim in terris poteratis condere Cælum:
E Cælo melius nunc quoque posse reor.

Felicula Virgo & mart.

Septima iam reuehit roscos Aurora iugales:
Miraturq; meas nulla videre dapes:
Præterea totidem cæco sub carcere Soles
Clausit inexperta nox stupefacta cibi:
Muta gemit natura suas me rumpere leges:
Increpet vt pigram fœda cloaca famem.
Puram munda fames non vult dissoluere: fœdi
Autori vt similis mors agat ista suo.

Marcillæ.

Ipsa Hera cum taceat: cum tanta silentia turbæ
Excipiant magni fortia verba Dei:
Quid clamas? quonam te vrges Marcilla furore?
Vnde venit tantus Spiritus iste tibi?
Si felix vterus: si, qui felicior audit
Verbum: qua loqueris, tertia palma tua est:
At soli Maria tres hi debentur honores.
Qua tulit, audiuit, quæq; locuta fuit.

Columba Virgo & mart. Vrsam alloquitur.

Viscera parce pio lacerare infamia morsu:
Nam mox hic Christi nomine dignus erit:
Ostia seruato: sed mox vbi sæuiet ignis:
Diuinus aderit largior imber aquis.

O quem

O quem te esse putes tibi iam miserande Tyranne
Si ingulas, pugna quam tegit Ursa sua?

Petronillæ Virg.

Quis Genitor? qua Nata? graui iacet obruta morbo:
Ille laboranti non tulit vnus opem.
Die surgat, qui alys tot surrexisse iubebas.
Quid video? ad febris vincula dura redit.
Quid sperem miser? aut surdis quid conquerar auris?
Si quæ sunt propius, longius esse volunt?

Faræ Virg.

Ne parcas lacrymis: ne parce amittere visum:
His, spectanda, oculis nanq; videre nequis.
Quin quod perdis, habes: & quod non perdis, habebis.
Et si non perdis, perdere vtrunq; potes.

Helena Regina.

O mihi vos aperite: viam monstrate precanti:
Qua reperire queam, quæ peto, dona Crucis.
Vos oro, vos astrigeri queis limina Cæli,
Et queis terrarum limina cæca patent:
Si seruire Deo, est vestris regnare coronis:
Hæc quoq; sunt, si illi seruio, regna mea.

Iphigeniæ Virgini. Mathæus ignem alloquitur.

Non tibi debentur cælestia corpora: vindex
Tartareos solita es vrere flamma reos.
Illuc verte tuum non execranda furorem:
Quo mens dira nocens, & merita atra vocant.
Quod si sit præsens potior fuga crimine: maior
Perpetuam at sistet altera flamma fugam.

Praxedis & Potentiana Virgg.

Ite o diuitiæ hinc: ite atri insomnia Mundi:
Et meliori animo iam date monstra locum:

Siue

Siue estis mala: sic decuit mala crimina perdi.
Seu bona: sic decuit tota fauere bonis.

Mariæ AEgyptiacæ.

Non cedunt latices alti discrimine muri:
Ast obeunt fidi munia firma soli.
Nec quater huic denis cerealis sufficit orbis
Solibus: ast annos connumerare datur.
Sic modicas antiqua ferunt monimenta figuras:
Sic Iesus post se maximus auget opes.

Melaniæ maiori & minori.

Hinc auia, hinc neptis præsentis sordibus aui
Despectis, patrias vtraq; spargit opes.
Spargit, vt acquirat: nam quod dispergis Iesu,
Fœnore multiplici, sed meliore redit.

Christianæ Virg. & Matt.

Tot Virgo tormenta necis quo robore perfers?
Quæ vel tantum animo vix numerare datur.
Vngues, flamma, lacus, carcer, rota, vipera. lingua
Abscisa eloquitur: verbera muta silent.
Artibus his venit tanto cum nomine Celum:
Mortalisq; stupet gloria parta manu.

Niceræ & Aquilinæ sororib. Martt.

Ter quater o felix captiuus mentibus error,
Qui meruit tanti vindicis ore tegi.
Ah cur non quæris iudex insane, quid hoc sit;
Tam spreto vitæ lumine velle mori?
Hinc aurum precium est, hinc ingens summa potestas,
Hinc Venus illecebris blanda referta suis.
At parte ex alia mortis cum carcere pœna.
Ergo aliquid, spreto lumine velle mori.

Scholasticæ Virg.

Insere nunc digitos inter se fulgida Virgo:
Humidaq; e pluuio fulgure bella cie.

Vt tecum hac Domini contempler nocte decorem.
O noctis dona hac iam potiora die.
Hoc vulgus fruitur communis lucis honore:
Hac Christi nitidus nil nisi fulget amor.
Quid mirum, modicus si immenso vincitur igni?
Autori cedunt si monumenta suo?

Romula Virgo.

Quid mihi demulcet diuinis vocibus aures?
Vnde nouus subito flamine spirat odor?
Quæ noua lux in nocte? nouus nitor? omnia? sane
Omnia nunc noua sunt, cum noua vita venit.

Paula mater cæteros Liberos & Eustochium alloquitur.

Vos, quibus aut ridet vesani gloria Mundi,
Aut totus certo est numine Christus amor,
Me sinite, aut vobis, quod vultis linquere Mundi:
Aut partem, quod non disperit, inde date.
En ego vestra parens æqua sub lege paciscor.
Vos linquo vobis: te mihi duco meam.
Quid mihi nunc thalamos, augustaque tecta paratis?
Vix mea sunt humili pectora digna casa.
Eheu Roma vetus, heu nec noua, nec vetus audi:
Hinc videnda procul altera Roma mihi est.
O Crux, o veri spes inconcussa Triumphi:
O vitta mortis spes rediuiua lapis.
Quid faciam: quid non faciam? qua infecta morantur?
Quæ facta, & quæ non facta futura manent?
Quæ mihi sint epula? qua sint ieiunia? Morbus,
Et sancti suadent, vita recusat, opem.
O sit velle tuum, mihi quod tu velle dedisti.
Nam nihil hic nutem, quod puto velle meum.

Tharsilla.

Cedite vos Domino, venienti cedite Iesu:
Cur non & vobis ista videre datur?
O genua assiduis durata inflexibus. at nunc
Iam primum vobis otia vestra patent.
Egredere o anima, & sponsi cape munera Christi:
Et linquas corpus, rursum habitura, tuum.
At vos quid pro me fletu consumitis horas?
Seu Natura vocat, seu Deus: ergo suum est
Quam decuit potius deflere incommoda vestri
Exilij. patriam nam peto certa meam.

Macra Virg. & Mart.

Hem quis tu es? quid me laceram sperare iubebis,
O quo te agnoscam numine sancte senex?
Ergo ego supplicijs iam tot redivivus superstes:
Ut longe plura, & asperiora feram?
Ferre parum, perferre graue est. pro nomine Christi
Ferre, & perferre est omnia tetra, nihil.

Perpetua & Felicitas Martt.

Ne metue insontem ferro consumere fœtum:
In nobis Dominum ladere velle, time.
Ecce autem augusto pertingens tramite Calum
Nos vocat ad vivas aurea scala neces.
Ascendamus, vt hic nimium satis vsque morata:
Nam totum interea perdimus hoc, quod adest.

Reparatæ Virg. & Mart.

Non tot multiplici mendosus corpore Proteus
Diversa ad formas induit ora novas,
Quod mutatus adest diversus in ignibus ignis:
Atque ignem superat non tamen ille Dei.
Falce vides nixu quantum crucieris inani.
Iudicio potior parua puella tuo est.

Floræ

Floræ & Lucillæ Sororibus Virgg. & Martt.

Qui voluit violare, nouo veneratur honore:
Et valet inuicta vincere bella manu.
Haud satis est, nisi se simili quoque vincat amore:
Haud aliò Martis turbine victor erit.
Non mirer? si Rex, alios qui vicerat, vltro
Ad mortem properans, vincere id esse putat.

Natalia Martyr mariti manum alloquitur.

Sancta manus, quæ felicis solatia mortis,
Et vitæ exemplum, spemq; datura manes:
Hic mecum, mox hinc mecum. qua vindice nobis
Hostes terribiles treis superare datur.
Cede mare auteri, Sponso violente Tribune
Cede nouo: Domino cede maligne tuo.

Gala Vidua cum Benedicta Sorore.

Verborum strepitu quid me terretis inani?
Sum mente, haud turpe est ore quoq; esse virum.
Non transformari Dominus nos iussit Iesus?
Difficile est alijs astra subire modis.

Musa Virgo.

Immutor, veneror: stupido mirantur hiatu:
Vix veni, & celeri tam cito cedo pede.
Et breue, & ignoti momentum temporis hoc est:
At prior vt falsa est, sic quoq; vita nihil.

Regina Virgo & Martyr.

Horrescunt hoc, quod faciunt: constantia tanta est:
Quæ faciunt, facile & quæ timuere, fero.
O Crux, quæ fulges potioris luce metalli,
Purpurea o tepeas sanguine facta meo.

Susanna Virgo & Mart. Procum alloquitur.

Quod petis, haud nostrum est. nam nec tibi tradere possum:
Et dare quod nequeo, tu quoq; ferre nequis.
Dum me vis lucrifacere, at tu perdis amicos.
Illos vt lucrer, me quoque perdo libens.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EXCESSVS AD DIVAM CONSTANTIAM RANGONIAM.

Hæc quoq; Pindarico tentata superbia cantu
Sublimis vestro numine fulta volat.
Omnibus vt nostrum superas virtutibus orbẽ,
Cui modus in sanctis metaq; nulla modis:
Quæ patrium ignotis Cælum splendoribus aquas:
Altiloquæ tibi sit debita Musa lyræ.

Natalia Domini nostri Iesu Christi Filii Dei viui.

Strophe.

Vade taciti per amica cæli
Silentia silentia
Regina nox: cui latera stipat aurea
Immortale decus triplex.
Tibi militat omnis hora mundi
Æternas accincta faces.
Tibi ridet hilareſcens sinus ætheris,
Aligeros igneus ostentans animos
Patitur natura: suiq;
Nescia fati,
Mole noua premi stupet.

Antistrophe.

Siste medium per inane cæli
Rotas celeris ambitus
Optata nox: quam nitidus orbis arbiter
Luci præstulit igneæ,
Dieique nouæ nitentis aura.
Antiquæ qui iura necis
Pio sanguine neci dedere adortus est.
Tartareas fulgidus expugnans tenebras,
Veteris Naturæ elementa
Reddit, onustus
Exuuys ouans nouis.

Epodos.

Vigil anime, vigil: O
Nocturni pastorum cœtus
Peruigilum comes. qui me accentus
Animum ferit? mentem quatit?
Haurit cor? abit vigor. vt
Crebra ingruunt fulgura.
Puer vagit, & vagiens
Voce serenat florem cæli. O
Secundas auspicia ortis. tener
Splendet fletibus æther.
Quis me rapit? quis me trahit?
Quo sistes me ales o puer?

Strophe secunda.

Turba superis inimica Diuis,
Scelesta vetitum nefas
Olim ausa: gaude tibi relata pignora,
Immortalia pignora
Quietis, bonaque expetita pacis:
Nullis post delenda dolis.
Quis ne pete scatebras vitrei lacus,
Neve sinum iam metuas. hic oceanus

Reflue-

[illegible]luo de fonte recurrens
[illegible]feret haustus
Nectareo poli sinu.

Antistrophe secunda.

Claudite Acherusia Ditis ora
Inhiantis animas pias.
Cui præda noster misere sanguis extitit.
Fiet præda miserrima.
Necis nex venit improbæ proba. atræ
Vitæ vita illustris erit.
Bis auctor generis huius fera vincula
Soluet amore incitus. ah clementem animum.
Onus hoc, quod fecimus, ipse
Pertulit. vt quod
Contra habuit bonum, daret.

Epodos secunda.

Deus homo, & homo Deus:
Vnum fis, & nil mutaris:
Integer integro, toti totus,
Pius impio, vt fiam pius.
Tu, vt quod fueram, fierem:
Quod non eras, factus es:
Vt amitterem, quod eram,
Nil, quod eras, amisisti.
Dexter illuxeris orbi nouo,
Ne permitte vagari
Priscam diutius luem.
Hoc, quod perdis, tuum fuit.

Natalia semper virginis matris Mariæ.

Strophe.

Semper virgo semel mater
Sempiterni filij:
Qui filius iterum factus,

Cum semel esset genitus,
Momenta temperans aui,
Æui tractibus paruit.
O Mater æterni patris,
Qui te esse voluit matrem:
Vt ipse qui pater esset
Omnium, & patris filius,
Matris filius esset.
Vena o perennis haustus,
Qui æterno fonte ductus
Te ex se ortum fecit sui.
Qui ipse noluit nasci,
Nisi tu nascerere.

Antistrophe.

O in lucem caput Dium
Cælis expectantibus
Tandem exere: nec onustos nos
Speque, metuque exanimes
Torque mora. Iam prodi,
Iam Virgunculæ nascere.
Orbemque seruatura quæ es
Fœtu virgineo patris,
Nitentium facularum
Igneis præcinctum globis
Ostende caput: atque
Spes nubiles serena.
Firma pacis sequestra
Illucesce orbi iam: unde nunc
Hauriendæ sunt primum
Rudimenta almæ vitæ.

Epodos.

O Cælo parem aluum gerens,
Et Cælo siquid est maius.
O latura, qui te extulit

O capiura

O captura, qui te capit:
O parens genitoris, nati filia,
Regnum cui seruitus dedit:
Absque dolore puerpera:
Mater sine carnis nexu:
Fœcunda Virgo: diem hanc
Illustra Sole nouo
Luminis tui.
Extremumque diem meum
Huic parem facias mihi.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBRI OCTO.

AD GOTFRIDVM CAVMONTIVM

Præfatio.

Otfride virens gloria nominis Potentis,
Quod Martis agit laurea victricibus armis:
Late quod ouans otia literata fundunt:
Quod prisca nouis stemmata conuehit triumphis.
Seu te duce, teque auspice nomen hoc renidet:
Seu læta tibi se patriis extulit astris,
Cæleste iubar, maxima Caumontia virtus:
Inter tetricos difficilis Martis honores:
Inter placidam pacifici decoris aulam,
Lusus sæpe sacros Epidorpides seueras
Hæc Strena tibi munera læta destinauit:
Non vt sapiens his fieres maximus heros:
Qui fers humiles, & facis ingenij potentes,
Ingens studiorum integer omnium patronus,
Exempla refundens iuuenis plena senectæ,
Mera nobilitatis patriæ intacta medulla:
Sed quæ tenui carminis exarata vena,
Festis vbi nox blandior abdidit labores,
Bellaria, tanquam ex epulis meis, reponam:
Quas lautitijs institus nouis parare

In Aristotelis splendidus, & Platonis hortis.
Queis nunc saturi protinus audeamus, ima
Spretis nebula sordibus, inquirere cælum.

LIBER PRIMVS.

MEntem pius ardor rapit insolente penna,
Qui stellifero sancta ferens semina cælo,
Tentare nouo nos monet exordia cantus.
Animus iubet acri celer incitatus æstro,
Moribundum vt olorem liquida prope vada Caystri.
Hæc canitie murmura fundere in suprema,
Ter nectareo carmine, simplicissimo q;
Quo ludicra dicteria Sotadæ canentis
Rex Niliaco cum grege pendebat ab ore.
Vt nostra opera luminis ebibat nitorem.
Qui solus es auctor bonus omnium bonorum,
Immense Pater, vita, salutis via, finis,
Da, quæ ore tuo sunt data, precepta referre,
Veri nitido fulgure, spirituque recto.
Hinc principium sumere, te iubente, conor,
Linquens stolidis turpia dicta, inepta ineptis.
Natura tribus legibus agitantia vitam
Nutu rationis duce cælitus parata,
Vult fulta: quasi quas has dedit esse commeatum.
Numen cole summum. Tibi prima, vltima, meta hæc.
Ne prodige te: nec tua prode negligendo.
Ne cui facias, quæ tibi facta non placerent.
Istis tribus omnis capitur beatitudo.
Quam qui nihili fecerit, exibit inanis.

Prima institutio à Dei cultu.

Est trinus, & vnus Deus, omnium creator:
Qui de nihilo condidit hoc, quod esse cernis,
Oculisve capi quæ nequeunt, labore nullo:

Sint

Sine tempore: nam temporis imperator ipse est:
Æternus herus, nutu agitans, atque gubernans.
Ille exilio præcipitem in tremenda Ditis
Exactum hominem rettulit ad beata regna,
Nati tepido sanguine victimæ expiatum.
Mortem is veniens vicit, & egit in triumphum,
Utranque sibi subdidit, alteramq; nobis.
Cuius reditu fulgida noua sidera fient,
Noua item facies atheris, & noui coloni:
Postquam ignigena turbine cuncta iudicarit:
Si crediderit sancto aliquis nitens lauacro:
Huic vultus erit viuidior micante Sole:
Oculisque suis viderit omne, quod videndum est.
Hoc præterea lumine mentis hauriamus:
Se reddat vt altissimus in dies fruendum:
Vt pro proprio corpore dat fragmina panis,
Et pro proprio sanguine vinea labores.
Quæ deinde bonis præmia, tormenta nefandis,
Æterna malis termina det, bonis quietem:
Quæ prima Dei Ecclesia, spiritu cohærens
Primi liquido numinis, vniuersa fudit:
Hæc crede, nihil præterea noui volutans:
Nil, dico, noui: tum veteris nihil recudens.
Sic pauca vides, ex quibus alma vita constat.
Quicquid reliquum præter id, est laborque, morsque.

Initium præceptorum.

Nunc ad sapientum venio dicta vetusta,
Miscens penoris paucula non inepta nostri.
Qua quicque subit, corripiens colliget vsus.

Nosce te.

Primum iubeo, noscere ingiter teipsum.
Hæc? vetus, & callida sententia Vatis.
Sic non temere concipies pallida vota.

Ac

A te pende, & virtute.

Si commode habes ex patre, seu patris parente:
Quare tumidum te faciet mortua bucca?
Sin te duce, teq; auspice multa possidebis,
Virtute tua fretus, & integro labore:
Virtus inbeat tum tibi, non tumere fastu.

Sustine & abstine.

Si non tuus es: cur tua vis esse, aliena?
Da te facilem: incommoda multa sunt ab ira.

Parce lauda.

Isthoc vitio sis tolerabilis: tamen sic
Lauda omnia parce. grauis iactura loquela est.

Hilaris assensio.

Cari excipe dictum socy fronte benigna.
Ne, si vitrea sis cute, nutibus proteruis:
Suspecta fides sit tua, videare malignus.
Dum absolnat, vbi cœperit, his silere te aquum est.
Qui præueniunt, nec patiuntur explicare:
Lusi bluterant muccida, futiles habentur.

Taciturnitas.

Nil difficilius, atque tacere prurientem.
Nullum esse bonum scio taciturnitate maius.
Elementaque stultitiæ, verba cassa, multa.
Temereq; locuto haud satis esse, pœnitere.

Amicus paternus.

Quem officia vides perpetuaße cum parente,
Thesaurus erit patrius, innocens amicus.

Ne te efferas.

Fugere inuidiam si potes, & potes carere:
Si te anteferas nullibi, mortalia pendens,
Qua remigibus purpureos mortibus æquant.

Anima

Anima non pendet a corpore.

Non eſt, quod ait in ſcholys tarda Vetuſtas,
Pendens animi vigor a temperatione.
Huic appoſitus a corpore ſeruitus, venenum eſt.

Labor laudatur.

Quæcunq; capaci gremio obſidentur orbis,
Quo ſint aliquid, quod faciant. facta videmus:
Fruſtrata ſuo fine putabo nec fuiſſe.
Ignauia crux eſt mera: laus labor probatis.

Nobilitas in abſtinentia.

Quid nobilitas eſt tua, quam viuere recte?
Quam magnus eris, tam tibi ſcis pauca licere.

Voluptas noxia.

Fuge lætitiam, cui comes atque aſſecla mœror.
Vbi mella tulit, ſpicula mox cæca reliquit,
Precia exuperans omnia, damnoſa voluptas.

Virtus.

Nutrix animi lactea fidiſſima virtus.
Is dives erit, pulcher is, illa cui fauebit.
Quid diuitiæ, craſtina quas aura laceſſit?
Quod perpetuo permanet, hoc fuiſſe dicam.
Quod abit, nec erat, quod erat: ſi poteſt abeſſe.

Fortunæ fides nulla.

Parce vtere ſortis Zephyris: timenda vtrinque eſt.
Tanta illa poteſt tollere, quanta habenda ferre.
Quidnam eſt, habui, dicere? verba vix ſuperſunt.

Mediocritas vultus.

Toruum refuge ſupercilium: ſperne cachinnum.
Timon ſtabulatur ferus hic, ibi libido.
Riſus moderatus ſoboles certa decori eſt.

Spes.

Spes.

Spes blanda malos lactat, & eludit hianteis.
Spes falsa bonos decipit vtrique supinos.

Nil semper latet.

Nil crede latere artificem, arbitrumq; rerum,
Quodcunq; domi constituet, palam esse ducas.

Mentis cultus.

Vt corporis est cura: ita mens colatur vsu.
Exercitio mens viget, otio senescit.

Mortis memoria.

Contemnere mortem leue, cogitare durum.
Leuis est species prima: sed impressio vincit.

Prodigus.

Ita des, vti ne non dare sis coactus olim.
Est prodigus omnis cupiens: ergo & auarus.
Sed peius. vtrique huic vitio amentia iuncta est.
Dando nihil, huic gloria: at huic nihil habendo.

Nimia familiaritas.

Mirabile nil, tam graue nil, tamque verendum,
Quin lenta assuetudine molleſcat, & vsu.
Contemptus eo nascitur, atque inde simultas,
Inter socios. Quo fit, vt excitata gratis
Ingrata satias resuat sodalitates.

Populatitas.

Vt te seruum habeam: tibi seruus esse, fingam.
Piscator ita escam sibi bene callidus armat:
Non phycidi, non merulæ, non rubellioni.
Certi dominatus, nota ficta comitas est.

Amici electio.

Non est tibi, quisquis sibi nescit esse amicus.
Verum neque sit, qui sibi vult nimis se amicum.

Honesta

Honesta petere.

Est sat fieri, quod pote: quod supra est, negandum.
Iniusta rogare, est sibi denegare votum.

Dignitatis cultus.

Iactura grauis temporis est, maior honoris.
Nam vita nihil, sicubi cassa dignitas est.

Amicos para.

Ne damna tibi fabrices, Cæcias monebit.
Ita viue, vt amicos facias ex inimicis.

Cedendo vince.

Luctans equus acer stimulo sæpe feritur:
Et plus sibi quam domino sic facit negotij.
Cadet ira truci, si patiens cedere pergas.

Varia ingenia.

Omnes, homines sunt: similis sed hora paucis.
Ergo omnibus esto facilis: tum vtere paucis.

Facilitati modus.

Sic esto aliorum: vt tuus esse rite possis.
Sic te esse tuum: si te alij suum esse credant.

Labor spontaneus superat.

Quæ sunt mollia, faciet mollitudo, dura.
Si sponte labores: leuiter feres molesta.

Parua in precio paruis.

Permagna pusilla videntur non nisi paruis.
Lucrum, nisi quod gloria dat probata, damnum est.

Seruus voluptatum.

Tibi qua ratio dictitet, haud satis videtur:
Seruire voluptatibus: imperare seruis.

Remissa seueritas.

Sic supplicijs vtere, quasi tu patiaris.
Peccare hominis: parcere, sed Dei benigni est:
Qui plurima differt mala, fundit bona mitis.

Fortitudo

Fortitudo.

Si te superas, non superabit exteri vis:
Sufferre malum fortiter, est vincere Fatum.

Ante-malorum memoria.

Cuiuslibet est, tempore gaudere secundo.
Nos certa recordatio beat ante-malorum.

Specta aliorum incommoda.

Metire tua incommoda maiore ruina:
Planeq; videbis, tibi maiora deesse.

Sobria pollicitatio.

Promittere lente. Bene promissa tenere.
Promissa teneto tua: vel teneto linguam.
Namque illa fidem, re haud animata, decolorant.

Amici pauci.

Inquit Sapiens: Una dies pinget amicum.
Heu heu mihi quot horula iam pandidit vna.
Vt sit tibi verissima sententia vulgi,
Quot vis, tot amicos numera: experire paucos.
Est prorsus idem, perdere & experiri amicos.
Ita friget amor mutuus: vmbra luce cassa est.
Sic dira fames aurea pectora obstinauit.

Taciturna fides.

Quantum liceat per tua commoda, & decorum,
Commissa tege fideliter: aut ne auribus hauri.

Fides ex promissis.

Serua, quasi iuratus: vbi quid excidit ore.
Iurans aly, non sibi, se reum peregit.

Iudicium in amicitijs.

Ne te puerorum leuibus legibus arma.
Lente para amicum tibi: lentiusque solue.

Beneficus esto.

Ah ah miseros ne fuge, pauperumq; vultus:

Tibi qui speciem fronte ferunt tui, ac tuorum:
Secumque gerunt premia cælestia regna.
Vbi [illegible] potens: eius hoc est putre cadauer.
Sceptrum quoque nos gessimus: & modo sumus quid?
Auram peregrinam trahimus, precariamque,
Mitis Domini munere, Regis optimi, almi.

Dexteritas ingenij.

Pauci quod habent ingenio suo paratum:
Socium obsequio, beneficio viceris hostem.

Cultus virilis.

Sua quemque decent. Ordinis hæc regula puri est.
Mundum nitidum linque alijs: tibi vir esto.

Caritas.

Quæ non bona, non vtilis, opprimit gerentem,
Pelle inuidiam. te bona caritas beabit.

Vsus opum.

Si res petitur subsidio, vsuique rerum:
Vsus moderatus facit, haud copia, ditem.

Intempestiua opulentia.

Plus multa deesse expeto, quam multa cupiisse.
Opulescere qui vult cito, præceps ruit vltro.

Lites fuge.

Lites fuge, quantum potes: ac tuere parta.
Sine lite quæ decidere, quam dare aduocato.
Impensa semel hæc erit: illa fine nullo.

Vitium.

Pretium vitiorum, nota publicis periclis.
Absumit edax sic vitium suos clientes.

Beneficium.

Thesaurus erit gratia, quam debet amicus.
Dando nihil amittitur: aut redibit illud:
Si non redeat: tum tua magnitudo vincit.

Tran-

Tranquilla diligentia.

Quod habes, sat habe: sed meliora quare porro,
Si fors dederit, suscipe: sed quietus esto.

Fors communis.

Nulli miseras obtice vitæ inanitates.
Natura parens vnica: Fortuna nouerca est.

Beneficium bene collocare.

Sine iudicio ne bona collocare tentes.
Benefacta, multis quæ data sunt, sunt malefacta.

Adulatorem fuge.

Si flat quis adulator, abi: pestis ab illo est.
Ne de te alys crede prius, quam idem tibi ipsi.

Resipiscere.

Ad te redeas, sicubi fugisse vides te.
Natura sinum pandit, & euocat fugacem.

Laudem merere.

Ex ore boni quæ fuerit laus profecta,
Si non videaris meruisse: fac, mereri.

Vota sobria.

Magna irrita debent fore vota, parca plena.
Nam tu vnus homo ne bona plurium occupato.

Hilaris dator.

Prout eris facie, atque ore: proinde facta sient.
Verbis premitur gratia, sit ve grata vultu.

Humana & diuina.

Cælestia miratus, homo humana recense.
Cæli maxima portio iuncta cum minore est.

Benigna allocutio.

Paruo preciosissima verba multa constant.
Conflatur amor laude, perit procace verbo.

Dubia ne asseuera.

Ni certa scias: cuncta quasi incerta, relinque:
Et da in medium, quæ sibi quisq; vindicabit.
Nec vera tenax asserc, si vultus eorum
Mendacia præ se ferat. Hæc est fuga culpæ.

Consulto incœpta.

Mature obita, hæc illico semifacta credas.
Mora consilij lenta, cita expeditur arte.

Illecebræ infelices.

Hæc, quæ prohibet, flere facit, falsa cupido.
Gnauos subeuntes labor allenat granatos.

Nostratibus non fidere.

Nostratia cum fluxa scias: vtrinq; tutus
Vives. aberit tum dolor, & leuis voluptas.

Seruitus libera.

Non est, moderata ordine, seruitus bonorum.
Qui legibus obtemperat, hic imperat ipsis.

Digni bona fortuna.

Si sceptra geris, te decet iis parare dignum.
Persona decens conuenit apta ludioni.

Mendax vilis.

Mendace nihil tetrius, euiratiusq;.
Nam aut te metuit, non Deum. at ille omnia nouit:
Aut decipere is te cupit, & Deum putat se.

Deo plena omnia.

Fortunaq;, casusq; sit, vt nomen inane:
Nil est vacuum corpore, sed minus Dei vi.

Populi inconstantia.

Ne crede furenti populo blanda, minasve.
Nanque hic minimo turbine turba dissipatur.

Innocentia.

Innocentia.

Si Scaligeri interfuit occidere ferro:
Vt regna, prius sanguine quæsita, foueret:
Malome humilem medicum seruare caducos,
Nec propterea stemmata viliora fient.
An nobilis, occidere: seruare, bubulci?
At queis animis decet ad fastigia tolli,
Sublimis, & interritus imminebo terris.

Licentia non est libertas.

Tu, nolo, putes libera, quæ licentia sunt.
Parere Deo, & legibus, esse liberum, hoc est.

Ne contemptor sis.

Quum quid tumidus despicies: tum tua spectæ.
Nihilo meliora inuenias: sæpe pudenda.

Gradus ad fauores mutui.

Laudarier a plebe, aditum dat ad Senatum.
Laus ore Senatus dabit imperare plebi.

Cauta fortitudo.

Forti ire retro non licet in feris periclis:
Cauto, neque procedere: si quid obstat acre.

Consulta locutio.

Nil te subito lancinet: assuesce morari:
Pars consily maxima sub tempore sana est.
Verbis animi lumina præuenire, stulti est.
At tu melioris Genij prouida proles,
Lingue in medio turbine, compos, atq; victor,
Audire citus, dicere lentus, atq; cautus.
Qui multa leuis loquitur, multa & obloquetur.
Pauciſsima si dixero, pœnitenda vix sunt.
Cunctatio mentis nisi matura relaxat:
Dat quisque foras talia, qualis intus est mens.

Liberalitas.

Quæ tu nec habebas, & habes, dato haud habentis
Quid quæris habere, idem habitis nescius vti?

Ambitio.

Aut ambitio sit procul: aut ambitiens
Seruire decet inde: vel abstine fritillo.
Indignus erit laureola timens pericla.

AEquanimitas.

Quod fata dederunt, cape: sperne, quod negarunt.
In se blaterat, faciens conuicia cælo.

Derisor irridetur.

Qui despicit artes alias, suam dat illis
Ridendam. Hæc igitur mutua, fœnorisque sæpe.

Falsus testis.

Male merere prius quam male mendacia dicas.
Tantum hinc aberit, testis vt esse falsus optes.

Morte amittuntur omnia.

Moriens alys delitias tuas relinquis:
Tecumque geris, nec geris aridos labores.

Pœnitentiæ fœditas.

Nolis aliquid, quod voluisse velle nolis.
Hoc efficiet prouida mensura futuri.
Prudentia, constantia inexplicata mater.
Constantia certissima pœnitentia hostis.

Concordia.

Concordia fratrum, atque tori, sunt duo rara.
Sed rara duo fœdera firmissima cæli.

Pauperis frons.

Desunt vbi opes, diuitiæ e fronte scatebunt.
Pauper saturat vota hilarans hospitis hospes.

Matura

Matura sententia.

Bis, terq; eadem repetita audias, rogesq;
Stulto cita sententia de iudice manat.

Contentio turpis.

Contende parum: fun ea victoria turpis est.
Cum sis homo tu: cur hominis imminere certas?

Duo flagitia naturæ.

Spurius bonus, & mula bona, mala duo sunt hæc.
Adeo, vitium vt versibus afferant canoris.

Laus ex ore proprio.

Sordet proprio murmure laus: vetus querela est.
Nec culpa minor fit, proprio carmine culpa.

Versutia.

Generat odia versutia, solitudinemq;.
Optabo procul degere, quem timebo, semper.

Aula.

Aulam repetit qui bonam, & vtilem, & fidelem:
Me auctore sequatur, duce me, meque sequente.
Si quis quaritur, nec fugit: huius in scrobe?

Par societas.

Ætate, opibusq;, atq; animo para sodalem,
Ærea comitatu crepuit fictilis olla.

Credulitas.

Ne crede nihil, nec cito, nec cuncta, nec omni.
Semper vacuus sit locus ille veritati.

Pauper sapiens.

Cur recta loquens despicitur pauper honestus?
Auri proba sunt pondera sordida in crumena.

Epichærecacia.

Non inuidiam sors bona, gaudiumve dura
Aliena creet. Supprime commune periclum.

Pax.

Tranquillus amor pacis, & humilis eligendus.
Non ambitio, quæ trahit atra bella secum.

Tori puritas.

Ne flagitio ne macula torum misselle,
Ritu pecorum: nanque animis ruunt decorem
Immunditiæ corporis, enecantque mentem.

Ne iura.

Nil iura. volet is qui tibi credere, credet.
Sat testium id est: sat Deus invocatus audit.

Piger.

Et vult, neque vult, qui piger: annuit, negatq;
Penitusque morando, penitus fugit seipsum.

Nobilis aergia.

Nova nobilitas, si est nihil agere; male valetis:
Si rusticitas proderit: illa si nocebit.

Alieno iudicio sapere.

Alijs videaris sapere, non tibi, tuisque.
Aut vive tibi solus, & in tuis beatus.

Muliebres fuci.

Ne decipiat fœmina blanda te, cauetos:
Fictis residet subdola frontibus venustas.

Neque spe, neque metu.

Nil deterius spe: necat hæc virum virilem.
Hinc abde metum carnificem serenitatis.

Ne regere maledicta.

Ride rabidi iurgia cantumelioſi,
Audiries indigna, etiam indigna referris:
Nec verba para, quæ te acuant pari furore.

Iudicia corrupta.

Quod iudicium subrumpitur munere, flebit.
Væ iudicijs, muneribus quæ infatuantur.

Hoc

Hos dira manet tartareis pœna barathris.
Iusta vt patiantur, male qui iniusta patrarunt.

Dolus.

Picti insidias pectoris, osque suberatum,
Recti reminiscens opifex abominatur.

Reprehensorem dilige.

Tibi qui tua facta arguit, hunc dilige multum.
Similemq; sui te cupit: & facit, quod in se est.

Asperitas.

Præceps ruet in perdita, qui sapit superbe.
Clementia homo tollitur ad sidera cœli.

Amor Dei.

Momenta decori dat amor sui, Deique.
Qui se atq; Deum nouerit, huic omnia nota.

Tristitia.

Sine tristitia viuere, sola vera vita est.
Ante interitum concreat illa mille mortes.

Prauitas.

Prauum ingenium suscitat in die tenebras:
Et nigra facit candida, & hæc in illa vertit.

Calumnia.

Recte faciens effugies calumniam omnem.
Nil pertinet ad te, quod is efficit suum esse.

Dictis facta paria.

Qua non facias dicere, id est, quod es, nec esse.
Nec, qua facias dicere, fortis, aut modesti est.

Inopis superbia.

Est ridiculum, incredibile, est profecto monstrum,
Miseriaque, superbiaq; simul tecto in eodem.

Ne cum impiis.

Mi nulla volo fœdera cum Deum negante.
Post Numinis alti studium statim parentes
Venerare & ama, si faciles: mali ferendi.

Admirator sui.

Plus dimidio fallitur, excidit que vero,
Mirans sua, soli sibi comparans ipsum.

Perniciosa.

Morbus, populus, carcer, amor: quatuor orci.
In militia quinta sedent tartara rerum.
Nec pura fides, nec pietas, nec horum imago.
Cuncta hæc superat maleficiis forum, ac ipsum.
Quin hæc superantur Ligurum unica triremi.

Liberorum væcordia.

Ut se serit, ut pater in filio relinquit:
Vitæ patris est mors mala, stulta vita nati.

Prodigus & auarus.

Effusa manus hoc habet: esurire tanti.
At auara manus hoc habet: esurire gratis.
Quod q; hic emit, hic vendit, utriq; quod adest, deest.

Nostra vitia.

Legi vitia, ac plurima, terra fœminarum,
Inscripta libris fatuis, sordidis, ineptis.
Si flagitia infanda, & abominanda nostra
Curem seriatim numero canenda certo:
Vix illa tibi pars quota centesima fient.
Tum sic, qui alios iudicat, is ipse damnat.

Virtus sibi sufficit.

Virtus Nemesis despuit, aleamque Virtus.
Nunquæ eius Acatus haud vehitur flamine sortis.

Senex

Senex ineptiens.

Mala iura iuuentutis, ineptire, vagari.
Quo iure senem absoluis id ipsum facientem?

Crapula.

Fœdum crapula, fœdius omnibus latrinis.
Contenta pusillo sibi natura quiescit.

Ignaui vota.

Cur sole gelu corrigis, aut igne tremorem,
Nec vota facis, quo Deus abs te auferat ista,
Tum si quid eges, absque opere, id Deum rogabis?
Sua vota fouens absque opere, absque pane mandit.

Pueritia imbuit.

Quod tu instituisti puer, haud abibit vnquam.
Tecum tua facta, & tua dicta consenescent.

Ne persequere vltionem.

Si, quæ meruisti, referas præmia vitæ:
Quis erit miser? quid misero quid ergo fiet?
Tibi parcit Deus: cur tu alijs parcere non vis?
Mors est superi luminis, ardor vltionis.

Fastus absit.

Sortis bona nactus, moderare: fastus absit.
Contemne nihil. tu quid es? hac lege supremo
Contemptilis a iudice contemptor habetur.
Tabet celeris gloria temporis ruina.

Delator & adulator.

Delator, adulator, hiems erunt, & æstus.
Illo apud alium nil eris: hoc apud teipsum.

Recte agere.

Tua facta, aliorum mala fac soluere dicta.
Cogas bene de te quoque sentire malignos.

Ætas

AEtas fluxa.

Vultum ſtabilis quis ſibi polliceatur æui?
Fideſne fugaci numero ruentis anni
Nixus viridis luminis ac flore iuuentæ,
Qua prius abit, ac præteryit, quam adeſſe ſentis.

Amicitiæ transfuſio.

Serua fidei pignora patriis amicis:
Vt certa vides integra ſeruaſſe parentem.

Somniorum veritas.

Qui vera negat ſomnia, ſomnians profatur.
Nam [illegible]mel inuenimus, & nimis frequenter.
Perraraq; nox præterit abſque ſenſione.

Simplicitas.

Laus ſimplicitas: fraus ſimulatio. Elige ergo:
Vtrum ingenio dignius, explicatiuſque.

Non facere iniuriam.

Felicius vltro accipere eſt, quam dare damnum.
Quanto leuius fit, miſerum, quam fore nequam.

Ne pertinax, ne fractus.

Molli nihil eſt pinguius exilitione:
Nihil aridius glutine pertinacitatis.

A temulento.

Vinum tibi conuicia, non virum, putato
Facere, ex epulo quæ tibi fecerit reuerſus.

Placida mens.

Bona ſunt placidæ ſemina cogitationis.
Tranquilla ſeges hinc quoque, meſſis & quietis.

Cor Deum placat.

Non ſtultæ Deum copia: pura corda placant:
Qui non eget, & vltro dat hoc, datum quod abs te eſt.

In labore laus.

Nullus meruit viuere, qui fugit laborem.
Fucis agilis præstat apes omnibus vna.

Infimos ne contemne.

Ne despice plebis minimum: Deo placebis:
Qui vasibus ex fictilibus sæpe recondit.

Erga liberos moderate.

Natis facilia ne dato dicta, nec seuera:
Namque inde solutos facies, hinc malefidos.

Mitte pertinacem.

Frustra monitum linquere perge pertinacem,
Impensa, opera & disperit: at non minus ille.

Neque fide, neque diffide tibi.

Ne fide tibi, sed neq; diffide, modus sit.
Verum esto aliquid, non nihilum, sed neque totum.
Illud pecus: hoc bellua: neutrum homo, quod es tu.

Obedire parentibus.

Plane aurea vox cælitus: audire parentes.
Num cornua dedit agno aries, vt impetatur?

Hosti mortuo ne detrahe.

Ah parce libens manibus, & laudibus hostis.
Ne posse modo, non potuisse te putemus.

Senectus veneranda.

Quenam ratio rideat aridam senectam:
Si currimus omnes ad eam, qua vltima vitæ est?
Longus beat vsus memor, exemplaq; rerum.

Sociorum similitudo.

Prudens socios elige. prauitatis orsis
Peccata notam non leuem inurunt alienæ.

Phy.

A fornice qui haud abstinet, is nec est monendus,
Sed fuste abigendus: quasi brutus & petulcus.

Vetus amicus nouo.

Veteri socio ne nona compares amici.
Ignotane notis dabis, incertaque certis?

Noli mutuari laudes.

Ne solicitet gloria fanerata famam.
Nec lauda alium, laudibus ille te vt vicissim
Tollat. Vitio hoc febricitant recentiores.
Muli soliti ista rudere mutuum, scabuntque.

Amicorum liberi.

Ne gratia cum vita abeat suauis amici.
Verum officijs affice liberos eorum.

Caute agere.

Tete, quod agas, consule: tum consule doctos.
Nunquam sciat indusium, quod togæ pararis.

In peius.

Raro in melius facinora mortalia tendunt:
Ætas vitijs ebria, consenescit illis.

Auri atra fames.

Auri atra fames perdidit infimos, supremos.
Natura docet te vndique abominari auarum:
Quæ sponte parit, de gremio cuncta refundens.

Opes pernicioſæ.

Ex diuitijs gloria, fumus est ab igni:
Quem vt parua aqua deleuerit, exuet calorem.
Sic sunt generis stemmata, vestigia (odri,
Aut magnanimi Cæsaris impressa in arena:
Quæ turbinis insania vertigine verrit.
Quin semper opes legimus, vt periculosas.

Humilitas

Humilitas noſtra.

Sunt ſordida, quæ dixero, digna ſed relatu.
Quem muſca ferit, collige, quantus, & quidesſes,
Dormireque qui cogeris, & pati calores:
Algere, cibum ſumere, et locum parare:
Fœtere cadauer, putris eſſe vermis eſca.
Quis ſecum ea conſideret, is nihil tumebit.
Condire ſed hæc omnia conuiens decoro.
Regemne te ais? magnanimum ergo habe, ac beatum:
Patrem populi, regis imaginem ſupremi.
Decet hominis onus iungere cum regis honore.

Ruſticus regnans.

Nulla eſt grauior bellua ruſtico potente.
Ignobile ſceptrum cito detegit gerentem.

Beati mites.

Fuſus cruor eſt vndique nobili venenum.
Cæli ingenijs atria mitibus parantur.

Cultus ſacerdotum.

Venerare, ſacros inſula quos tegit, libenter,
Doctos ſacra myſteria, conſciosque fati.

Talis tu qualis ſocius.

Talem ſore te dixero, qualis eſt ſodalis.
Vmbra eſt ſocius vel tua, vel tu illius vmbra.

Nocturni cœtus.

Lux eſt operi fulgida dedicata ſacro,
Qui nocte vias it, facit is digna tenebris.

Compara noxas.

Si quid pateris, vel merito, vel immerenter:
Grauiora videns plurima, ſuſque deque habeto.

Bono-

Bonorum malorumque memoria.

Si firma cupis pignora stent integra mentis:
Nunquam mala certas edimant notas bonorum.
Vestigia nunquam bona deleant malorum.

Si non honestum, at pœna.

Si luce decori haud veheris: fulgor honesti
Si haud monuerit: at pauidum te pœna mouebit.
Impune mali, immune boni nihil videtur.

Munus animo metire.

Metire animo munera: quantitate noli.
Quin exiguis addito verba ampla benigne.

Fortunæ dilatio.

Ne verba putato data: dilatio dira est.
Fortuna malis parcit, vt acrius perurat.

Vitæ electio.

Ex consilio selige, quam sequare vitam:
Non omnia nanq; omnibus expedire, certum est.

Vegeta vita.

Anima est anima strenuitas gnaua, vigensque.
Vita caries otium, & hectica ægritudo.

Pleonexia.

Ne credideris fletibus hæredis egeni.
Omnes sibi malunt, quam alijs. Omnia clamant:
Primum mihi: post hac mihi: semper mihi: totum.

Sermo castigatus.

Arguta nimis sunt odiosa, nec placebunt.
Gyro mediocri glomerata dicta pascunt.
At prætereunt languida laxitate fluxa.

Paucis fidere.

Clarissima sententia: confidere paucis.
Sed clarior est altera: confidere nulli.

Ne simula, nec dissimula.

Nil dissimula, nec simula: hoc malis relinque.
Aiunt: simulanti simulato. Ast ego contra:
Nunquam simula: nec mala te malum esse cogant.

Quæ satis.

Quantum biberes, vinea sit satis superque:
Quantum capiat te, domus: hospiti cubile.
Quantum poteris, possideas arationum.
Nulli tamen iniuria, propter hæc, patranda.

Vigila.

Intus mulier prouida: vir domi, foriſque.
Primus tepido surge toro, vltimus cubato.
Dormit vigili te Geta: dormiente fur est.

Frons ditat donum.

Ne crede datum, quod dabis: aut dato libenter.
Inuita manus iugulat, gratiamque vultus.

Felix quis.

Felicis vbi quæsieris notas, habeto.
Lex prima bonum postulat, adiunctã scientem.
Vult tertia sanum: ast agilem quarta, vel acrem.
Hanc quæ sequitur, diuitiis explicat triumphos.
Miscere queas omnibus id quod est Venustas.
Sed res penitus maxima gratiam mereri.

Ignauia.

Qui nihil faciendo, simulat fallere tempus:
Ipsum hoc, quod habet, non habet: ac fallitur ipse.

Magnanimitas.

Iustum premito nullibi, subleuato prauum:
Si forte dabis commoda fomenta ad honestum.

Sapiens insania.

Insania quam mellea, quam dulce venenum.

Rerum latitans in gremio quarere verum
Crescit sitis: extinguit eam inscitia sola.
Ast prodigere hue tempora, tempus est lucrari.
Nanque vmbra Dei fulgida sola dux perennis.
Non vmbra tamen est, nisi caligine cæcis
Humana oculis sit, quasi nyctricoraceis.

Nequam fit peior.

Si forte manes, vt malus e malis resurgat,
Torqueberis vrente mora. Cœnum erit vsque.
Nequam tibi sit tetrior in dies seipso.

De stulto & sapiente.

Partita vices est quasi Natura. Potens est
Multum sapiens dicere: ferre pauca stultus.

Sumptus.

Prompte facere, in qua est opus, haud verere sumptum.
Nanque vsus opum terminus, vnicusque finis.
Verum ne egeas, pone operam: parca manus sit.

Neque fallere neque falli.

Quid turpius est, fallier an fallere iusto?
Falli nequit, at noluerit fallere prudens.

Veritas.

Debet potior vincere veritas amicum.
Ille arctus licet, ambitus omnium capax est.

Sapiens sibi imperat.

Patitur sapiens se faciente, se monente:
Faciente alio ne patiatur, & monente.

Occasio.

Quæ regnat, ei te dato, commodumque prabe.
Occasio sic seruiet, ac tempora figet.

Fors sine virtute.

Fortuna repentina vetat fidere sceptris:
Nisi fulgida virtus comes adsit, & receptet.

Ira

Ira ex dolore.

Ignosce dolori, male qui exarsit in iram.
Ignoscere & irae decet in verba ruenti.
Non hic loquitur, sed dolor, atque ira loquentis.
Et gratia, qui non dolet, est habenda Fatis.

Diues iniquus.

Nil pauperius diuite colligente, iniquo.
Nil diuitius paupere continente, iusto.

Victus ratio.

Exple, o gula, desiderium cibi, merique,
Non delitus, sed merito famis, sitisque.

Constantia mediocris.

Nil tumetuas, & tamen omnia extimescas.
Mera ne fuga sit: nec fuga sit mora. hoc cauebis.

Mediocre iudicium.

Ne magna puta, quae videas caduca: non sunt.
Ne paruum habeas, quod videas perenne: non est.

Prouidentia.

Ne quid subitum te occupet, hoc praeoccupato.
Tendens aciem mentis: vt hoc nouum vetus sit.
Sic rerum animo prospice diligente causas.
Qui principium nouerit, exitum docebit.

Bene incipe.

Coeptis bene consilijs coepta perseuera.
Sic ne incipe, qua non tibi sunt sequenda honeste.

Poeta.

Venerare sacros candidus integerq; vates.
Vitijs boni inhabitabile pectus est poeta.
Sola a se cohors barbara & ebriosa pellit.

Maledicentia.

Turpis maledicentia, nusquamque ferenda,

Sese lacerans conficit, in seque redundat.
Quicunque alij detrahit, hoc grauat seipsum:
Cum nullus homo sit sine reprehensione.

Suspicio.

Si suspicio te quatit: ocius peristi.
Nusquam es, neque apud vel socios, vel ipse tecum.

Fatui vota.

O quam fatuus putida vota diu susurrat.
Impone Deo quod tibi sciat esse necesse.

Tentare etiam ardua.

Est ridiculus Sisyphus irruente saxo:
Tentare tamen, magnanimi interest, futurum.

Vultur Africanus.

Patrem senio iam gelidum, situque fractum,
Nudo capitis caluitio, atque glabritate,
Ecce reficit munere vultur Africanus.
Hoc idem grata ciconia: cui Graecia verbum
Iccirco nouum condidit hoc, ἀντιπελαργᾶν.
Pro quo Latium det, reciconiare, nostris.
Haec tot cano verbis: quia quocunque nefanda
Peior Sphaeloobliuio gratiae receptae est.

Ne minitare.

Ne crimina iacta tua: ne minare verbo.
Nam siue potes perficere: admonere stultum est.
Seu non potes: os bellua, stultiorque stulto.

Fortitudo quid.

Vltro nec omnis appete, nec time pericla.
Vtrumque procul fortibus est, furor pauorq;
Fortis, fugientem temerarios furores,
Contemnere vitam simul, & cauere mortem.

Conti-

Continentia.

Usus modicus commodus, extrema recidens:
Solus scopus, atque unica meta continentis.
Natura boni limite contenta quiescit.
Quodcunque modum transilit; id malum esse certum est,
Quodcunque fluit plus satis, & modum quod infra est.

Vtile quod honestum.

Ne crede, quod aiunt, cadere vtile a decoro.
Qui duo putat, haud vtilis ille, nec decorus.

Animi sinceritas.

Te sceptrigeris imperijs decet ortum
Strumosa anima barbara subdoli supellex.

Bona consilia non mutare.

Ne te instabilem crastina deprehendat hora:
Si consilio sunt sapiente constituta.
Mutare alioqui mala destinata, virtus.

Dator tardus.

Potes & facere ingratum, vbi des piger, superbus.
Quo plura precans verbula funditabis: hoc plus
Obstipa Syri colla tenacis obrigescunt:
Ne sponte volens annuat, ac vota secundet.

Lauta parsimonia.

Lautitia rara, ac moderata, omne per ævum,
Certissimum, & est vtile vectigal inemptum.

Fœcunditas.

Nulli steriles fas fuit exprobrare lumbos.
Polytecnia non est polytechnia vlla, verum
Polytychia forsan. Numerum nihil iuuare,
Priamo, Niobe, testibus optimis probabo.

Ne metue fatum.

Stultus metus immobilis est necessitatis.
Est bis miser is, qui metuit, quod est futurum.
Nam quum aderit, patietur: nunc patitur, quod abest.

Expectatio peior malo.

Tormenta placent omnia, si moram recenses.
Etiamque malorum mora peior est malo ipso.

Lente polliceri.

Tarde annuere, est species quasi picta negantis:
Nisi si sit opus iudicio, atque spectatione.

Exprobratio.

Ostendere si cui benefeceris, caueto.
Omnino perit gratia ab exprobratione.
Atque hinc beneficio precium illico est solutum.

Vitiorum allectamenta.

Nil est vitijs blandius, vt semel recepta
Ad seria dant desidiam, otiumque spirant.

Inertiam fouet beneficentia.

Recte periit sportula congiariorum.
Nam munera multis data sunt inertiæ arua.

Maledicentia peior damno.

Maledicere, longe acrius, ac nocere damno.
Offendere, multo minus, ac demeruisse.

Resipiscere.

Vt vere nouo populus, & quercus, & ilex,
Hiberna cadentis spolij damna resarcit:
Vt virgo Bicornis noua menstruo recursu
Prafulgida, noctuagoque refecta colore
Rursus vetuli reparat dispendia vultus:
Sic nuda Deo pectora, viduata nitore,

De sole refulgentia sempiternitatis,
Instauranda grauis, reor, eruta e veterno:
Ne accepta dies tenebræ reddatur inertes.

In re bona bonus animus.

Si sorte tibi sunt data, res bona, & voluntas:
Noli bona seiungere, dissipare iuncta.
Nec dira voluntatem adimat bonam cupido.

Vita fraudulenta.

Est vita sui transfuga, quæ fugit quietem.
Plusquam illa sui transfuga, quæ fugit laborem.
Quidnam illa, dolis, crimine, si qua emit dolorem?

Popa.

Quanto est oneri sibi popa ventriosus ipse,
Laxo patris abdomine. plurimum huic laboris
Susceptum alys, & sibi, vt ad nihil valeret.

Soluc.

Quod debueris, cum poteris, ne dare differ.
Qua debes, tua siquidem non esse putato.

Conuiua sobrius.

Conuiuam adhibe sobrium: vt inde hoc esse discas.
Ipsum efficies sobrium. vt hoc te esse docebis.

Stoici saxei.

Fuge stultitia Stoica præcepta rigentis:
Monumenta animi plumbea putidi, loquacis.
Contemne feræ pectoris, ferreosque vultus:
Ciuilia qui destituunt commoda vitæ.

Tu tibi censor.

Ne quære foris carnificem: te ipse coerce.
Te præueniens nunquam alys præuenieris.

Liuor in potentia.

Contemptus, & ex inuidia, potentiaq;

Odium, media ad culmina sunt duo tyranni:
Vt vix hominum hos vnus, & alter expiarit.

Otium negotiosum.

Felix, cui adimunt otia nihil de labore:
Vt, cum sit opus, sufficiat, nec opprimatur.

Sui tumidus.

Fouet inuidiam magniloquus sui, superbus.
Caret inuidia muneris æstimator æquus.

Auro inhians.

Qui pendet ab auri radijs, pendet ab aura.
Nec sēipse meretur, precium ipse ipsius auri.
Si non satias efficiat modum volendi:
Saltem moneat te, genio inbente, quid sis.

Laus a laudato.

Solus mea laudet bonus, afferatque vultum.
Hoc præstiterit mi omnibus vnicum theatrum.

Dilatio.

Dilatio, pigritiæ molissima proles:
Hoc fac hodie: crastina lucta perdidit rem.

Regis opt. gratiam mereri.

Regem dederit quum tibi fors, 'Deusq; iustum:
(Henricus enim maximus, optimus, secundus,
Felix moderatur modo Gallicas habenas:
Qui iustitia, qui pietate, robore, armis,
Superat veteres, exuperat nouos triumphos)
Hunc fac meritis, officijs, fide, benignum.
Dabit ille propitium tibi se, 'Deumq; mitis.
Stultus superos prouocat, & lacessit vltro:
Illosq; reos faciens se reum propinat.

Solitudo inter vulgus.

Væ soli homini. Solus homo est pecus, deusve.
Te animo populis subtrahe, non pede: atque dura.

Mala

Mala meremur.

Nostro merito quæ patimur, quid execramur?
Electa sacris victima peccata Deo mens.

Matronæ dos.

Ne iactet avis stemmata, ne patris talenta.
Non dote, sed esto ardua matrona pudore.

Somnus.

Promptas hebetat somniculosa vita mentes.
Vivum sepelit nanque hominem hæc mortis imago.

Litium vorago.

Quo consilio conficias quoque id, videto.
Eme: damnum item emes. Non eme: dispeream moneta.
Sic non licet hoc tempore pauperem esse gratis.
O sancta fides, dic, ubi pauida delitescis?
Ubi Simplicitas, tartareis artibus exul?
Heu litigiorum rabies, furens Erinnys.
Heu iudiciorum fera, pestilens Charybdis.
Eheu remoras luminis, atque veritatis.
Ah iustitiæ tormina. Væ foro bilingui.
Ultoris ubi flammea fulgetra Tonantis?
Hic ignis, eritne ultimus ille, ter tremendus,
Horrentia qui ventilet incendia rerum?
Ita nos vorat hæc flamma medullitus miſellos.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER SECVNDVS.

Descende poli sedibus excitae paternis,
Mensura tui solus, & immensus, Iesu.
Clemensq; mei Genij vestigia firma.
Ille ales in altissima spiritu ferente
Excelsa tuo referens praecepta recludet;
In pectora se insinuans (aumontis amati.
Cuius vt ingenij speculam conderet altam
Natura videtur Dædala, quanta sit, omnes
Invires, & in artes acuisse suas se.
Huc ades, o Gotofride, sacra fœmina vita
Nostris operis prosata tu tuis rigabis.
Tum prorsus adulta metes felicibus horis.

Animi præcepta.

Quæ corporis afferre solent commoditates,
Præcepta dabunt e medicis erutta libris.
Hic excolitur verus homo, plena Deo mens.

Omnibus scripta.

Quæ scripta vides hic, tibi scripta indicato,
Quantum capias esse opus. at cætera linque.
Olim poterunt quæ te fortasse iuuare.

Pro captu.

Si multa potes discere, multa sunt tenenda.
Si multa tenere haud potes, ista pauca disce.

Repetita,

Repetita.

Siquid repetitum hic fuerit, quis improbabit,
Quum sic quoque vix fit satis ad receptionem?

Factiones.

Ciuilia, translatitium est, partibus vri.
Odio lacerantur proprio publica: quando
Stat perfidia in pectore gratuita duro.

Fides non ex successu.

Scio te stabilem, non leuia euenta sequutum,
Successus vbi deserit. At fides tenenda est.

Senectus inertis.

Frustra immeritam postulat illa missionem,
Est quæ vitys desidibus fracta senectus.
Summo huic fieri censeo gratiam labore;
Fraudauit vt olim Genium. Ergo ne fruatur.

Audacia in difficili.

Ne cede malis: contra etiam audentior ito.
Crescit vegetum cor simulatq; difficultas.

Verus diues.

Diues, sibi qui detrahit: haud qui addit aceruo.
Nanque huic satis est, qui eximit: huic deest, quod addit.

Mors vbique.

Incertum, vbi te mors manet: hanc mane ergo vbique.
Quicquamne velit mors feru decidere tecum?

Tædium in malis etiam breuibus.

Tecum numera annos: numerus docebit illos.
Pauci, si facies: hora miseris sit annus.

Palpo parasitus.

Emitur precio mens mala palpone bibace
Vendente. Famem ponit ibi, illamque reponit.

Vre ingratum benefactis.

Ingratum animum vince valenter benefactis.
Vres: reliqui nec sibi fecerit ipsum.

Virtus inops.

Virtus in egestate, hiemis pulchra dies est.
Nudata bonis gloria fumus est sine igni.

Fata illudunt.

Nolito aliena popularis esse culpa:
Nostro quod agit tempore maximum periclum.
Sed fata trahunt omnia, mentibus quę ludunt.

Ne iacta, ne mentire.

Quod tu es, stolidi est dicere: quod nec es, misselli.
Iactantia ventosa mouet friuola risum.

AEstimatio pro re.

Quæ vilia sunt, dicitur, hęc cara putato:
Et contra: vt acerbi fugias nomen auari:
Itidem cupidi quo fugias suspicionem.
At contra ego sic: Quicque suo æstimare censu.
Sic vtere. Da pro meritis, atque negato.

Labor fœcundus est.

Lucro labor addit bona: lucrumque labori.
Ignauia putris otia fert famelicosa.

Mores alieni difficiles.

Forti patria est omne solum: canit poeta.
Mores tamen admittere, durum est, alienos:
Præsertim vbi res artibus antefertur almis.

Satagentia.

Qui plurima captat, capit: indipiscitur q.
Mentis tamen est improba pompa curiosa.

Circulator.

Secum bona non ruminat vlla circulator:
Sed retia tendit fatuis, hiantibusq.

Orationis

Orationis ratiq.

Si quando loquentes Eranum damus Latine,
De re dubia, ac difficili quod explicemus:
Nusquam repetita, & breuis, & facete, simplexque
Et pura, tota oratio fucata molesta est.
Calamistrata nocentque, premuntque dignitatem,
Crispata, modique indiga, bracteata verba.
Nec tardiloquum, nec celerem, nec incitatum,
Nec qui leuis in curribus, impotens tui sis:
Volo te compositum: te tubeo dicere tractim.
Auditor vt & te audiat: audias te & ipse.
Si scribis: vt est mos facilisque, lexque rerum:
Quo quicque cupit tempora propagare vitæ:
Oratio sit lecta, sed haud maligna, turgens,
Fragosa, sinuque inuida, contumax sibi ipsi.
Peior tamen hac sordida, plebeia, fatiscens:
In qua nihil est vndique, quod mouere possit:
Suspendere nil auriculam seueram aceto.
Nostrum hac humili vuli sibi sæculum placere,
Gustu insipido marcidum, inertique palato.
Nanque ante abiens labitur, atque ingrediatur.
Res eligere hinc docta iubent dicta Sophorum,
Pro viribus: vt conueniat tibique & illis.
Ne rideat vnco fera gens Critica naso:
Nannilli humero stridere sub sarcina Atlantis.

Lucrum damnosum.

Damnosa lucra, incendia cum premunt ruina.
Delere malis nam mala, teterrima res est.

Gratis benefacere.

Gratis data sunt omnia per Deum benignum.

Quantum

Quantum poteris, tu quoque partiare gratis.
Venale bonum flagitium sit execrandum.

Latronis exprobratio.

Quod non male cuiquam facias, nec id exprobrato.
Nanque est beneficium, scelere abstinere, nullum.

Sis, ne videare.

Sis, ne videaris, bonus: hæc vivnda lex est.
Persona sui est, qui simulat: sui mera vmbra.

Modus sponte.

Sic pone modum rebus obediens secundis:
Ne imponere finem statuas coactus olim.
Felix ea sors, quæ arbitrio suo senescit.

Mare.

Vitare maris suadeo, plus satur pericla.
Quid tutum ab eo, quod male sanit in seipsum?

Parcus sibi.

Seruant alsis qui sua, stulte sibi parcunt.
Quæ tute paras, quomodo non tibi parabis?

Parca laus & culpatio.

Parce edere præconia, parciusque culpa.
Nec tu inde leuis, nec ab his inuidus recedas.

Leuis credulitas.

Ne crede cito credulus, incredulius vt sis.
(Vrbana loqui si liceat: rustica nec sint)
Eadem cito decredere cogitur misellus.

Sapida incœptio.

Metire prius, quid verearis, & quid optes.
Post aggredere, ac perfice: victoria certa est.

Cum seriis ioca.

Miscenda iocis seria, seriisque lusus.

Fit vuuidior Languida mens, paratiorque:
Animusq; remissius redit: ast abit solutus.

Quid, non quis.

Est inspiciendum benediligente cura,
Non quisnam hoc, & hoc dixerit: at quid hoc, & illud.

Quisque sui faber.

De coctor erit nominis is sui, atque vitæ:
Qui a se sapientem nequit impetrare vitam.

Vxoris aciditas.

Vxoris ineptos animos, atque proteruos
Obtundere si non potes: hoc tibi putato
Datum, ad exauendum patientiam virilem.
Nec verba timeto fera: nec sperne monentem.

Tanquam homo viue.

Ita viue tibi, quo reliquis viuere possis:
Quod tum facies, homini quum tanquam homo vines.

AEquabilitas vitæ.

Vitæ instar omans vnica sit dies, & hora:
Instarque vicissim tibi vita sit dies:
Similis sibi, & æqualis, in bono quiescens.

AEque audire ac dicere.

Condisce animo æquo bene contraria ferre:
Verum pariter dicere, & audire libenter.

Status consultus.

Certo modulo te, & tua metire probando.
Ne scande locos, e quibus inde sit ruendum.

Magnanimitate dedecus fugere.

Quanti est homini, magnanimus quem vehit ardor:
Cum dedecore, atque obsice timore pacisci.

Nepos & auarus.

Frugi esse nepoti vltima, & acerrima crux est.

Haud

Haud tantus labor, vt puto, prodigendi auaro.
Nanque agrius, existimo, sisteres ruentem:
Quam si posse volueris concitare pigrum.

Sapientia.

Perpaucis nimium sapientiam docebo:
Agnosce Deum: notum imitare: præter hoc nil.

Aperta fortitudo.

Ne necte dolos, non animo, minus reipsa.
Non causa alia vlla leo rex dicitur esse:
Non quia vegetus, nec quia præfortis habetur.
Num multa animalia sunt fortiora multo.
Sed quia magnanima palam gerit pectora fronte.

Astrorum scientia.

Quidnam astra ferant; stulta vetat quærere turba.
At cur facula flammifero arcentur olympo?
Quorsum hæc varys vorticibus rotatur ingens
Immensa polo machina? quid? grandine sola
Finitur, & ortu nius immensa potestas?

Animi altitudo.

Patere indomitæ sordida deliria turbæ:
At sic tamen, vt velle pati te, sciat, illa.

Assuesce malis.

Præsenti animo compositus perfer, & insta.
Assuesce malis, quo domites necessitates.
Non te mala lædent: nisi te ea lædere dicas.
Aduersa acuunt magnanimum: prospera mollem,
Labor ipse laborem abdicat, & dolor dolorem.

Captator.

Captator, vbi spes tua? quis deseret, euo
Huiusce fori labilis excidente, vades?
Metam tibi quis detulit amplioris horæ?

Mortem

Mortem ne opta.

Optare, malum est omnibus, vltimum dierum.
Præsto est. vbi iam venerit: illum abire velles.

Olitor opportuna.

Verbo veteri mentem adhibe. cautio clara est.
Sepe est olitor sordidus haud prava locutus.
Nec seruo animi vim rigida auferunt catena.

Scripta præcipitata.

Sunt, scribere quos gloria nominis futuri
Titillat, agit, fascinat, angit, vrit, vrget.
Multumque laboris capiunt, quod exprobretur.
Hos tu fuge prudens, fuge cautus, æmulari.
Ego frena do: calcaria sunt periculosa.

Ne sis irrisor.

Te respice: quid, quoties obiicis cuiquam.
Irrisio regerit eo se, vnde ducit ortum.

Ne fere verba.

Quimos stolidis: ne fere verba vana. Quin tu
Nec certa: nec auctor fueris malus, bonusve.

Opes ignobiles.

Refert, quid erat: non quod habere iactat amens:
Quid sit, populi viscera qui vorat miselli:
Æraria qui regia suppilat onustus:
Cui nullus amicus, nisi qui nihil rogabit.
Nullus Deus est, sit nisi nummularis arca.

Senex, fer iuuentutem.

Fer stulta, senex, que iuuenes patrant, benigne:
Retroque tui respice dicta, factaque aui.

Debita.

Debes patriæ, quod dedit: hec vita vocatur.

Debesque patri non minus in loco secundo.
Debentur item tertia proximis amicis.

Senex auarus.

Recte sapiens de senibus dixit auaris:
In fine vitæ vasa viatico parare.

AEquum pete.

Haud vnquam alium poscere, quod negare possis.
Nunquamque neges, alium quod poscere possis.

AEtas magistra.

Vita sapiens plurima pædagogus ætas.
Monstrare sed vbi incipit, tibi desinit esse.
Quocunque igitur tempore præcepta recense:
Facque vt tua sint: feceris exequens, quod aiunt.

Senectus.

Mors præueniens mortis acuta tela certe est
Ignauia, rigens, sentá situ, blaca senectus.
Virtus nisi condiat alma asperum hoc venenum.

Fuge blanda.

Quæ blanda colorant potius, quam acerba, vites.
Ingressus in his tetrior, egressus ab illis.

Aliena errata dissimula.

Errata tua ex insidiis identidem hauri.
Aliena prudens dissimula, nec obloquare.

Doce & docere.

Quæ scis, facilis, candidus edoce rogantem.
Nescis? profiteri pudor est. Quare doceri.

Ne malignus.

Simplex tua vox, auris, & in simplicitate.
Captare sonos ambiguus malignitas est.

Vitium non hominem odi.

Sic vive tibi, sic aly; vt dicere possit;
Te pacem homini, te vitio indicere bellum.

Nosce

Nosce & ama.

Post iudicium quisquis amat, diliget usque.
Non tollet amor iudicium, aut illud amorem.

Tecta odia.

Peiora puto aperta odia, atque aperta multo.
Illis dolues incommodat: hec licet cauere.

Pauper & diues qui.

Quis pauper erit? qui sibi sic esse videtur.
Non Pythea diues erit: si haud esse putabit.
Exempla tibi somnia ab utroque parabunt:
Queis diues miser: etiam pauper est beatus.

Ne time, ne timearis.

Ne tu time: nec timeare: utrunq; crux est.
Quem multa timent, multa timet. Regula sana est.

Pro bono malum.

Ut propensa malo, hominum natura rependit.
Non est etenim par ratio ingens amoris.
Nam multis benefecimus, & prodimur illis.

Plebs contumax.

Nutrit capita urbs plurima contraria vero:
Et vero, & honesto. Magis aversa, molesta,
Quo tu rationes magis afferes decoras.
Ne te tamen absterruerint dicere verum.
Auctore malo publica ne res mala cedat.

Fatum inuictum.

Fatum, Herculis est Excetra. pullulabit ingens
Ultro capitum copia, si dempseris unum.
Quare satius vulnera perferre nocentis:
Lucroq; mero apponere, si mali quid absit.

Maligna taciturnitas.

Obscura aliqui pectora comprimunt silentes:
A te hos penitus, protinus & fuge, & fugato.

Laus a quo cuiusmodi.

Laudarier a turpibus infamia vera est.
Laus est hominis maxima, displicere pravis.

Semper paratus ad omnia.

Attenta sibi mens tua sit semper vbique:
Ne sorte nouis turbinis imparata nutet.

Versipellis.

Non inter amœna ingenia, est locum tenere,
Pellemve suam dignus habere versipellis.

Autarcia.

Qui est sat sibi, cum dsuitys fuit creatus:
Nec pendet ab insidiis arrogantis aui.

Lusus pro commodo.

Ludis quibus, & quatenus impendere tempus,
Exercity commoda te docere debent.

Modicæ substructiones.

Modice adifica: hospitibus sat tibi, tuisque.
Quare, Megara, Græcia dixerit, memento.

Eligere quod loquare.

Conuiua sile plurimum, & electa loquare.
Etiam ipsis in initiis pœnitere, serum est.

Iniuria.

Iniuria, quamquam accipis, iniuria non est:
Ni illam esse facis: magnanimo nihil nocetur.
Ne vlcisere damnum, imo satis sit, potuisse.
Ignoscere, vindicta viro maxima fortis est.

Tu tibi factorum testis.

Te teste, satis, quicquid ages, exige de te.
Haud maior erit testis in omnibus teipso.
Omnesq; timere incipe de te ipse primum.

Hu-

Humiles nobilitat virtus.

Quem haud accipit altum facit in stemmate virtus.
Si iuncta simul sunt duo; plenissima sors est.

Blanda salutatio.

Quemcunq; suo nomine de plebe saluta.
Magnis iubet usus solidos reddere honores.

Paulatim fit bonus.

Mentis liquide fulgure par Deo potenti
Vulgum sapiens despicit ex loco altiore.
Verum haud cito fit vir bonus, & sero videtur.

Nil contemnere.

Contemnere magna, esse viri magnanimi, aiunt.
Contemnere quicquam, sed ego, ingenij maligni.
Tum magna sequi, magnanimi. Sed tamen illis
Hærere: mali deputo, nec sibi fidelis:
Qui non bene pro fine viaticum recenset.

Te circunspice.

Anima misera, circunspice te, tuosq; nutus.
Multa accipies prouidus, exuesq; multa.
Portoria mortis puto facta, dicta nostra.

Dolor tollitur sapientia.

Mutatio mentis leuat, haud locus, dolorem.
Nemo vt fugere se valet, ac linquere ibidem.

Vitia redime virtutibus.

Vitia redime virtutibus, atq; age in triumphum.
Sunt cauenda, vel tegenda, vel recondienda.

Verus homo.

Contempta homo res est, nisi cælestia curet.
Quin esse videtur mihi non homo, non aliud.

Cauillus odium.

Fermentum odij gloria mutuis cauillis.
At simplicitate furens extinguitur ignis.

Tui dominus esto.

Te te capere, effundere te, patiq; disce.
Te cogere, laxare, repastinare. sic te
Cogens, neque cogis, neq; cogeris coactus.

Gnaua quies.

Quam grata quies est: vbi se labor peregit,
Ignaua quies temporis est merum venenum.

Consule.

Ne consilijs alterius regi recuses.
Esto illius: atq; esto tuus: tuumq; serua
In posse tuo velle, modum in velle alieno.

Dolor.

Admitte dolorem quasi homo, & quasi homo vince,
Etiamque ruant omnia: ne cede dolori.

Diligentia.

Inquire: labor prodigus est sui, petenti.
Falsum excutias impiger: exilit. suasque
Sortita vices candida veritas anhelat.

Bono sæculo nasci.

Opulenta bono est sors bona sæculo esse natum.

Amicum recupera.

Amissa recuperare stude, ante omnia amicum.
Nec tu maledictis odium irrigare pergas.
Sed de hoste prositeare animi verba benigni.

Disce viuere.

Natura satis quod voluit sibi esse rerum:
Cur non homini sit quoque? Quid quaris inepte?
Orbes alios? prius in hoc viuere tenta.

Gula.

Domino insidijs imminet operosa culina.
Tandemque gula subruet aridis ruinis.

Embain-

Embammata suauissima ieiunia longa.
Refertq; nihilum, vnde siti petatur vnda.
Sed picta dabit Myrrhina cum puluere sudor.

Hæres munificus.

Ægro hæres agens munera, vultur ad cadauer.
Quandoq; tamen lupus est, vulturisq; vultur.

Prodigi alea.

Cum sorte sua prodigus insolenter amens
Rixatur: ouans ludit & ipsa damna damnis.

Arbiter.

Quam sæpe duos litigijs inter amicos,
Facere officium iudicis, est periculosum.
Tentare potest optimus: absoluere felix.

Haud lugendum.

Vitæ lacryma aut omnibus, aut debita nulli.
Nam aut æqua quies omnibus: aut labor sepulcri est.

Puer argutus.

Æstus pueri, præpropere explicata virtus
Segnem, aut fatuum, aut terribilem indicat senectam.

Scire viuere difficile.

Nil difficile est iam magis, ac viuere scire.
Nec quid, viuere sit, scio: nec scio, quid haud sit.

Benignitas.

Hosti moderatus fueris, comis amicis:
Quocunque loco progenitum, coccum, aut tyrannum,
Clementia vel sola potest Deum creare.

Animi firmitas.

Nunquam, bone, despondeanimum turbine rerum,
Quin dic: mihi da fors, quod ego vincere possim.

Doceri vtilius quam docere.

Aut vt doceam, quæ scio, disputare par est:

Aut vt docear. gloria tum vexet inanes.
Vinci vtilius nanq; quia vincere nil est.

Contentio vocis.

Vocis modus esto. Sibi vult licere plenum
Intendere clamore forum, nauta, bubulcus.
Tum non nisi quos futilis insania versat.

Ebrietas.

Extinguere me malo siti, quam ebrius esse.
Stola si Iouis est ebria; ne Iupiter esto.

Te rebus, tibi res.

Res consilys qui excoquit, is fruetur illis.
Par est, tibi res, te quoque commodare rebus.

Virtutis comes gloria.

Est gloria virtutis, vt est corporis vmbra:
Ast vmbra ea stat lumine fulgentior omni.

Mundi typhones.

Va turbinibus, vaq; Typhonibus quietis:
Belli quibus est pax operosior ruinis.

Vita non venalis.

Turpi precio nullibi nostra emenda vita.
Nec vendenda. Honor vnicum premium bonorum est.

Debitores.

Quantum poteris, nominis o effuge nomen.
Debere, necesse vnde det, insepulta mors est.

Res non opinio.

Perpendere res ordine, non opinione
Natura iubet: nam precium his ordine pendet.

Iuuenis moriens lucratur.

Moriens iuuenis plurima fata dura ludit:
Sed fatis tamen est opus hoc bonum, bonis.

Mundi

Mundi inquilinus.

Mundi quid agam cogito lentus inquilinus.
Quis me iubet abscedere? quonam vsque maneba?

Lectio.

Multos prouehit habilis lectionis ardor.
Alit ingenium lectio, nec sinit putrere.

Sibi pacata mens.

Secum sibi pacem faciat: pacificata
Poterit dare mens omnia, tunc eris beatus,
Ne tu modo ne subtrahe fulcra sanitati.

Acquiescendum vicissitudini.

Nocturna Dei tempora sunt, atque diurna,
Ver, æstus, hiems, frugiferi meta caloris.
Cur ergo tibi displicet hoc, vel hoc, vel illud?
An tu melius scire queas, quod est nouandum?
Quam qui facit, & reficit, destruit, reducit?

Nouitas auget rem.

Addit nouitas cladibus æstimata pondus:
Quo tunc animos pondere degranat potentes.

A te impetra.

A te obtineas, quod foris impetrare non quis.
Vt quo careas, hoc etiam velis carere.

Vicissitudines.

Hem quid quereris? quando quod est, abire cœpit?
Hæc mutua, qua sors dedit, huic reddere ius est.

Luxus præceps.

Se luxuria proruit in dies, & horas:
Calcarque sibi subdit ad vltro pereundum.

Item de auaro.

Desunt inopi plurima, verum omnia auaro.
Detractio in illo nihilum, lucrumque differt.
Si, quod dat, aceruo, putat, vt prius, deesse.

Curæ hominis exercitium.

Distringere curis animum, soluere dicam,
Nam quo pecus his differret, atq; homo solutus?

Supplicium magnum nequitia.

Ne irata precer numina prauo, atq; maligno:
Haud me decet: & turbida sunt plus satis illi:
Nec supplicium tetrius, at viuere nequam.

Fatorum vis.

Tentare parum profuit: abstitere certum est.
Duxere volentem, retrahent fata trahentem.

Ludis fortunæ illudamus.

Quos arbitrio sors facit impotente ludos,
Ludos habeamus quoque nos, & impotentes.
Nam quod sumus, imperijs illius vacabit.
At sumus animus: corpus, & hæc bona, vmbra tantum.

Nihil sumus.

Reputanti mihi memori cum mente ruinas:
Quæ fata puer, iuuenis: marcente senecta
Perpessus: acerbo inuidiæ dente petitus:
Oppressus egestate, fuga, orbitate, luctu:
Tot cladibus, atque alienis, atque meis iam
Effectum alium, stupidum, ac nescium malorum:
Iam non etenim sentio sentire, quid obsit,
Hoc facto habitu, rapido duratus ab æstu:
In mentem venit: hoc nihil esse, quod fuissem.

Te cura nunc.

Tecum peregrinabere, negligens teipsum,
Auersus ab his, quæ tibi dant perennitatem.
Præcidere vitam solet is, qui crastina viuit.

Liuor importunus.

Gaudere nequit, flere negat, merx mala, liuor.

Haud

Haud ſt, haud alium ferre poteſt: ſeque gravatur.

Seruitus mors eſt.

Seruus necibus pluribus eſt ſibi ſuperſtes.
Stomachatur eas aulicus, atque odit, & ambit.

Rerum turbo.

Verſatio rerum monet, vt nos moneamus.
Si non moneamus: monet, haud nos monuiſſe.

Vnum age.

Ne te temere diſſice plurimis agendis:
Sed plane opus, & conſilia experire fati.
Diſcurſibus actum varijs, & huc, & illuc,
Oſtendit, ibi haud eſſe, vbi videris eundem.

Alea.

Ioculare leuis mancipium eſt alea lucri,
Venalem operam tempus habet pignora mentis,

Studioſus eſto.

Quod ſurripitur de gremio ruentis aui,
Studijs dederis. Magnanimo turpe putabis,
Marcore diem perdere, tabeſcere noctes.
At deſidys otia ſunt quaſi tribunal.

Monere quam verberare.

Plus efficient verba ſuauiore tractu,
Quam tu rigidis vultibus, aut minis ſuperbis.
Aſſueta cutis verberibus verbera ſpernit.
Repetitaque conuicia deterunt pudorem.

Nudi naſcimur.

Tibi ne videatur nimium turpis egeſtas.
Nam nemo oritur tam miſer, atque natus olim eſt.

Lenis reſponſio.

Si haud ære potes ſoluere, quantum eſt alieni:
At verbo, animo, vultibus excludere culpam.

Qui se fallit.

Is se misere praterit: is fugit se ipsum:
Qui ne quid agat, occupat occupationes.

Senectus cata.

Natura tibi cum dederit viuere multum:
Testare opere, haud difficili ætate, senectam.

Bonorum amissio.

Leuius nihil acquirere, quam amittere parta.
Hinc exprobrat vsus, at hinc amissa voluptas.

In paupertate animus lautus.

Contracte habitans, lato animo, quietis est fur.
At contracto animo habitans late, vndique regnat.

Iustitia & veritas.

Quod iustitia cardine versatur in alto:
Natura suo quod gremio recondit imo:
Sola hac sapientis duo sunt pabula vitæ.

Librorum copia.

Visenda virum copia tum beat librorum:
Si te numerum vincere non piget legendo.

Luctu abstinendum.

Est & memorandum: quibus artibus, repostis
Rationibus occurrere tum queas dolori:
Qui morte venit coniugis, aut heri, aut amici:
Aut qui te obiens vnicum fecerat parentem.
Hoc perpetuo collige fixus, obstinatus.
Nil proficiam fletibus, & nihil dolore.
Nunc ille, nihil qui dolet, haud dolere me vult.
Nec, si velit, admittere ego volo, deceive.

Conquestio vana.

Duro quereris murmure patrias, anitas,
Clausas tibi sedes (dolor) hostibus patere,

At scito, tuas hasce aliquando non fuisse:
Et qui potitur, huic aliquando non futuras,
Aliquando tuæ quod fuerint grata Deo vox,
Non dira sit, hoc qui careas, quod ille donat.

Par coniugium.

Iactatum ab epigrammate luculenter audi.
Καλὰ γαμεῖν ἴλαι: *maxima concordia lecti est.*

Finem prospice.

De fine vide: principij semina falsa
Nec certa satis facies, nec satis probata.

Clam argue.

Clam tu argue amicum, inde palam laudibus orna:
Sed laudibus iis modicis, qua tegant pudorem.

Susurrones.

Omni sapienti male displicet susurro.
Erectus vbique, vt video, a me ejiciatur.

Fides etiam hosti.

Cantata fides tam meritis laudibus alma
Seruetur & hosti. bene, satque velitantur,
Qui tam temere cum Cicerone disputarunt.

Pietas est orbis anima.

Tollens pietatem scelus euiscerat orbem:
Imo examinat verius: imo exuit orbe.

Virtus nullo in precio.

Si Fabrity tempore, Curtij, Camilli
Virtus fuit in precio, virtus in honore:
Mirum tibi, Fabritium, Curtium fuisse?
Mirum potius mihi, non extitisse plures.
Imo innumeros, imo etiam fuisse cunctos.
Hinc Apicium, & emergere potuisse Nepotes.

Nunc

Nunc Æmylius, Curius atque ipse Metellus
(Si forte reuiuiscere dent fæcula nostra)
Ni secum habeant pondera lutei metalli:
Nil gloria profuerit, nil candida virtus.
Sed tecto sine, frigoreque & fame peribunt.

Animus exercitatus.

A se omnia, & a temporis impetrabit æuo:
Inuito etiam pleraque tum extorta parabit:
Rerum qui animus valido concalluit vsu.

Mortalitas nostra.

Cras esuriet: si hodie cibum non capesset
Ille, elogijs conspiciendus & triumphis:
Æneis titulis, laudibus ille marmoratis,
Fultus triplici præradians caput corona.
Qui terræ onus est, huic oneri terra futura est.

Tardum quam præcipitem.

Nostrum est, fateor, indicium pigrum, atque inane:
Lentusque animus, mens quoque tardior podagra:
Spissum ingenium, crassius exprobratione.
Hoc malo tamen, quam temerarios vapores:
Instant sibi, qui, qui se onerant, premunt, ruuntque.

Leues cogitationes.

Turrim struit in puluere, tum volat sine alis:
Cuius tum sine principio, tum sine fine
Fallunt vacua tempora cogitationes.

Libera voluntas.

Quæ fata minantur, sapiens multa cauebit.
Nam iudicij libera sunt munia nostri.
Qui serua putauit, Genio elusus inani
Venosa canit turbidus, insolens, ineptus:
Ah ah, qua opifex supplicia horridus minatur:

Ni iussa miser feceris. Ergo quid iubebat:
Ego si facerē hæc non queo? plector impotens? cur?
Facere, ut facerem, debuit. Est ergo potestas:
Non facta, Deo qua liceat mihi exprobrare.
Hæc cum penitus sint sapido execranda nutu:
Sacra iudicy munia liberi canamus.

Dei consilia ignota.

Cur mors miseris surda sedet, vocata frustra?
Natum patris & sustulit vnicum beati?

Amissum tempus.

Hæc, quæq; videnti mihi, quæq; sentienti,
Nec quicquam aliud, quam aliud, quam nihilq; agenti?
Labuntur acuto cita distinata motu:
Ah quæ nimis incomposito gradu, atque cursu
Ingrata vacillant sibi: ia[illegible]quidem misellus
Iustis repetam iudiciis tempora retro?

Aduersa omnia infelici.

Ignis miseri haud est calidus, nisi ipsum vt vrat:
Ipsum dominum, vel domini hospitem, nec hostem.
Si hostem terigit, illico fiet vnda mitis.

Cur superbi sumus.

Si regna cadunt, flammea cur pectora turgent?
Quid te proaui faciunt? quorum ardua virtus
Nunc est cinis, obliuio. Tu, otiose, demens,
Qui luce frui discupias negotiorum:
Vis gesta aliena tuis appingere vinclis:
Libertatis & addere iura seruituti,
Qua Scaligerum nomina dedecus figurant.
Quid vita tua est Scaliger? arra certa mortis.
Quid mors? perpetuæ aditus, forte & via mortis.

Subdola verba.

Mollis nimis oratio fit parum virilis.

Ver-

Verbis teneris subdita fimbriata mens est.
Quæ non aries integer expiare possit,
Libove bidens hostia ritualis horno.

Mens sibi se restituat.

Post liminio mens rediens libera longo:
Inscitia quam turbida prauitatis hospes
Captam tenuit compede, vinculisque diris,
Amissa parèt tempora duplici labore.
Aut id patria quod procul exulauit, vltro
In seipsa etiam amiserit: a se vt exulabit.

Breues preces.

Multis precibus qui iubet extendere vota:
Nondum putat intelligere hic Deum precantes.

Litigantes sacciferi.

Vel Thusca, vel Ægyptia Aruspicina,
Quo thure, aut thymiamate, quo Soloce possim
Placare Iouem: vt me eruat e crumenimulgis.
Vncinata manus quibus, hamataque mens est.
Hæc quinta profecto mihi nunc videtur ætas:
Ferro posito quæ sua edat viscera saccis.

Ah.

Fors cur posuit pacis in artibus quietum
Me Martis item non minus artibus tumendum,
Inter populum turbine litium rapacem?
Si iura dolis perdita dissipata falsis
Constringere nulla ratione, & arte possum,
Tanto munus imperio vindicare, & armis.

Spes in mala fortuna.

Fortuna fidem si mihi porrexerit vnquam:
Quæ porrigere vnquam fera dexteram negauit:
Spem spe tamen etsi sustinebo solam:
Vsura tamen falsa fauebit: hac fruemur.

Nam

Nam dulce, loco, tempore, se fallere, multum est.

Inania omnia.

Decreta, virens gloria, famæ, res abastris,
Multo mihi discrimine, summoque labore
Quæsita, minus dulcis, an & magis videtur?
An sunt potius somnia, spectra somniorum,
Nummi, soboles, prædia, decursus honorum
Quæ vana solent pectora commouere sola?

Facere, non dicere.

Qualis tener ætate iuuencula catellus,
Cauda vacuus, murmure baubatur acuto.
Contra vetulus non nisi præsensa resignat:
Sic est stolidus, sic sapiens. Ille minatur
Cunctis, sine causa, temere, semper, vbique.
Sapiens faciet vulnera: post facta loquetur.

Facies liuida.

Vultus color ignobilis ignobile clamat.
Pectus: pectora plumbea plumbei esse vultus.

Aulicus.

Sodes quotus es? cum sociis veni. paratum
Vel pluribus. Angustia me excuset apud te
Aula. Hospitij sed satis est mihi, tibique.
Est lectulus, est stragula curta, militaris:
Communis erit: commoda communia vtrique:
Dixi. hinc abeundum. ades ad tertiam, aut secundam,
Venationam sub decimam lecta parata est.
Ientabimus. Vt te, optime, nouimus, quiesces:
Luxatio ne te occupet, vt mi obtigit ipsi.
Vtinamq; liceret mihi: sed coactus vltro
Insanio. Reddam: scio te fidere amicis.
Cursore mi equo nunc opus. hinc meum sodalis
Abduxit. ades dum, atque tuum commoda amice.

Rex hoc sciet: & feceris in me hoc tibi gratum.
Peruersè, negas? Rustice, nouimus, quid hic sit:
Rerum quid agas. rescietur tryma gister.
Faxo, barbare, turpiter exulabis aula.
Sic artibus his viuitur: hoc viuere si sit.
Si des; dederis. munera, commodata dicunt.
Vah quid? metuis, ne tibi tantulum reponam?
Non des: benefacta omnia fiunt malefacta.
Sic, vt veteri carmine carmen hoc seratur:
Si fecero, periero: non faxo, vapulabo.

Veritas laceratur.

Antiqua tenebris sõlidis capta, vagando
Quæ turba deerrabat in vltimo recessu,
Primum imposuit tum sibi, tum deinde nobis.
Caliginis huius nebulam primus opacæ
Discussit inanem: & refugi affinia veri
Solus Aristoteles sustinuisse videtur.
Quem nunc lacerant in triuiis Sardanapali.
Quos spiritus e gurgite barbori profundi
Agit inq; culinam, inq; specus libidinosa:
Quibus licet id, quod libet: & placet, quod ambit.

Non quit esse, quod mens oscitat.

Nunquam fuit, & nunquam erit, at nec esse potest
Qua vana volutatio, turbinatiuq;
Mentis vaga circumvolat oscitationes.
Perstat tamen, & pulsa retro ruit ruentem.
Et vita mihi tempore computetur isto?

Sui adulator.

Mihi sic studio putidus assentor inanis
Vt si sim alius, iudicio coactus acri:
Sim talpa mihi, lynx tibi. mi haud tollo trabalem
Clauum ex oculis: cur tua festuca videtur?

A vulgo pendens.

Qui pendet ab errore, & opinione vulgi:
Pendet magis, atq; arbore qui pendet ab alta:
Nam quod semel euenit, & abiit, id nocet nil.
At quod dubijs articulis stat, instat, vrget,
Vanescit, adest: esse malum id putabo solum.

Quære optimum artificem.

Morbo obsitus, aut litibus, aut si aedificabis,
Ne quære minoris precij obuium ministrum,
Vmbras medici, leguleiq;, & architecti.
Sibi par precio est, arteq; vicanus aruspex.

Ignauia mea.

Terram sterilem Graecia, mortuam, facete,
Quum tamen elementum sibi viueret; vocabat.
Sterilem me aliis, & mihi, quo nomine noscet?
Haud me, haud alios audio: defraudo me & illos.
Mandataque menti a Sapientibus supina.
Sulciscque animi semina seminiua putrent.

Quod queas disce.

Dictu facile: hoc fac, & hoc: hoc, & hoc omitte.
Ast hoc facere, & hoc: & hoc dimittere, durum.
Quantum tamen hac hominum caligine caca,
Caci Labyrinthi licet anfractibus atris,
Animae athereo semina quis ducis olympo:
Et particulae portio qui Dei supremi es:
Hauri placidae lumina semiliber aurae.
Sit sat tenuis paruula semihora vitae:
Si tota nequis hac tibi momenta referre.

Pusillum lucis nobis.

Germana boni lux latet, expressaque veri.
Verum vice nos luminis, hac vtimur vmbra:

Quicum partiri ſtudia.

Noſtrum ſtudium ſit nihil, aut cito recedit:
Ni certum habeamus ſocium, parem labori.

Ingenium excultum.

Vſu nitidus, cote vel artis expolitus
Vir, vel Genio compoſitus ſibi ſermo:
Vir nam ille virorum eſt merus, aut deus puſillus.

Nil præcipita.

Quid diſcupis, aut quid renuis? prius videndum,
Quid diſcupias: quid renuas. vbi liquebit:
Si urget, facito: ſi inducia, differ & aufer.
Non, ſi temere facius, mutare licebit.
Aut ſi liceat: non liceat dicere, recte eſt.

Alium ne iudica ante te.

Tu ſi ad rationem meriti exquiris honores:
Huic ſi quereris, præmia inæqualia poni:
Qui ſis, videas: quantus: & hinc texe querelas.
Ne te potius detegat hora tecta culpis.

Maturæ ætati venia nulla.

Ætatula multum veniæ prima meretur:
Quam ſecum orientem vehit. At gratia tandem
Perit hæc, ſimulatque exuerit ſimplicitatem.

Inexplebilis cupido.

Haud ſemper onuſtus glacialibus pruinis
Vrit Boreas frugiferos boum labores.
Semperve ſinus Ionij, aut Libyſſa Syrtis.
Atris hiemat flatibus impotentis Auſtri.
Cæli, maris, atque aeris eſt viciſſitudo:
Sed dira cupido hominem non deſerit vnquam.

Experientia conſtantiam.

Rerum vſu, habitu, conſiliis vita ſubacta,
Ratioque metus trepidos offirmat inani.

Ne

Ne cede timori.

Si forte aliquando mala præsagia captans,
Fortunæ animus præuius obnunciat æstum:
Ne tum, quasi sis in laqueis mali impeditus,
Amens trepidas. tam bene te tene paratum,
Vt nec modo, nec tunc patiare pœnitenda.

Artium cultus.

Fama est, suauiloqua fide, numerisque canoris
Mutata prius, quæ steterant robora surda,
Auritaque facta illico; rupesque sequutas.
Moles rudis, incondita, mortalia prisca
Tum sæcla fuere. artibus expoliuit ille hæc.
Sed nil prohibet, quin tibi sis maximus Orpheus.

Rerum inconstantia.

Qui quanque suo limite sol temperat horas:
Ducit que, reducit que vagi limina cæli:
Laxans tenebras, cohibens momenta dierum:
Cuncta instabili, nos docet, hæc ludere vultu.

Odi vitium, non hominem.

Si musica grata est mihi, musicos quid odi?
Si fortis amatur, quianam pralia sordent?
Studiosi quia vitium est virtus vitiosi.

Falsa recti species.

Cœpta meditandi male nauigatione,
Cursum callidus inhibe; sustineve remos.
Nam mens habitus induit obstinatione,
Ex quo specie supposita boni, atque recti,
Actus inhonesti faciles eliciuntur.

Ardor plus habendi.

Squallentia trux tempora cum Sirius vrgens,
Tristi sitientes quatit vredine terras,
Letumque, rogosque struens mortalibus ægris,

Læuo nitidum lumine contristat Olympum:
Sic vrit atrox pectora cura plus habendi.
Nec linquit acutum prius appetentis æstum:
Quam has in cinerem dissipet occupationes.

Merita Domini Iesu.

Si pro meritis accipiam præmia vitæ:
Vix supplicij quit satis esse puniendo.
Sic vita putrescit, quasi vitta menstruatæ.
At qui me aliquid de nihilo, fecit, vt essem,
Primi vitio qui patris in nihil relapsum,
Qui nequitiis, atque mea proteruitate
Lapsum toties in nihilum, restituet me:
Dulcis sonus in pectore mi nomen Iesus,
Merita obiiciet tum sua, cum nostra requiret.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER TERTIVS.

PRimum Pater alte leuat: alterum laborem
Clemens soboles. Tertium, vtriusque sancte,
Non genitus, neq; generans, productus ab illis
Vnicus, at non posterior, sed Deus vnus,
Te, Spiritus, almum petit; & rogat fauere,
Vt te audiat his numeris Caumontia proles,
Lingua, manibus, pectore, Gotofridus acer,
Largus, pacificus, pius, integer, benignus.
Quem ex omnibus articulis eligimus vnum,
Vt certa foret magniloquo regula cantu.

Auara militia.

Formica, & apes, vtraque deponit in annum.
Hanc sedulitas, hanc studium facit virilem.
Huic alueus, illi satis est casuum pusillum.
Asst vni homini non satis, & dies, & annus:
Nec terra sua propria, vicinave circum:
Sed protinus vlterius prorogare fines,
Conatur. Erit tamen huic inuenire finem.
Fortasse suis artibus hic erit ferendus:
Ni se misere, ni populetur ipse sese:
Ni in militiam se tribus asibus propinet.

Suus cuique ſtatus.

Eſt ingenuis cedere. cui forte potenti
Par eſſe nequis, hoc minor eſſe ne negato.

Arma imi ſummi.

Dira arma, vltio contra inopem potentiorum.
Miſera arma, preces ſunt inopum ad potentiores.

Inanis gloria.

Quos falſus honor non meritis laudibus implet,
Pulſis leuiter flatibus oſcitant inanes.

Minima iuuare poſſunt.

Ne deſpice quenquam. Nihil eſt in omne tempus,
Quod non aliquid poſſit in vltimis periclis.
Fortunaq; ſernat precium benignitati.

Fraus recurrit.

Illo, vnde venit, ſæpe reuertitur doloſa
Fraus: exitio auctoris atrox nobilitatur.

Liber quis.

Qui liber erit, rex erit, atque rege maior.
At liber erit, qui ſe habet, vt ſui potentem.
Seruire homines hominibus, eſt neceſſe, cunctos.
Te rex quoq; plus exeubat, & laborat armis:
Imbres patitur ſordidus, & vigil pruinas,
Hæc vt tibi ſint otia tuta dormienti.

Amor vulgi.

Non durat amor, ſi pereat fructus amoris.
Fabricatus amor deſtruitur ruente fulcro.

Metus ſine cauſſa.

Non ſemper habet, fato aliquo imminente cauſſam: at
Temere, ex nihilo ſæpe parit metus ſeipſum.

Præuenire ætatem ſapientia.

Ne ſit minor annis tua nobilis tuis mens.
Antegrediatur cita: præluceat illis.

Pugna

Pugna cum fortuna.

Si tristis hiems, horrida fortuna quatit te:
Contra quate eam. te excute. liberum timebit.

Lædi, quam lædere.

Christi sobolem læsio delectat, alitque
Hoc, ipse quod haud fecerit: ac perficiatur.

Verba & res.

Quod lingua ferit, res fateatur ipsa sese.
Quod res ferit, & sic fateatur ipsa lingua.
Ita perpetuo fueris verus, & fidelis.

Dare quam accipere.

Prisco proba sententia collucet in auo.
Sortis, dare quam accipere, est eminentioris.
Nam qui dat, emit: qui accipit, is se, & sua vendit.

Famam merere.

Sibi fama fauet, se fouet, est sui superstes:
Si, quem populus prædicat, is studebis esse.
Fama tamen est potius, famam meruisse.

Prius discere.

Te discere oportet prius, atque inde docere.
Solus Deus haud didicit, solusque docebit.

Veræ opes.

Illas puta opes, quas alys, tibique seruans
Marcescere non videris, at crescere dando.
Reliquas mihi ne quarere sit furens libido.
Languore capis: dat labor: est timor tenentem.
Heu quis dolor, & qualis; vbi amittere cogor?

Vita marcida.

Quem muccor edit mentis, & ignauia torpens,
Vitæ faculam extinguit inertiæ veterno.

Mutua officia.

Is, qui nihil affert, merito nihil reportet.

Sancta hoc societas hominum vsq;, & vsq; constat.
Stet vt officiis mutua mutuis vicissim.
At quos studiosos videas sui, ac suorum:
Partemq; aliis ponere de triente nullam:
Ne quaeso hominem dicere, neu velis putare.

Lingua præceps.

Lingua nocumentum cito fit, citoque crescit:
Sed facta cito vulnera non cito recedunt.

Vince te.

Vincens alium, superat sic quasi minorem.
Vincens bene se, de omnibus ille agit triumphum.

Naturæ cultu sapientia.

Natura parit: tum colitur perpete tractu.
Sapientia perfecta fit a luminis vsu.

Prodigus sui eget.

Fama vitium est prodigus, & sui venenum:
Primumq; sui sic eget, ac deinde rerum.

Causæ soli Deo notæ.

Patitur sine culpa bonus, at non sine causa.
Quis facta, Deus quæ probat, improbabit amens?
Qui solus agit, solus & ille scit, quod agit.

Familia nimia.

Plures famulos hunc qui alit, ac ferat facultas,
Tandem famulum, vel famulorum esse, necesse est.

Sponte facias, quod cogereris.

O quam aurea, quam plurima sunt dicta vetusta.
At illud erit fulmineæ severitatis.
Vltro facias, quod facere est tibi necesse.

Mercenario solue.

Mercede libens affice, qui tibi laborat:
Vita pars fuit ille tua: tu illius esto.

Vicinia,

Vicinia.

Vicinia qualis fuerit, ferre neceſſe eſt.
Si corrigere haud ipſe queas, iungito amicos.
Qui ſi nequeant, officio vltro prouocandi.

Potentiores reuerere.

Reuerenter habe, quos ſuperi dant ſuperiores.
In ſe ſpuit is, qui ſpuit aduerſus olympum.

Propoſita perfice.

Proponere, nec perficere, eſt ludere gratis
Vllis ſine numinis; vacua illudere mentis.
Finis, veteri carmine, non pugna coronat.

Vaſtæ cogitationes.

Grandes trubeatas fuge cogitationes:
Quæ ſæpe ſolent nectere regibus catenas.

Tolerantia victrix.

Faſtidia ſæua, miſerum eſt, ferre nouercæ.
Verum tolerando Styga, Cerberumq; vincam.
Sic, vt feritati ſtupor additus ſileſcat.

Ex luxu nequitia & egeſtas.

Luxus generoſa eſt ſoboles opum potenti:
Eſt nequitiæ: mater egeſtatis inertis.

Prædi præſto ſolutio.

Quaſi res tua agatur: agas ſponſione in omni.
Prædique, vadique miſera, vel moleſta ſors eſt.

Quare viator quam ciuis.

Ha qui fit: vt in turbine ſæuiente, nauta
Malim mare, quam lenis amica tuta portus?
Vbi nulla fames, nulla ſitis, quies perennis,
Ætas viridis, florida, ver perpetis æui?

Vtranque fortunam.

Nec plauſu bona, nec mala iactare querelis.
Aut diſſimula: aut te ſimula diſſimulare.

Obedientia.

Obedientia.

Qui non metuit, quæ metuenda sunt, timebit,
Quæ non metuenda. Hæc mala præposteritas est.

Nil carius precaria possessione.

Si regnum emitur sanguine, merx profecto cara est:
Sed nil emitur carius, atque quod precamur.

Amicus, qui amittitur, non fuit.

Si perdis amicum cito, per leuem que caussam:
Nil perdis: amicum neque tum fuisse dicam.

Mens distracta.

Mens obsita curis varijs, dissita marcet.
Nec multa potest consilijs esse, nec vna.
Tum spes metuit: tum odit amor: tum fuga torpet.

Infamia.

Infamia, mortis species fœda profanæ,
Horrenda necat non semel, ac pullulat vltra:
Crescensque sui fœnoris exigit tributum.

Accommoda te amico.

Teipsum in socium transfer, & hac arte propaga.
Regno vtilior dicitur existere amicus.

Pædagogi.

Sera videas mancipia eruditionis,
Quam qui sapiunt certius, obstinatiora:
Quia trita aliys, vix modo primulum recepta,
Istis miseris sunt noua, & electa videntur.

In fortuna infida quid nos.

Seruare potest quisnam eadem lumina vultus:
Versuti vbi non sunt eadem lumina fati?
In difficili sed viget adamantina virtus.

Sodalitates.

Contemptibiles non penitus sodalitates
Sunt. Nempe animos exhilarant labore fractos.

Modo

Modo ne hac animos exhilaratio resoluat.
Amitti animus nam solet hac remissione.

Frui diis iratis.

Si me coquat iniuria fortuna lacescens:
Me, illamque vicissim excoquam: & immemebo vtriqué.
Irascitur? ira fruar: & dissimulabo.
Ringetur ita, & cedet: & audacia vincet.

Deo te committe.

Nec viuere, nec velle mori, stat sapienti.
Hoc linque Deo: tu quid es: vt scias, quod ille?

Virtutis victoria.

Certet vitiis, qui volet huic cedere certa est
Victoria. virtutibus experire felix.

Egenos subleua.

Fortuna tibi quæ dederit volens, libensq;,
Largaque manu ex vbere copia refundens:
Illi in miseros facilis dependere debes.

Garrulus venditor.

Quæ venditor auro inhians mendacia fudit,
Tractus orientis relegens, nouosque soles,
Ride tacitus: nec cumulare verba pergas.
Confusus abibit, referens præmia falsi.

Ne sis gestuosus.

Ne gesticulatim loquere: aut caput, manusque
Iacta. Nimis hæc optima dicta deuenustant.
Sed nec sic, quasi cum quo alio leuis loquare,
Spectes aliorsum: tua frons sit acta fronti.
Sed vtrumque modeste dabis, alterna reponens.

Dignitas castigat extrema.

Squallorem animi, quem generat dira cupido,
Et molle vehiculum fluidi otij voluptas,

De-

Detergit amorque, studiumque dignitatis.
Quæ sola viro regula non senescit vnquam.

Insciliæ fœcunditas.

Insciitia sese recolens, suique fidens,
Infanda parit consilys monstra pudendis.
Fœcundius illa nihil. Hydra Herculis ipsa est.

Famam eme virtute.

Famam benefactis eme: tibi seruiet vltro:
Humeris geret: adque arduatota militabit.

Nullius vultum imitare.

Non tristis eris, non hilaris: stato, decoro
Vultu, medio, composito, tuo, virili.
Ita dico tuo: nanque imitans ridiculus fit:
Nec tam esse sui: nec sua persona videtur.

Indigna Philosopho loquacitas.

Procul ab procul a Philosopho loquacitas sit,
Schemata q, rotans nænia temporis voratrix.
Schola sed schola sit sobria: sed forum forum sit.
Nec deesse videbis, quibus arridet ineptis,
Oris hreperi murmure, ferreaque lingua,
Bardi tumidas fundere dictionis offas.
Quos scrupea tum gloria risui propinat.
Ast ego miseros deputo: ridere nec ausim.
Stomachum potius faciant; si velim moueri.
Ita quisque sibi misere prorsus placet. Huius
Sæcli Leguliherbula sunt scopa soluta.

Veritas detergit.

Haud ambigo, quin aspera sæpe veritas sit.
Verum asperitas hæc odiosa pertinaci
Scabris abolet mentibus aruginis hircum.

Plebis opinio futilis.

Crudata simo plebis, ideſt opinionis

Mens

Mens, orba, sui & profuga est: & cuncta requirens
Nil quarit: nihil aut videt, aut ipsa videtur.

Ne corpus officiat.

Laterna anima corpus hoc est, malum, & caducum.
Ergo cane, ne plumbea, neu ferrea lumen
Clarum obsideat: quominus eluceat intus.

Tu tibi amicus & hostis.

Nemo tibi te maior amicus, & vicissim
Infestior hostis sit: vt in necessitate
Ponas operam sedulus; exigasq; pensum.

Pusillanimi.

Pusillanimes inuidiam timore placant:
Fracti recoquunt. Stet sibi virtute trophaum.

Vulgi iudicium bulla.

Quid vulgus iners sentiat, occinatque de te,
Pax. Bulla tumens futilis, & tippula rumor.
Miranda tamen fors cluet; omnibus placere.

Iniqui sagina.

Quocunque lucri pelline pingueſcit iniquus,
Sed spongia fit; legibus vt prematur almis.

Ex opibus insolentia.

Patiuntur opes stultitiam: canit poeta.
Quin nos patimur nequitiam ex eis creatam.

Ludus auari est.

Est ludere, nummis positis, auarioris.
Illex auia mentis, & oblinio vitæ hæc
Sed ludus ad exercitium aspiret honestius.

Dicacitas odiosa.

Dicteria iacere in socios, periculosum est:
Ne tela reuertantur ab iis missa retrorsum.
Quod liberius fiet ab hoste. Sed tacendum est.

Iactator.

Iactator.

Iactator, erit stultitiæ suæ disertus
Histrio. siquidem ipso illa tacente, nesciebam.

Rerum varietas.

Cui multiloqua hæc, miniaque præcepta videntur,
Quam multiplici cardine stent nostra, memento.

Parsimonia & opulentia.

Mihi parca manus, parcaq; spes, parcaque vota,
Sunt rerum opulentissima commodissimarum.

Aristoteles, Plato, Isocrates.

Est Macedonis oratio matrona pudica.
Academicus huic addit inane purpurissum.
Illa Isocratis sit meretrix, pudore pauco.

Cæsar, Aristoteles, Virgilius.

Geminas aquilas rebus in arduis notaui.
Cornu legio cætera comparata sunto.
Cæsar creperi gloria fulmen atque belli.
At Aristoteles altera natura loquendi.
Phœnix Maro fert tertia sibi præmia rerum.
Cornu legio cætera comparata sunto.

Viatica.

Opulentia, inopia, odium, amor, ira, pax, quies, crux,
Otiaq;, furorq;, insidiæq;, usq;, viscq;,
Farrago via est, quam placuit vocare vitam.
Tam dissona sibi monstra, quis expianda sumat?

Curæ.

Curas fuge tu, nec fuge. mordacibus horis
Anguni nimiæ: contra, animum ignauia soluit.

Forum fuge.

Depelle latrantem. alium ne prior lacesse.
Damnosa fori est alea: victoria Cadmi.

Somnus.

Somnus.

Est somnus adulator, & atra assecla mortis.
Fur temporis, atq; oscitantis negotiorum.
Noli hosce dolos tractibus imputare vitæ.

Gula.

Malum me hominis habere nihil, quam esse gulosus.
Vitæ leo edens consulit, haud libidinatur.
Cur solus homo, vt dispereat, reperit artes?

Vsui ac decori.

Rerum sapiens prospicit vsui, ac decori:
Quantum bona foris, & cata natura reposcit.

Morosо.

Si multa nimis hæc videantur otianti:
Alterna tibi quæque dabunt carmina finem.

Sere bono solo.

Quod semen ager calitus vligine lætus
Exceperit, id fœnore centesima fundet.
Nactum lapides haud steterit nixibus vllis.
Aut agrum alio germine sentibusq; opertum.
Ad glabra viæ præda auibus, cibusque fiet.

Piger vmbram metit.

Ruri saturi delitias, amœnitates,
Fructus quasi verospoterit carpere dives,
Præsultu: opum vi. Nam aliunde sat, superque est.
Ignaua pigri falcula solam metet vmbram.

Seruos esse nos cupiditatum.

Heu sperne nihil. Sed meminisse te decebit:
Natura vt iners, muccida, lenta, bruta visci
Pigro teneat glutine præpetes volucres.
Leporem vt laqueus ceperit, atque ostrea murem.

Bona otia.

Quam dulcia sunt otia, qua labore parta.

Quam tristia sunt otia, quæ ferunt laborem.
Felixque dies ille, sui qui est pater anni.

Egestas senium affert.

Ætate bona fert senium ruens egestas.
Sunt dolere, & esurire, proscenia mortis.

Bonorum ordo.

Priscis sapientibus hic ordo stat bonorum.
Primo statuunt limine, qui sciat docere.
Qui discere vult, huic tribuunt locum secundum.
Qui non doceat, quæ sciat, aut velit doceri,
Nec iura loci, nec numeri dicantur illi.

Matura opus.

Fac, quod facis. in tempora differre malorum est.
Miserumque, dies crastina si voret, quod instat.

Diæta difficilis.

Quam fœdus inerti male cum diæta initur:
Nam lucta ferox cum misera esuritione est.

Perpensio negotiorum.

Tu si quides acturus: vt est, vt esse possit,
Esse, & fieri, sedula disputabit hoc mens.
Nunquam faciens sic, misere amissa dolebis.
Fractos calices, & fragiles, idem putandum est.

Res vt sunt exopta.

Ne quære tibi res fieri, vt velis, & optes.
Optes potius, res tibi velle quomodo sunt.
Non illa mouebis? nec ea ipsa te mouebunt.

Imaginatio aggrauat.

Virtute leuantur grauia, ac sæpe premuntur.
Augentur mala pondere imaginationum.

Vita nostra tragœdia.

Est dira tragœdia miserum hoc viuere nostrum.
Orchestra fera ad dramata tota vita fati.

Meditatio.

Meditatio, & exercitium cuncta domabunt.
Nam nemo repente bonus, aut malus fit vnquam.

Venalis homo.

Venalis homo proſtat, & omnis & ſub omni.
Hunc vulpea fraus, hunc licitant opiniones.
Huic ambitio ſuffodicat latus miſello.
Quin philoſophus gloriolæ ſpretor inanis
Cuncta ad ſegetem ſemina gloriæ profatur.
Atque impoſito nomine vindicat libelios:
Queis gloria fertur, quaſi collybum moncta.

Labor pater fruitionis.

Formica & apes nos operaria docebunt
Pro parte laborare, dein frui labore.

AEnus de tyranno.

Immiſſulus vncis pedibus gerens Alaudam,
Arcebat. auis fundere miſerabile carmen:
Orare: pius parceret odica volucri.
Contra ille: modis, & numeris ſatura Cicada eſt.
Iccirco perit cum numeris ſuis, modiſque.
Aſt ego lotus ales tepida carne paciſcor.
Sic frendet, & euiſcerat, & vorat precantem.
Nil tetra calet bellua virtute Procuſtes.

Tempus.

Lubrica fluxio temporis, eſt & ipſa tempus:
Sed fluxio temporis eſt mors temporis. Ergo
Mors temporis eſt tempus, vt incitatione
Momenta noua veterem vim retro relinquunt.
Et tu tempore tractus, abactus, obuolutus,
Æterna putaſti fore ſtipendia vitæ?

Fœneramus donariis.

An nos, nisi egeremus ad hæc munia vitæ,
Vino, tritico, carnibus, ædibus, moneta:
Portanda Deo munera victima daremus?
Nequaquam. Vbi is est penitus gentium, ac locorum:
Qui nil sibi habens, æger, & exul in triremi,
Tanquam beneficiarius, his Deum salutet?
Perucrsum adeo est ingenium, genusq; nostrum.

Vita supplicium est.

Semper merito viuere debet huius auctor
Sententiæ: acerbum nimis excedere vita.
Quisquis subodoratus inanias tremendas,
Audes trepidus hiscere de timore mortis:
Huic nil poteris tetrius arido precari:
Quam vt pro perpete supplicio, vita sit illi.
Nam mortis metus, haud metus, at plurima mors est.

Vsus rem variat.

Res est sine discrimine multa: at vsus ipsam
Differre facit. tu elige. præponderet æquum.

Amor e studio.

Vt amor generatur studio: ita procreat illud.
Attentio opus perficit in reciprocando.

Insipientis solitudo.

Populo in medio insciti a vera solitudo est:
Fiducia densa sui, morosq; siniſtri.
Vnus sapiens est populus, vel vniuersus,
Sibiq;, & populo, si populus sibi ipse non sit.

Potentiam tempera.

Quo plus poteris, hoc minus, & minus potentem,
Ius, fasq; nisi qua vocet, esse te decebit.

Labascimus alia fortuna.

Non seruitio assuetus & insolens malorum,

Et

Et si sapiens, & catus, & fortis, & acer,
Percellitur alio tamen ingruente vento.

Institutio.

Multum genus, & natio fert boni, malive:
Sed vis superat protinus institutionis.

Honestum a natura.

Quid turpe sit, hoc regula designat honesti
Natura suo quod facilis penu remittit.

Tempestiua.

In tempore res paruula, nixusque pusillus
Potiora parit commoda, momentaq; plura,
Præpostera quam subsidij vasta suppellex.

Bonitas naturæ & artis.

Rerum bonitas cum se habeat facillima omnium
In moribus: artibus at difficillima omnium:
Quare citius reperias virum, bonus qui
Sit medicus, quam qui medicus bonus siet vir?

Corrupta iudicia.

Quis non putet: hæc omnia fortuita casum
Miscere? videns candida subiugata nigris:
Tenebrasque diem, tum fieri diem tenebras.
Descende polo, aut æthere flamma deuoratrix,
Et purifica pectora iudicum nocentum.

Mitte imperium.

Parce nutibus vtere, viribusq; sceptri.
Violenta Deo pectora displicere, certum est.

Euripidæ diuina sententia.

Ridet temere Momicus, & sat infacete,
Admiror ego quod sapienter esse dictum
Quis nouit: vtrum viuere mors, vita mori sit?
Hic hospitium est, & via: ibi patria læta.

Damnata crimina ne foue.

Damnata rei crimina iure per tribunal
Tu ne foueas consilio, aut opinione.
Nam participem te facis, innocens, & expers.

Sedulitas ad Dei cultum.

Accitus ad hæc munera, quæ Deo dicantur:
Quæ dans bona, mortalibus, & sibi dicauit:
Rebus reliquis igneus antecurre cunctis.
Nam bos piger, aut indomite trahens aratrum,
Mactabitur ad viscera sordidæ culinæ.

Verus amor.

Non est amor, insania, quam ciet Cupido
Is, qui Veneris filius esse prædicatur.
Sed quem Deus in mentibus excitauit, ardor,
Pietas alio nomine, caritasque dictus.

Draconis leges necessariæ.

O sancta Draconis solida dogmata vitæ:
Qui dictus erat, non liquido nigrore leges,
Sed purpureo sanguine scripsisse cruentas:
Huc nostri agite inuadite sæculi furores.
Sic vlcus ad imum resecandum cacoethes,
Quanis vomica, Telephioq; vlcere peius.

Ne desperа.

Si quando hodierna acor incommodat diei:
Spectа celer, an craſtina corrigant priora.
Quin ne in pelago, aut Ginglidiis feri Dryphacti
Desponde animum: aſt omnibus immine ferendo.

Homo fera, non homo.

Homo lupus, homo vulpes, homo ſus, homo camelus,
Quid vis adeo, quam quod homo eſt, miſer, miſerq;

Vota contraria.

Qui ſeuit, ab alto pluuiam ſatis precatur.

At iter faciens imbribus imprecatur atris.
Non sæpe Deus placet: & tu placere credis?

Solus Iesus victima.

Non nunc suo vetaurilibus est opus precanti,
Non hirci abolent crimina, non ouis maritus,
Aut sacra timens bucula, buculæve proles:
Vt sanguine crimen vetus expiauit Agnus:
Cui cor tenerum victima gratissima fiet.

Mercator aleator.

Mercator opum gurges, & aleator idem est.
Mercator habet flamina, tesseram aleator.
Vterq; animum vendidit, atq; emit pericla.

Choreæ.

Vidisse puto me nihil orbe in vniuerso,
Quod stultitia vincat ineptias choreæ.
Certus gradus hic ad Corybantas, & Sabazum:
Queis nil hominum fœdius alma vita constat.
Gadibus nisi saltatio ducta te decoret.

Bacchanalia.

Nostratia Carnalia speculare parumper:
Vt postridie lacrymas, pœnitentiamq;
Insania componat, & oscitet dolores.

Mors haud timenda.

Non si ruat ex atheris orbita suprema
Quicquid rutilo sidere flammeum coruscat:
Quicquid rapidi fulminis igniunt Cyclopes:
Mihi cor pauor expectoret, exuatque mentem.
Fracti ferient impauidum poli ruina
Qui non timeo viuere, cur mori timebo?
Hæc principium fabula, finis hæc malorum.

Te, non me, respice.

Tibi si videor dicere, quæ haud dicta facessam,

Haud propterea desere languidus teipsum.
Mihi quæ pereunt arripe, te sicque lucrator.

Alienis consiliis ne te ingere.

In consilio cum videas duos loquentes,
Abscede libens: nec nisi tum accitus adibis.

Amicum mone.

Erroris amicum moneas volens volentem.
Si nolit; es illi, sibi quod debuit esse.

Benefac malefacientibus.

Benefac malefacientibus. hoc Deo supremo
Fies similis, qui reficit bonos, malosq;.

Nemo ante obitum iudicandus.

Nemo ante obitum quit miser esse nec beatus.
Vitæ ultima mors regula, vesper vt diei.

Consulto commoda.

Cui mutua des dispice: commoda roganti,
Quantum dederit quis, cumulatiusque redde.

Curæ commendabiles.

Sunt vendibiles, & popularibus receptæ
Curæ merito plausibus: in quibus bonus sim.
At sunt reliquæ carnifices serenitatis.

Maxima vitæ pars perit.

Morbos, pueritiam, otia, tesseras, senectam,
Lites, syssitia, itinera, compedes soporis,
Vitæ si adicis tempora: furta addere fas est.

Bonis scribimus.

Præcepta quot hæc aurea legerint, latet me.
At quot videantur bene scabra, dura facilis,
Aut ridicula, aut putida, cascu, non latebit.
Ita cum spe delitias Pandora reuinxit.
Sed nos animis scribimus a Deo vocatis.

Volun-

Voluntaria seruitus.

Si quid tibi cum religione constitutum est,
Quam nobilitas, atque animi tuetur æstus,
Vt ferre queas stultitiam potentioris:
Accede, quasi seruus, & impotens tuimet.
Quod si nequeas, o procul, o procul sedeto.
Nanque hæc scabies altius, atque in cute serpit.

Medicus sine Philosophia.

Infamia sunt naufragij aplustria diri:
Sunt quisquilia, cantio salgamariorum:
Quasi visceribus, iudicijs hernia ruptis:
Quæ fert medicus philosophi parum renidens.

Benefacta sunt auctarium vitæ.

Auctaria vitæ benefacta sunt ruentis.
Nam viuimus in posteritatis ore, mente.

Diues pauperum sanguine.

Differt nihil a paupere, cui pigro ostiatim
Buccella rogatur, datur, exprobratur atra,
Is, quem video passibus ambulare largis:
Cui torque tument colla, nitent manus pyropis:
Si ille est patiens: diuitis si hic insolens est.

Tria monstra.

Tria monstra tua sunt tua dignitatis hostes:
Linguaque typho, caudaque, ventrisque Charybdis.
Quæ mancipia infamia vel morte coerce:
Tria dedecoris pignora, nauosque pudoris.

Mane accinge, vespere examina.

Qua roriferis aurea subnixa quadrigis,
Matuta colores redit effundere mundo:
Quasi principium te moneat tum adesse rerum,
Te tum incipias noscere, & apparare vitæ.
At blanda vbi nox, faculis accincta coruscis,

Curis Labyrinthos abolet laboriosis:
Acta recolens respice facta, dicta lucis,
Tanquam extimus aduenerit, vltimusq; finis.

Otio marcet natura.

Cur ingenio, viribus, acritate lingua
Qui præditus est, omnia præstare valenter
Qui possit, iners, vt pecus, otio putrescit?
Captiuus eo spiritus in carcere marcet?

Fatum tyrannus.

Vt tempus adit, sic proficiscitur recedens:
In seque volutum replicat, quod explicarat.
Nos vmbra leuis, nos fuga, & oblitio nostri
Fato lacerti linquimur, heu, præda tyranno.

Vitæ miseria exitum indicat.

In vestibulo quæ misera est videre vitæ,
Præsagia sunto medij, ostentaq; finis.

Noua hæc aut noue.

Ne despice tanquam vetera hæc. pauca vetusta,
Cuncta inuenies vel noua, vel noue repexa.

Fractus animus ignobilis.

Qui perdit amicos cum aditu ad principis aures,
Aut consilium cum re, animumve cum secundis:
Nec se vegetus sustinet, aut roborat instans:
Digne patitur, nec patitur satis malorum.

Nosmet digni nostris expostulationibus.

Promptus gemitus lacryma, luctus, eiulatus,
Insanaq; suspiria, gnanaq; querela:
Fas præter, vt hæc sic patiamur immerentes.
Cur non animus promptus ad hæc cruces cauendas,
Quas artibus elicimus Cerberi nefandis?

Tempe-

Temperatio cogitationum.

Aliena tua putans, tuaq; putans aliena,
Temere haud cupies: & bona seruabis amicis.
Sic quod facile est, difficile hoc esse putabis:
Quod difficile est, hoc facile esse: temperatus,
Non durus eris, nec male fractus in periclis.

Nil subitum.

Subitum nihil esto. mala dementia præceps
In facti adigit limite pœnitere stultos.

Instabilis stoliditas.

Desidero: compos data negligo, vel odi.
Stolidos, quod abest, vellicat: insatuat, quod adest.

Athenienſibus nihil exitialius.

Nulla est, puto, Respublica, natione vera,
Commentitia, fictave cogitatione
Aut stultitia, aut nequitia, Attica priores.
Ita consilys, flagituſque Demagogos
Tetris nugiuoram excruciasse cerno plebem:
Facem, pelagi turbine turbulentiorem:
Iustos opibus, patria, & exuisse vita.

Ne foue sectas.

Ne decipiat nomen, & hæc ducta per aui
Tractum varias fama trahens opiniones.
In verba magistri rue nulliusque iura.
Sed sola tibi candida veritas placeto.

Ad summum aspira.

Ad summa boni culmina pertinax anhela.
Tum si nequeas, quod meditaris, indipisci:
Ast saltem aliquo in limite consistere, honestum est.
Quin imo quoque in margine subsistere, summum est.

Cole animum.

Cultus patiens vltro animusque, & auris esto,

Hemo

Homo si perhiberi cupis, & cupis beatus.

Medici ignari.

Mera colluuies scuticæ, subsellia linquens
Olida puerorum calefacta sessione,
Statim vbi tetigit vel pede Pessuli tabernas,
Et duo modulo, atque ordine formulas docentum
Olfecit: ab his illico temeraria regnis
Sese in penetrale induit Æsculapiorum.
Prauis in nouitatibus ergo deprehensi
Toruum tumido gutture sic vociferantur,
Quantum Pharicus Persica iam castra sequutus
Clamauit ad Istrum: neque Stentorive cedunt,
Marti Diomedis manibusque vulnerato.

Vitæ dispendio emuntur opes.

Censum exiguum quo fugias, peris labore.
Tanti neque credis fore dispendia vita.
Hac morte animi satius comparare vitam.

Vulgum habe pro exemplo.

Disconuenientis sibi ludibria vulgi
Tibi dissimulanti cape vt exempla decori.
Nanque est vitiorum fuga, virtutis imago.

In secessu tui sis comes.

Mutare canora fide, musico recessu,
Ruris viridi lumine, laxitate cæli,
Languentis edaces animi ingeniique curas:
Sane est licitum. Sed facit hæc omnia belle,
Qui sese abiens consequitur, seque reuisit.

Ingenium comparatur agro.

Pacatus ager vomere, semente peracta
Fert multiplici fœnore. mordacibus ante
Odiosus alebat fera senticeta dumis.
Sic sedulitas ignibus excitata sacris,

Fœcundaq;

Fœcundaque virtus domat inculta veterno,
Ferat vt segetem de sapientia beatam.

Qui sibi parcunt.

Non reperient otia mollia, otiando,
Sibi qui veniam dant, vacuique ius soporis,
Ignem vbi Nemesis subdidit, & calcar inerti.

Spem opera adiuua.

Spe deterior ne fueris tua. quod optas,
Accinge te ad id· viribus excute & tuis te.

Tu conuenias opibus, illæ tibi.

Sint diuitiæ tam nitidæ, tamque opulentæ:
Sint denique tantæ, domini vt lumina fallant:
Fallant rationes quoque: furibus superfint:
Quorsum bona tot vel tibi, vel bonis tot his tu,
Si non quis ea ferre, nec illa te referre?

Tibi ne place neu displice.

Tibi ne placeas, displiceasve. displicere
Æqua placeat, displiceat placere & æque.

Felix insipiens.

Assuetus auitis opibus, ferox secundis
Votis. modico murmure si reflarit aura,
Ilicet ille foras quatietur a seipso.

Mirare pauca & parum.

Mirare parum, & pauca, nec amissa dolebis:
Illis nec adulabere, quandiu potiris.

Libera pauperies.

Meus esse volo, haud alterius, quoad licebit.
Longe leuior pauperies hero insolenti.
Nitor est generosis, sub ephippio, molestus.

Loca non tollunt curas.

Si prudentia, si ratio, non loca curas
Delent: decet haud loca, sed mutare teipsum.

Amittere

Amittere grauius quam non habere.

Tanta est hodierna frequens annona malorum:
Vt ars sit opum maxima tam, nihil habere.
Ne amittere plus doleas, quam non habuisse.

Tu tibi maxime opes.

Si post placidi numinis aureum fauorem,
Fortuna nouat praelia discolore vultu:
Res illius esse scias: te tibi teneto.

Conueniat tibi & rei.

Si quantum satis habeas, plusque habere nolis:
Tibi conueniet res tua, tu tuae rei.

Percontator ne sis.

Quis sim foret, aut vnde veniret, ecquo abiret,
Me nemo salutante rogatus est viator.
Quid si neget? aut oderit, & iure, rogantem?

Amici qui fuit, arcana tege.

Olim tibi qui credidit arcana sodalis,
Si fors inimicum faciat, nulla recludes.

Laus sine suspitione.

Tua studia verecundus amor tui silebit:
Aliena parum, ne videare factiosus,
Laudabis, idipsum tamen vt fides probetur.

Somnus diludium vitæ.

Cui somnus iners esse quies vera videtur,
Diludia vitæ rogat inuidens sibipsi.

Nimis vulgaris facilitas.

Ne da facilem te cuicunque postulanti,
Nam plenus amor, cum satur est, illico languet.
Contemptus item, qui sequitur, parit duellum.

Segnitia.

Fœdæ gerit incommoda mortis ante mortem,
Agris, animo, corpori, inertiæ veternum.

Amicos

Amicos para beneficiis.

Furare beneficia dexteritate sodales.
Fortuna, opibusq; omnibus hos præfer amicos.

Impurus honestum a turpi non segregat.

Homo durus, & attentus, & omnium vorator,
Fuligine nigrantis oculos cacus opacat:
Ne possit honesti speciem auellere turpi.

In peius omnia.

Momenta prius tenuia qua dabant malorum,
In deterius præcipitis ruunt furore.
Defuncta malis tempora non videbis vnquam.
Radicibus ita germina conuenire, par est.

Poesi expolitur animus.

Anni vitia, atque aeris inuidum venenum,
Vrgente precum carmine decedere credunt.
Tuin' tergi animos carmine, & ambiges polirí?

Sortis virtus domina.

Fiducia concedere de statu vetabat:
Virtusq; potest feruida mancipare sortem
Inuitam: eadem aque sibi negligere rebellem.

Non mortis metu bonus.

Mortem pra oculis omnia nos iubent habere,
Quacunq; docent nos iter ad viam beatam.
Eius metum in officio continere posse.
Ego vero aliter censeo. Non mortis imago,
Non terriculum suadeat ex necessitate.
Se ostentat honestum: sibi præmium, metusq;.
Quia viuo, haud quia moriar, nunc Deus volo esse.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER QVARTVS.

Gloria fatua.

Vem solicitat gloria ventosa, renidens,
Actus vario flamine pendebit inanis,
Modo flens, modo ridens, modo stans, modo relabens.

Caluum fuge.

Si vota cupis prospera, si cupis secunda,
Feliciter & viuere, & imperare vita:
Pars hac fuerit maxima nunc, & in futurum:
Scurræ fuge dicteria temulenta Calui.
Fœdis coopertam fuge sordibus Lauernam:
Cui fumida periuria lite constituta,
Notulas at inusſere: ita ius seruat inustas.
Super omnia medicus tibi ne empiricus esto:
Præsertim vbi Naccæ fuerit ficta lagena.

Ingenia siniſtra.

Sunt ingenia, fera, quasi bruta, fulgurita:
Iustos quæ fugere, a quibus abstinere iustum est.
Ingrata bonis, ad mala crudelia, dira.
Illis si male, si benefeceris, peribis.

Luxus

Luxus ægrius tollitur, quam auaritia.

Si in te vacuo callida possessio luxum
Teneat: socios sume tibi ardui negotij.
Eminee. Rei modicæ seruus est auarus:
Sed magnæ, opulentæq; magis luxuriosus.
Ipsis etenim haud imperat: at domatur illis.

Inconsiderata ambitio.

Expecto, vt ab hoc, & ab illo reddantur honores.
Ni prius aperitur caput acliente, tauri
Obliquo oculo despiciam. Quid? hem superbus.
Hem cur ego huic par videor? Barbarus iste
Me? Scaligerum? haud auferet ille sic: nec illi
Nunc, si pote, abibit: modo sim si bene noui
Me, bene collinuiem istius popelli.
Hæc, talia fundens abeo. mi obuius es tu,
Aut rex. facies paululum ab hesterna aliena.
Rumpor. Quid ego egi? mihi mutatus? at vnde?
Sic sic respicio nimis, & nimis parum me.
Minimum quenq; officijs prauenire, magnum est:
Vel nobilibus: quibus in fastu omnia regnant.

Nihil exprobrare.

Cuiuis generi, tum cuicunque nationi
Quicquam vitij, aut criminis imputare nolis.
Non si Turca, vel hybrida Celtiberus, & fur:
Aut stultitia Bigero leucophlegmatias:
Aut Bathycus, aut Callaicus fititor auri:
Quos buccula panis mala conducit ad omnia.
Non si [illegible] in perfidia vltima recoctus,
Mauri soboles, alba cutim, pectore nigro.
Passim: inuenies aliquid cum malis bonorum.
Sic artibus vllis vitia exprobrare, durum est:
Vel carnifici medico, vel crumenimulgis.

Subſelliola quibuſq; calent, quibuſq; ſellæ.
Nam reſpublica patitur tetras meretrices.
Et ſæpe neceſſarius ipſe fœnerator.

Difficile ſatisfacies egeno.

Infarci inopem: te ſtimulo impetet malignus.
Neglige: tum properauerit euolnere diras.
Mediocria fac: eſſe parum, exprobrans latrabit.
Dictum ferum, ſed miſerum magiſq; fuctu.
Si cum (ſit honor) ſtercore certauero: victus
Et victor, ero fœtidus, atq; aura latrina.
Dabis tamen, & tanquam homini, & tanquam homo,
quod ſat.

Purus homo, pluſquam homo.

Cui pura manus, puraq; mens, linguaque pura:
Exuit hominem: quin hominem induit, Deumque.

Ambitio.

Ludente penes te ambitione, te ſub ipſa,
Actum eſt, ſuperat funditus ægritudo curam.
Quin aſſerit at te tua cauſſa liberalis?
Quin ſtas animo? quin manicis, compedibuſque,
Te ad patria cæleſtia ſubuehis ſolutus?

Bona bene vtenti.

Si commodi amici tibi, facileſque parentes:
Nati incolumes, teque piis mentibus erga:
Bona ſunt, bene ſi iis vteris: at non bona, ſi non.

Mens compoſita ad conſulendum.

Qui ſe facili ſurrigit aure ad audiendum:
Tum compoſitus mente ad imaginationes:
Fit conſilij monitis affinis honeſti.

Ingrati homines.

Quædam ſpecies eſt hominum mali, ac maligna:
Cui quod dederis beneficium, ſtatim peribit.

Verum

Verum hoc nihil est; prauti abominabile illud.
Fient inimici taciti, aut dissimulabunt
Te noscere: nequid tibi debere notentur.

Prudentia tempestiua.

Rerum satagit pectore prouido, narum,
Non qui omnia fugit, vorat, occupat: sed ille,
Qui temporibus, quique locis cate obsecundat.

Ex metu ferocia.

Sunt qui misere, ac magnopere expetunt timeri:
Seq; artibus his concipiunt, se fore magnos.
Contra ego, timidos hos puto terrore minaces.
Nolent metui, sed amari, nisi timerent.
Terroreque ista præueniunt, quia extimescunt.
Talesque fuisse inuenies truces tyrannos.

Plus intus.

Discurre parum: plus statuas domi manere:
Nisi vis dura foras rapiat negotiorum.
Nanque instabilis hoc nebulonis, hoc potentis.

Ne abutere potentia.

Cum se tibi fortuna pararit, vt potens sis:
Tu rem cane ne feceris impotentiorem.
Iniuria, contemptio, contumelia, absint.
Magnusquetibi sis potius, quam iniquus illis.

Pietas.

Pupillus, egenus, vidua, hospes, & viator:
Turba hæc aliis omnibus est anteferenda.

Fames habendi.

O ingluuies, o sitis, o fames habendi,
Nos quousque feres tu? ferimus quousque nos te?

Nemesis cubitus.

Pro censu alere, impendere, ludere, otiari:
Nemesis cubitum præque oculis habere semper.

Deo gratiam habere.

Morbo implicitus, proditus, exesus acute,
Ne luctificis astra, Deum cue querelis:
Sed gratiam habe de potiore sanitate.
Quod si, ut decet, & conuenit, & necesse, fracta
Plebi horribilis te euocat vltimus dierum:
Hoc est Domino reddere creditum petenti.
Quare cumulate, potiusque fœnerato
Videaris ei reddere gratus, & libenter.

Venatio.

Venatio quanta afferat incommoda sulcis,
Haud difficile est dicere. Sed tamen videtur
Natura parens hunc homini dedisse ludum,
Sua obire manu retia, defigere varos
Nos cum docuit, cum accipitrem redire iussum,
Iucunda canes cum leporarios creabat,
Nunquam faciens frustra aliquid carensve fine.
Damnosa tamen tum loca, tum tempora vites.

Dele suspitionem ratione.

Si suspitio fert quid inepta: reprehende
Te: & ibi rationem cape: quam fides sequatur.

Natura dat, vt accipiat.

Moderatio, prudentia, fortitudo, iuris
Custodia, frenum rigidi aquitas tenoris,
Sunt mentis sacra pignora celitus micantis.
Rerum genius nomine Natura vocatus
Dat deposita hæc, reddere pura qua teneris.

Propositi mutatio.

Qua prima putaris, aliquando vltima cernes.
Ita propositi multa virum mouent tenacem.
Et res aperit tempore, quod prius latebat.

Fac.

Fac.

Tu si ex animo forte velis cui benefactum:
Addas operam, sola cadauer est voluntas.

Te quoque in trutina.

Errata aliorum trutina noua rependens,
Ne te eximium constituas, quasi boni lex.

Infamia ex opinione.

Multi veniunt immerito in crimen, onusti
Vulgo tenui suspitione pranitatis.
Famaque refert exuuias forus cadentis
Populator, iniquus populus, Chimara, Sphinx, Scyx.

Amor mutuus.

Nullam oderis, at que te amat, hanc amare te aquum est.
Qua non redamat, dixero te hanc amare stulte.
Perdes operam, rei amate eg, eris molestus.

Sui fidens.

In se sita cui spes, erit ille somnium, aut rex.
Nam aut se potitur firmiter, aut fallitur amens,
Lucro est tamen, vt vixerit vndecung, liber.

Peccata.

Peccata notis omnibus, at que omnibus actis
Damnum fabricant: discruciant tempore in omni.
Vt operta metum parturiunt, aperta probrum.

Mali nuncius.

Quod quisq, malum obnunciat, id tibi tua si
Ere sit, vt ad commoda rescire necesse
Videatur, ei non furiosus strependum,
Stulti vt faciunt: sit quasi causa nunciator.

Senecta ipsa suauis.

Si ineunte, voluptatis amor perit, senecta,
Nostra horribili in turbine nauigationis,
Qua est prouidus ancipitis portisculus aui,

Et lex respiscentis & auspicata vita:
Plane esse voluptatem olidum docet venenum.

In aduersis ne sis ferox.

Turgente salo hoc turbida iactatio si quem
Ita succutit, vt protinus haud ferre potis sit,
Nec quas metuit nauseæ fluctuationes:
Incendat is egrumq; animum, ac Deos querelis
Expostulet? obtundat maniter quiritans?
Auser. Nihil hic proficis. Haud tibi est ab illis
Malicia ea: tua ferocia at exprobretur illis:
Si debita constantia non potest locari.

Vita sine lite.

Est vita carens litibus expetenda vel Diis.
Res nanq; Deos excipio, est tota sub illis:
Nostro quibus it turgida fera Lerna cruore.
Homini generoso, alti animi, bene instituto
Iam vera sit vt vita, nec esse, nec fuisse:
Huic nisi se altera suppleat æuiterna vita.
Ne vera putem, blaterat qua ganea clamans:
Mortalis homo funditus ex vtraque parte est.
Hos flamma manet miseros. Sic tamen nefandos
Tolerabiliores reor, ac canes forenses.
Hos cæcat enim insciti a: agit sciens libido hos.

Inuitus nil recte agit.

Quæcunq; animo tumido non facis libenter:
Mendosaq;, curtaq;, & esse obstita necesse est.

Odia ne redintegrato.

Inconciliati nebulonis, & proterui est,
Odia veteris inimicitiæ redintegrare.

Hostis nulli.

Is qui hoste caret, primus erit hominum beatus.
At quo hoste carent omnia, flos beatiorum.

Vtrunq;

Vtrunq; cui contigit; est pene Deo par.

Quæ latent, teste non carent.

O Sol, oculus qui merito vocare mundi,
Num scis; vtra nam sint grauiora: quæ vides tu,
An quæ latitant, quæ mala contegunt tenebræ?
Testis grauior quasi sit, quam quisque sibiipsi.

Negas, quæ peteres.

Voces quoties pauperis exigue negando:
Bona tu retines; quæ tibi non velis negari.

Abstine a dicacitate.

Non omne sales ingenium admittit amaros,
Hos ergo iocos supprime mordacis aceti:
Vrente liti qui vnguine sunt dicacitatis.
Se hoc scurra licet nomine vernilitet inflet.

Locorum dignitates.

Plerunq; locorum loca conciunt tumultus:
Primaria cui, cui media attributa sedes.
Tu, si omnium eris maximus, omniumq; primus:
Concede libenter: tibi tu nam eris secundus.
Alias potioris decet attendere nutum.

Acceptum & expensum.

Si anni videas circuitum explere voluti
Summas rationes, tabulas diariorum:
Et paria simul confieri: æquare vicissim:
Sumptum potes admittere. præstare tamen, si
In subsidys est aliquid tibi repostum.

Malorum frequentia efferat.

Incommoda tristis repetita sæpe vitæ,
Precontinuataq; periclitationes,
Obsessum animi carcere lumen efferarunt.

[redacted]

Ex vulpe dolosa genita, hircoq; salace.

Raptore lupo bellua, porcoq; vorace
Mero, igni[illegible], gluttone ferruminata miro:
Quæ ridicule populum nundinatur ægrum:
Nostris animis ingluuiem quæ explent altam.
Hi vel a plateis, porticibusq; segregarunt,
[illegible] solitudinemq;,
[illegible], [illegible] tenebrisq; latebris,
Ex insidijs ad scelera atra prodeuntes.
Atq; his operosi inguinis, & ventris inertis
Victum vepere hos cogimur e labore nostro:
Ut scorta, canes, & alant, quod dicere nolo.
Foetos igitur nos Cabalos pegmate cali,
Hac prostibula infamibus obsessa cloacis,
Non consilio, non opibus iuuare, sanctum est.
Flammis potius, si eis studeas, purificare.

Indicatura æqua omnibus.

Paucis precium statuens, vnicoq; verbo,
Et qui indicat, & qui empturit, explebit honestum.
Cur quantum alij sit satis, huic pluris habebo?

Decori contemptores.

Multos placidi qui bona rideant decori,
Multosq; tuam qui lapident simplicitatem,
Paßim inuenias. Hos meritis suis relinque.
At tu tibi constans nihilominus tuus sis.

Pauca parce scribere.

Caßij rapidi viscera fœcunda cerebri
Mirare: potes te quoq; si fallere: lauda.
Tu pauca parum scribito: per pauca probata
Morosius habe: perfice lentius otiose.
Inducta, redacta, oblita [illegible]
Rerum, atq; eloquij solidis vacua medullis,
Gratia nouitatis simul intrat, simul exit.

Ingenia iuuenum irrigata.

Tellus veluti assergine compluta beata,
Sub sole nouo fundit opes optima mater:
Sic se e minima subycit, immensaque crescit
Mens in iuuenis pectore sub voce magistri.

Ex veteri elogio.

Sunt ista situ de populi prompta vetusto:
Sunt digna, noua qua, & memori mente recondat.
Odiosa Deo, inuisa homini, improbata mundo,
Hæc sunt: luxuriosus egens, diues auarus,
Iniuria magni, senium libidinosum,
Horumque, aliorumque anima omnium superba.

Cantillatores & tristes fuge.

Captiua caue guttura cantiuncularum.
His nil leuius, contra etiam, magisque, tristes
Hos, nil quibus est perfidiosius, caueto.

Acquirere & seruare.

Acquirere, fati autumo; seruareque fati,
Illud malitia sæpe dat. hoc non nisi virtus.

Nauta miles.

An nauta potest esse bonus, bonusque miles
Absque dolo, absque metu, sineque superstitione?
Quit sponte celox currere, & occidere telum?

Caupo & alia duo monstra, causidicus & monachus.

Non si omnes sibi species Vertumnus adaptet:
Se seque supinet, prius obstinata, prona
Natura: retorto vaga stent sidera cursu:
Caupone aliquid tetrius excitabit vnquam:
Ni Tisiphone e pectore lingulaca monstra,
Vncto monachumve excutiat caput cucullo.

Fœmina leuius malum quam nos.

Nil audiet hic fœmina, nil boni, maliq;
Nihil est etenim. Sed nihil hoc: minusque quam nil.
Nostro est potius, compositum magisq; toto:
Melius, siue bonum: leuius, siue malum sit.

Bonæ artes quam opes liberis.

Vendam citius prædia, cum corpore mentem:
Vt nati aliqua nobilium imbuantur arte:
Quam regna parem mi integra perdito lucello:
Atq; illi, asini more, supinentur inertes.

Vxor.

Vxor proba si contigit, integraque mente,
Formaque stata, exorta parentibus modestis:
Quid maius haberi queat, inuenire durum est.
Quod si (prohibe Fors bona: perrara suasu
Dicam: tamen his verius haud Phœbus anhelat)
Cernice rigens, perpetuata opinione:
Quid tum? sinito ludere fortunam ibi iniquam.
Modo si sobole te augeat, sibi catera habeto.
Tum si improba sit corpore, mente prostituta,
Quando occidere non licet, expellere fas est.
Si hoc esse palam scire videberis, patique,
Mitte repudium. Tum minus hoc malum esse credas:
(Taliter fortibus animis esse persuasum est)
Talem esset ibi: talis homo, quam ei si eras tu.
Non me esse, at eam cupiam in noxia, atque culpa,
Sed iudicio populi qui seruit, insipit.

Pone curas somnum capturus.

Depone cubaturus in intimo recessu
Curarum onus acide: prorue pectoris tyrannum.
E somnis vbi post fueris recognituras:
Ah quam cito te vt lancinet, haud inssa recurret.

Ignobilis

Ignobilis secundis turget.

Vulgum bona res aduenies facit superbum,
Aduersa humilem. Nobilibusque, ac generosis
Natura alta est. nam simul ac deos secundos
Habuere; animi compositi æquabilis aura est.
Aduersa acuunt magnanimum, efferamque fortem,
Medium sapiens elicit, obtinetque semper.

Pythagoræ symbola.

Quæ Pythagoræ symbola dicuntur: eorum
Partim sapidam ambagibus obtegunt medullam;
Partim subolent quid puerile, & obsoletum.
Verum illa tuetur hominibus sacra vetustas,
Vt inane sepulchrum putrido situ cauendum.

Viue, vt diu studeas.

Atterere dies, atque ita distendia vita
Arcescere, propter studia arcta literarum,
Dubito an faciundum: quia florentis id ætas
Defiet; vbi iudicio acriter valemus.
Sic contrahit horas grauis erumna laboris:
In floreque primo aduehit vltimam senectam.
Festina opera hæc, atque alia inchoata nil sunt.
Puerilis mihi displicet vir, puer virilis.
Sat sat cito, si sat bene: sententia prisca.
Nil, quod bene fiat, nimium sero paratur.
Quanto satius, viuere, quo studere possis?
Et perficere hoc, quo melior vita paretur?

Stolida iuuentus.

Lasciua iuuentus fugiens dicta senecta,
Facilem stolide vendit inauspicata risum:
Mœroris emit semina, pœnitentiamque.

Cur stulta oblectent.

Quidnam esse putem, quid memorem fuisse causæ,

Vt

Vt fabula nos plus moueat ſeueritate?
Quis dixerit, aut quis ratione ſupputarit,
Appoſita lucro tempora, qua perdimus, eſſe?
Cur ſolicitent ſeria, mendacia alant nos?

Vetus religionis ſcabies refricatur.

Diuina ſcienda ratio, via, inſtitutum,
Cum ſe eximiam ſentiat, omnibus ſuperſit:
Vt cætera quaque relegens retro relicta
Examinet, ac diſcutiat, fluxaque firmet:
Cur inter inacceſſa, repoſta religionis,
Prærupta, refecta redintima dona vitæ,
Elementa ſchola perdita refricat prioris,
Subigitque ſubactum reliquis; atque agit actum?

Si mihi placeo, cur aliena appetor?

Cum quiſque ſibi tam placeat, ſibique ſat ſit,
Cur tam cupide inuadimus in res alienas?
Nam ſi deerat, cuius ea acceſſio facta eſt,
Non ipſe tibi, tuaque placere debuiſtis.

Facimus, vt reficiamus.

Exurgere lecto, vt item decumbere quaras:
Sumereque cibum, deintegro vt eſurire cœptes:
Facereque, quo ea quæ feceris, infecta quærare:
Quidnam eſt aliud, quam nihil eſſe, nil fuiſſe?

Inaniæ.

Cur mente volutamus inepta, caſſa, nulla?
Cur plus placet error pueriliter vaganti?
Nunquam fuit, & nunquam erit hoc, quod otiamur,
Illudere nobis ne adeo eſt dulce venenum:
Deliria cum vera putamus eſſe regna?
Præter lacrymas, tu tibi promittere quicquam
Audes, doliturus? cupere, exiturus audes?
Te audeſve fateri, morituras, eſſe quicquam?

Homi-

Hominem potius non esse, quam non hominem.

Si spes hominum despicias, stultaque vota:
Actum est. propere te ex numero hoc eximе sodes:
Imo ex hominum numero si secus nequires:

Sophistas elude silentio.

Buccis tumidos neglige spumeis sophistas;
Bullas stolidæ nebulæ, omniquе plenas,
Infantis crepis cymbala rauca facta nugis.
Quorum si treperos, si pote, tu ulciscere bombos.
Reddas neque gry instantibus, & taceto ridens.

In altissimis operam ponere.

Quanquam superi notio clarissima cæli
Sic nostri animi lumina perstringit hebetis:
Æstivus uti sol oculos nyctycoracis.
Minima at minimæ portio notionis huius
Cuius alterum cumulo est anteferenda.

Insania sepulcrorum.

Insana sepulcri ametria, æquataque cælo
Moles, hominis te nihil esse, nil fuisse,
Ostendit: ubi te facis in puluere viuum.
Non viuo aliquam marmore vindicare vitam?
Cæsa spolia hæc igitur lecta opinionis,
Ex injuriis horrida prodiens tremendis,
Summa sima metens, quæ Nemesis torua ministra est,
Victrixque sui, pellacia detrahit æui.

Fastus nationum.

Cur nulla sibi natio displicet, sed vltro
Laudans alienis opulentiora terris,
Damnans præsentis patriæ barbaratesqua,
Se præfert tamen, vt potiore conditam astro?
Non quem borea saxificus quatit tumultus

Grunt-

Gruntlandus, aut aquicola Moscouita prædo,
Aquicola, meribibulus, vbi dabitur anima Bromij:
Non ius Hypertonum aridus execratur ortum,
Hirsutum animum inducet; vt anteponat vllum
Sibi Gallum, Italumve, duos virtutis honores:
Orbis duo flores, duoque fastigia rerum.
Vt sic videantur: emere putare Ronchi,
Sibi deesse aliorum bona: se bonis deesse.

Incauti quatiuntur.

Vt vere parum corpora cauta mane mordet;
Siquando tepori superingruit pruina:
Sic laxa opibus pectora, deprensa supina,
Tantilla vel incommoda male protinus vrunt.

Scribe vacuus curis.

Siquid libet ex ingeny penu repostum,
Depromere: tibi viuere, seruireq; fama:
Esto vacuus. Denique non tuus, caueto
Quicquam occipias, aut videare comminisci:
De mane magis libera, puriorque mens est:
A sole leuis spiritus excitatur almo.
Cum quo, simulac præpetis orbitam diei
Afflauit equis ignicomis oriens anhelis:
Genuale caput tum Venus exerens profundo,
Atlante satusque ingreditur. blanda leporem
Hæc conciliat. hunc vaga versatilis ambit
Suadela. Nitoris Herus, arbiterq; lucis
Aspirat. Ibi qui careas fauente calo?
Hæc digna legi, digna semel lata referri.

Frugalitas.

Stat res tibi, tu rebus, vtrinque sit, videto.
Nam parcus opes generat, prodigus laborem.

Iniuria

Iniuria ius barbaris.

Iniuria ius. Hæc Scythico scita furore:
Hæc Bistony fulgore lex sacrata ferri.
Hanc Roma vetus iam coluit: id adeo, vt ab ipso
Latrone genus ducere se Marte putaret.
Hæc fata canit Tamesis: hæc fata Choaspes,
Tagus, Eridanus, Rhodanus, Nilus, Ister, Indus.
Grassatur ita hæc rabies, multa possidendi.
Et quamplurimum vt habeas, plurimum tibi fac.

Sobria sapientia.

Te dede Deo. quæ capere haud potes, remitte.
Intensio fuat ista remissio, vel acris.
Id sat tibi sit, scire: quod hoc scire, negatur.
Quo sumere frustra temerarium laborem?
Captare, quod vnquam haud capias, sitis bibendo est.

Quid horrea plena, animus inanis.

Si quantum operæ ponitur ad tuenda membra,
Ad cultum animi dimidium impendere curem,
Quam nunc valeo corpore, plus mente valerem.
At corpore pleno vacua est illa. polita
Nitet arca foris, carbo sed intus est loco auri.
Bis, ter, quater, & amplius, e penu in culinam,
Inde in vapidum obsonia conclaue feruntur.
Mens fluctibus vdis natat immersa Lyæi.
Plusquam otia, plusquam facis hæc negotiosa:
Miseri articulatim minuens membra dies: vt
Noctis quoque vestigia deleantur acta.
Quid profuit agrum domitare contumacem
Rastro, trahea, vecte, bipalio, ligone?
Quidnam elicibus lutulentum expiare sulcum:
Gemere horrea sub pondere, pandare prius quæ
Audere videbantur: maniore te illis,

Quæ

Quæ Elegographus exhausta Erysichthonis canebat

Fortuna serua virtutis.

Lautos animos, magnificis artibus altos
Fortuna timet. Nam imperium hi penes seipsos
Ita habent; vt eam seruitij iugo fatigent.

Coloramur a sociorum animis.

Potante aliquo sæpe sitis paratur inde:
Comedente fames. Risus obambulat cachinnum.
Oscitatio ciebit oscitationem.
Virtutis imago suam imaginem creabit:
Vitiiq; color tibi vitij parit colorem.
Commercia tales homines talia reddunt.

Rosomachæ [illegible].

Saturnum exepulis surgere, belluina quam sit
Res vero homini, digna famelica triremi:
Incredibili illuuie Rosomacha monstrat.
Est hoc animal Sarmaticis ideu gulonum;
Felis facie, ornatibus expetita pelle.
Hæc bestia nidore procul cadauerum acri
(Hinc vulturem ego quadrupedem vocare sueui:)
Illecta, vbi vbi in saltibus est prandia nacta:
Se infercit ess deliciis magis, magisq;
Adeo, atq; adeo, vt pene nimis viscera tenta
Rumpantur. Ibi captitat arbores propinquas,
Turgentia queis pondera distringat omasi:
Atque redeat ad relliquias, ventre leuato.
[illegible]
Strigosa cibi quos mora, ieiunia torquent.
Mensæ appositi inedia præmetu futurâ,
Lances adeo nitidas, adeoque patellas
Reddunt, recipi, & reddier vt possit imago.
Cum pro tribus & ventriculum impleant diebus:

Pro semisse notantibus imputant, Deoq;.

Bellum ex cupiditate.

Pars maxima mundi rapitur furore Martis,
Paucis ratia recta dat, aut suadet honestum:
Insana cupido vt studium extorquet habendi.

Deus odit vltionem,

Non vult Dominus temporis, Imperator aui,
Memoresq; notas odij, memoresq; querelas:
Nec viuere vestigia contumeliarum.
Odioq; super cætera cuncta talionem.

Sortes tres.

Audit mare ventos: furit, efferatur illis:
Curuatur adusto Libe, protruditur Austris:
Toruum fremit horrens Aquilonibus superbis.
Tellus stabili pondere vim submouet omnem.
Vim nec patitur, nec prohibet machina cæli.
Prima est stolidi turbida fluctuans imago.
Terra sapiens pingitur immobilitate,
Sortem penitus supra hominis tertia fors est.

Fluida omnia.

Eis flumen idem sapiens transire negat te:
Curasq; adificas, quasi mansurus in æuum.

Nec flere, nec ridere.

Alij Abderita, sibi Heraclitus, iniquè
Pinxere oppositis miserum vultibus orbem:
Nil esse boni, nil solidi: cuncta cuncta
Ante ruere, quam constiterint, noxia vera
Inimicaq; vitæ omnia, quæ profore credas.
Vt vterq; bonus, sic bene neuter explicauit.
Mala, quæ nequeam corrigere, est flere Bacchi.
Damnataq; fato bona ridere, maligni.

Quid tu? quid ego? si uero, vt est, quod est, ita esse.
Nec fœmina flebo: neque ridebo minus vir.

Cinerescit animus cura.

Ignis cineres conficit ex arbore cæsa:
Curæ ex animo, putrida fit trabes madore:
Torpore animus. Vomer inersus situ scabrescit:
Lentitia animus. Hic, & hic splendescit ab vsu.

Bona fama.

Æs est alienum bona fama: quod petenti
Paruo facile est tempore dissoluere vulgo,
Vllis sine damnis, capital modo tibi stet.

Abstemius.

Abstemius a vino erit haud ebrius vnquam.
Sed inebriat hæc gloria, gloriæque iumus.

Homini arma, ratio, manus.

Vngues, cornum, cornua, cursus, ala, dentes,
Sunt præsidy pignora, cardineſque vitæ
Bruto pecori. Sed tibi de parente eadem
Hæc omnia dictat ratio, manus reponit.
Vt flebilibus iam statuas modum querelis,
De debilitate, exilitate, nuditate:
Quæ Plinius incommoda declamat ineptus.
Quin in truculentasque feras, pecusque mite,
Gratum imperium, vel dolus, aut aperta vis est.
Homo sis modo: nec hominem mutaueris illis.

Medicus & leguleius.

Quærunt; medicus, an agoræus, nobilior sit.
Hic viuere dat: hic beneuiuere edocebit.
Hoc est hominis: hoc quoque commune iuuenco.
Magis ille necessarius: hic superuacabit,
Frustraque dolos quæret; vbi dolus recedet:
Nisi si ipse dolos fabricet, & nectat apertos.

Vilis medici materia est, finis honestus.
Materia vt honesta alterius, finis inanis.
Nam a Philosopho iura boni, haud plene petendum est.
His leguleis rusticius nihil supinis.
Insciția quorum rationis omnis expers.
Solum numero vincere vult opiniones.
Quod si solidi iudicij semina quaeris:
An leguleus, vel medicus nobilior sit.
Hi nempe canes sunt duo, os vnicum latrantes,
His simplicitas suadet, amare, obire recte:
Prauа hic nimio corrigit excussa labore.
Prauа inueniunt isti, vbi nulla prauitas est.

Veritas etiamnum latet.

Ne nunc alma quidem obsita veritas tenebris,
Exerere caput poterit, vel posse fatetur:
Depressa humilis, condita caligine caeca:
Sed nos docet ex hac misera necessitate,
Falsos radios luminis extitisse veri,
Infans philosophia, quae balbutit olim.

Caduca voluptas.

Vix orta, simul dispersit, vt bulla, voluptas.
Virtutis in euum opus immortale perennat.
Nec senium patitur, nec obit morte solutum.

Si amicus mutatur, muta.

Fortuna si amici faciem, ac pectora mutat
Fortuna animi, tui sic tempora muta.

Tege infortunia.

Siquid tibi Sors fecerit inimica siniștri:
Prudens tege: ne certa sit hostibus voluptas.

Oculorum modestia.

Discas oculorum acie promptissimus vteris.
Sed tardissimus appete, quae visa placebunt.

Lis, spes, miseria.

Lis spem generat: ipsa alit vlcerosa litem:
Miseria prope consequitur: quæ finis earum est.

Salutatio.

Inter sapidos homines, tu nihil putato
Ciuilius esse salutatione blanda.
Seruilis tamen est fugienda peius angue.

Canos reuereri.

Pars est hominis nobilis, & cati, & pudentis,
Canos reuereri: etiam si parum nitescant
Obscurum genus in senio haud parum refulget.

Quomodo sumptus faciendus.

Impende quasi lux tibi nunc vltima surgat:
Parcens, quasi nunquam moriturus, & reponens.

Indulgentia salutaris.

Ætati sua tempora sunt cuique. quare
Da illis quoque, qualia competunt cuiq.

Inertia.

Morti nihil est similius, ac vita nocentum.
Vixisse tamen, si pote, dicentur. At illum
Qui nil agit, hunc pemtus nec viuere dicam:
Qui tempus, iners simul & præterit ipsum.

Opes cito partæ, cito dilabuntur.

Insidet [illegible], vis cito discedere. Quod vis,
Et quod non: cito dines eris, citoq; egenus.

Coniugium non ex opibus.

Ne pro affinibus, asinos compares superbos.
Optabile connubium est, optabile damnum.
Futura gregum quæritur vt suppleat. ergo
Generosa parens ducitur vltimis ab oris,
Nisæa cui gramina pabulum pararunt:
Et potum Tagus aurifer, aut Thracius Hebrus.

Tu

Tu coniugij cupidus liberis creandis,
Illis ducere pateris sordidam parentem,
Spretaque proba paupere, diuitem cloacam?
Aurum tibi sic queritur, haud fœmina coniux.

Paupertas & senectus.

Paupertas, senium que, duo sunt mala vitæ:
Nisi frugi comes animum constantia, vicit.

Vanæ cogitationes.

Est hoc vitium vitus omnibus pudendum,
Vt falsa ædificemus imaginatione,
Quæ haud nos capere, & nos quibus haud capi queamus.

Auro probantur homines.

Aurum lapide, ast homines iudicantur auro.
Aurum ignis coquit, exprimit, efficitq; purum.
Auro coquitur, soluitur, impurus homo fit.

Pax.

Nil pace est precioſius, aut magis sequendum.
Felix, cui peperit sine lite vita finem.

Pythagoræ monstra.

Hæc Pythagoras exilio fugare iussit:
A corpore morbum: ex animo imperita signa:
E ventre famem: quæ absque fame appetit hoc quod habet:
Ex vrbe malos seditionis insitores:
Ex ædibus inuidiæ mutuos remorsus:
Intemperiem omnibus, incontinentiamque.

Philautia.

Soli sibi qui placeat, cæteroſque spernat:
Is si a reliquis spernitur: hic vendit, emitque.

Liuor.

Recte inuidia est refugo comparata telo.
Telum, soliti siquid ei se obiicit, inde
Retro resilit: nec nocet huic, cui natur.

Casus, Deus ipse erit, & providentia eius.
Utique lex sit ea, omnia sine lege moueri.
Quare temere nil erit, est, fuitve quicquam.

Turpis relapsio.

Lapsus semel, hinc te erige: turpe post relabi.
Delicta iterum repetens, reditui ua reponis.

Quies ex labore.

Quicunque sua ex opera victitant, beati
In eo inuenient opere, & sudore quietem.
Va quorum otia in alienis actibus haerent.

Amici pocularij.

Multi ad cyathum faciles, prodigique amici,
Quos immensores efficit una umbra pericli.

Tempus labitur.

Cali cursus oriens, occidens sibiipsi,
Versatilis indomita circuitione,
Perdens perpetuo reparabilem rotatum,
Praecedit, euntem subiens, sequens sequentem.
His anfractibus implicat omne, quod sub ipso est.
Tantum vt liceat dicere verbulum hoc, fuisse.

Gratia perit non iniuria.

Cum flore simul gratia pene nata flaccet.
Contra, haud perit iniuria, ventilatq; sese.

Suauis vita inscitia sui aliqua.

Quid sis modo, quid fueris, quidque sis futurus:
Tum quaerere, tum scire necesse plusq; plusq; est.
Sic quare tamen; ne nimium tibi immoreris.
Nam vita sui nescia, non parua voluptas.

Nec emax, nec vendax.

Nec vendax, nec emax fueris. Monstrat auarum
Hoc, hoc cupidum. Pauperis illud, hoc procacis.

Aut

Aut vita quieta, aut mors.

Aut vita sine vrente molestia expetenda:
Aut mors, plus etiam omnibus eligenda vitis:
Quæ subdola sola animi ludibria soluit.
Nec turpe mori: sederit turpiter mors mors.

Iustitiæ oculus.

Ne clam struito insidias: nec palam nocete.
Nanque est oculus iustitiæ, qui omnia cernit.

Peregrini modestia.

Peregrine, nihil satagens, cuncta ages. molestum
Est officium, occasio quod nulla requirit.

Literæ sine iudicio.

Sine iudicio, studia incompta literarum
Vergunt semper ad insidias deteriores.
At ad omnia duplex, homo bene instructus:
Simite caput teneris moribus coronat.
Precium mira perpetua est sapientia vitæ:
Quæ non recipit, nisi seſe, æstimationem.

Pauper munificus.

Qui diuitibus temere dat munera pauper:
Aut desipit: aut caput hoc, quod dare huic videtur.

Peregrinatio.

Frustra peregre, nec sine ratione vageris,
Multis hominum vt moribus excudere mores,
Tibiq; ingenium ex ingenijs parare cures.

Mali omnes infelices.

Bona fortuna malis mala fit: nec hac beati
Illi esse queunt. Onus hoc, non honor, putandum.

Quæ dies suggerit, nocte expende.

Qua vesper anhelis iuga detrahens iuuencis
Tibi suaserit, impositis in pectore curis:
Hac concubia nocte reuoluenda relinque.

Fœmina leuius malum quam nos.

Nil audiet hic fœmina, nil boni, maliq;
Nihil est etenim. Sed nihil hoc: minusque quam nil.
Nostro est potius, compositum magisq; toto:
Melius, siue bonum: leuius, siue malum sit.

Bonæ artes quam opes liberis.

Vendam citius prædia, cum corpore mentem:
Vt nati aliqua nobilium imbuantur arte:
Quam regna parem mi integra perdito lucello:
Atq; illi, asini more, supinentur inertes.

Vxor.

Vxor proba si contigit, integraque mente,
Formaque stata, exorta parentibus modestis:
Quid maius haberi queat, inuenire durum est.
Quod si (prohibe Fors bona: perrara suasu
Dicam: tamen his verius haud Phœbus anhelat)
Ceruice rigens, perpetuata opinione:
Quid tum? finito ludere fortunam ibi iniquam.
Modo si sobole te augeat, sibi cætera habeto.
Tum si improba sit corpore, mente prostituta,
Quando occidere non licet, expellere fas est.
Si hoc esse palam scire videberis, patique,
Mitte repudium. Tum minus hoc malum esse credas:
(Taliter fortibus animis esse persuasum est)
Talem esse tibi: talis homo, quam ei si eras tu.
Non me esse, at eam cupiam in noxia, atque culpa,
Sed iudicio populi qui seruit, insipit.

Pone curas somnum capturus.

Depone cubaturus in intimo recessu
Cura onus acida: prorue pectoris tyrannum.
E somnis vbi post fueris recognituras:
Ah quam cito te vt lancinet, haud inulsa recurret.

Ignobilis

Ignobilis secundis turget.

Vulgum bona res aduieniens facit superbum,
Aduersa humilem. Nobilibusque, ac generosis
Natura alta est. nato simul ac deos secundos
Habuere; animi compositi æquabilis aura est.
Aduersa acuunt magnanimum, efferamque fortem,
Medium sapiens elicit, obtinetque semper.

Pythagoræ symbola.

Quæ Pythagoræ symbola dicuntur: eorum
Partim sapidam ambagibus obtegunt medullam,
Partim subolent quid puerile, & obsoletum.
Verum illa tuetur hominibus sacra vetustas,
Vt inane sepulchrum putrido sit tu cauendum.

Viue, vt diu studeas.

Atterere dies, atque ita dispendia vitæ
Arcescere, propter studia artia literarum,
Dubito an faciundum: quia florentis id ani
Defiet; vbi iudicio acriter valemus.
Sic contrahit horas grauis ærumna laboris:
In floreque primo aduehit vltimam senectam.
Festina operâ hac, atque alia inchoata nil sunt.
Puerilis mihi displicet vir, puer virilis.
Sat sat cito, si sat bene: sententia prisca.
Nil, quod bene fiat, nimium sero paratur.
Quanto satius, viuere, quo studere possis?
Et perficere hoc, quo melior vita paretur?

Stolida iuuentus.

Lascina iuuentus fugiens dicta senecta,
Facilem stolide vendit inauspicata risum:
Mœroris emit semina, pœnitentiamque.

Cur stulta oblectent.

Quidnam esse putem, quid memorem fuisse causæ,

Vt

Vt fabula nos plus moueat ſeueritate?
Quis dixerit, aut quis ratione ſupputarit,
Appoſita lucro tempora, qua perdimus, eſſe?
Cur ſolicitent ſeria, mendacia alant nos?

Vetus religionis ſcabies refricatur.

Diuina ſcienti ratio, via, inſtitutum,
Cum ſe eximiam ſentiat, omnibus ſuperſit:
Vt cætera quaque relegens retro relicta
Examinet, ac diſcutiat, fluxaque firmet:
Cur inter inacceſſa, repoſita religionis,
Prærupta, refecta reduuiua dona vitæ,
Elementa ſchole perdita refricat prioris,
Subigitque ſubactum reliquis; atque agit actum?

Si mihi placeo, cur aliena appeto?

Cum quiſque ſibi tam placeat, ſibique ſat ſit,
Cur tam cupide inuadimus in res alienas?
Nam ſi deerat, cuius ea acceſſio facta eſt,
Non ipſe tibi, tuaque placere debuiſtis.

Facimus, vt reficiamus.

Exurgere lecto, vt item decumbere quaras:
Sumereque cibum, deintegro vt eſurire cœptes:
Facereque, quo ea qua feceris, infecta quærare:
Quidnam eſt aliud, quam nihil eſſe, nil fuiſſe?

Inaniæ.

Cur mente volutamus inepta, caſſa, nulla?
Cur plus placet error pueriliter vaganti?
Nunquam fuit, & nunquam erit hoc, quod otiamur,
Illudere nobis ne adeo eſt dulce venenum:
Deliria cum vera putamus eſſe regna?
Præter lacrymas, tu tibi promittere quicquam
Audes, doliturus? cupere, exiturus audes?
Te audeſve fateri, moriturus, eſſe quicquam?

Homi-

Hominem potius non esse, quam non hominem.

Si spes hominum despicias, stultaque vota:
Actum est. propere te ex numero hoc exime sodes:
Imo ex hominum numero si secus nequires:

Sophistas elude silentio.

Buccis tumidos neglige spumeis sophistas;
Bullas stolidæ nebulæ, somnijque plenas,
Insanticrepis cymbala rauca facta nugis.
Quorum streperos, si pote, tu vlciscere bombos.
Reddas neque gry instantibus, & taceto ridens.

In altissimis operam ponere.

Quanquam superi notio clarissima cæli
Sic nostri animi lumina perstringit hiantis:
Æstiuus vti sol oculos nycticoracis.
Minima at minimæ portio notionis huius
Cuiuis aliarum cumulo est anteferenda.

Insania sepulcrorum.

Insana sepulcri ametria, æquataque cælo
Moles, hominis te nihil esse, nil fuisse,
Ostendit: vbi te facis in puluere viuum.
Non viuo aliquam marmore vindicare vitam?
Cæsa spolia hæc igitur lecta opinionis,
Ex insidijs horrida prodiens tremendis,
Summa ima metens, quæ Nemesis torua ministra est,
Vltrixque sui, pellacia detrahit æui.

Fastus nationum.

Cur nulla sibi natio displicet, sed vltro
Laudans alienis opulentiora terris,
Damnans præsterilis patriæ barbara tesqua;
Se præfert tamen, vt potiore conditam astro?
Non quem Boreæ saxificus quatit tumultus

Grunt-

Gruntlandus, aut aquicola Moſcouita prædo,
Aquicola, meribibulus, vbi dabitur anima Bromij:
Non ius Hyperionum aridus execratur ortum,
Hirſutum animum inducet; vt anteponat vllum
Sibi Gallum, Italumve, duos virtutis honores:
Orbis duo flores, duoque faſtigia rerum.
Vt ſic videantur: emere putare Ronchi,
Sibi deeſſe aliorum bona: ſe bonis deeſſe.

Incauti quatiuntur.

Vt vere parum corpora cauta mane mordet;
Siquando tepori ſuperingruit pruina:
Sic laxa opibus pectora, deprenſa ſupina,
Tantilla vel incommoda male protinus vrunt.

Scribe vacuus curis.

Siquid libet ex ingeny penu repoſtum,
Depromere: tibi viuere, ſeruireq; fame:
Eſto vacuus. Denique non tuus, caueto
Quicquam occipias, aut videare comminiſci:
De mane magis libera, puriorque mens eſt.
A ſole leuis ſpiritus excitatur almo.
Cum quo, ſimulac præpetis orbitam diei
Afflauit equis ignicomis oriens anhelis:
Genale caput tum Venus exerens profundo,
Atlante ſatuſque ingreditur. blanda leporem
Hæc conciliat. hunc vaga verſatilis ambit
Suadela. Nitoris Herus, arbiterq; lucis
Aſpirat. Ibi qui careas fauente calo?
Hæc digna legi, digna ſemel lata referri.

Frugalitas.

Stat res tibi, tu rebus, vtrinque ſit, videto.
Nam parcus opes generat, prodigus laborem.

Iniuria

Iniuria ius barbaris.

Iniuria ius. Hæc Scythico scita furore:
Hæc Bistony fulgore lex sacrata ferri.
Hanc Roma vetus iam coluit: id adeo, vt ab ipso
Latrone genus ducere se Marte putaret.
Hæc fata canit Tamesis: hæc fata Choaspes,
Tagus, Eridanus, Rhodanus, Nilus, Ister, Indus.
Grassatur ista hæc rabies, multa possidendi.
Et quamplurimum vt habeas, plurimum tibi fac.

Sobria sapientia.

Te dede Deo. quæ capere haud potes, remitte.
Intensio fuat ista remissio, vel acris.
Id sat tibi sit, scire: quoth hoc scire, negatur.
Quo sumere frustra temerarium laborem?
Captare, quod vnquam haud capias, sitis bibendo est.

Quid horrea plena, animus inanis.

Si quantum operæ ponitur ad tuenda membra,
Ad cultum animi dimidium impendere curem,
Quam nunc valeo corpore, plus mente valerem.
At corpore pleno vacua est illa. polita
Nitet arca foris, carbo sed intus est loco auri.
Bis, ter, quater, & amplius, e penu in culinam,
Inde in vapidum obsonia conclaue feruntur.
Mens fluctibus vdis natat immersa Lyæi.
Plusquam otia, plusquam facis hæc negotiosa:
Miseri articulatim minuens membra dici: vt
Noctis quoque vestigia deleantur acta.
Quid profuit agrum domitare contumacem
Rastro, trahea, vecte, bipalio, ligone?
Quidnam elicibus lutulentum expiare sulcum:
Gemere horrea sub pondere, pandare prius quæ
Audere videbantur: maniore te illis,

Quæ

Quæ Elegographus exhausta Erysichthonis canebat

Fortuna serua virtutis.

Lautos animos, magnificis artibus altos
Fortuna timet. Nam imperium hi penes seipsos
Ita habent; vt eam seruitij iugo fatigent.

Coloramur a sociotum animis.

Potante aliquo sæpe sitis paratur inde:
Cõmedente fames. Risus obambulat cachinnum.
Oscitatio ciebit oscitationem.
Virtutis imago suam imaginem creabit:
Vitiyq; color tibi vitij parit colorem.
Commercia tales homines talia reddunt.

Rosomachæ [illegible].

Saturnum ex epulis surgere, belluina quam sit
Res vero homini, digna famelica triremi:
Incredibili illuuie Rosomacha monstrat.
Est hoc animal Sarmaticis iden gulonum;
Felis facie, ornatibus expetita pelle.
Hæc bestia nidore procul cadauerum acri
(Hinc vulturem ego quadrupedem vocare sueui:)
Illecta, vbi vbi in saltibus est prandia nacta:
Se infercit eis deliciis magus, magisq;
Adeo, atq; adeo, vt pene nimis viscera tenta
Rumpantur. Ibi captitat arbores propinquas,
Turgentia queis pondera distringat omasi:
Atque redeat ad relliquias, ventre leuato.
[illegible]
Strigosa cibi quos mora, ieiunia torquent.
Mensæ appositi inedia præmetu futura,
Lances adeo nitidas, adeoque patellas
Reddunt, recipi, & reddier vt possit imago.
Cum pro tribus & ventriculum impleant diebus:

Pro semisse notantibus imputant, Deoq;.

Bellum ex cupiditate.

Pars maxima mundi rapitur furore Martis,
Paucis ratio recta dat, aut suadet honestum:
Insana cupido vt studium extorquet habendi.

Deus odit vltionem.

Non vult Dominus temporis, Imperator aui,
Memoresq; notas odij, memoresq; querelas:
Nec viuere vestigia contumeliarum.
Odioq; super cætera cuncta talionem.

Sortes tres.

Audit mare ventos: furit, efferatur illis:
Curuatur adusto Libe, protruditur Austris:
Torquum fremit horrens Aquilonibus superbis.
Tellus stabili pondere vim sibi mouet omnem.
Vim nec patitur, nec prohibet machina cæli.
Prima est solidi turbida fluctuans imago.
Terra sapiens pingitur immobilitate,
Sortem penitus supra hominis tertia sors est.

Fluida omnia.

Bis flumen idem sapiens transire negat te.
Curasq; edificas, quasi mansurus in annum.

Nec flere, nec ridere.

Alij Abderita, sibi Heraclitus, iniquè
Pinxere oppositis miserum vultibus orbem:
Nil esse boni, nil solidi: euanida cuncta
Ante ruere, quam constiterint, noxia vera
Inimicaq; vitæ omnia, quæ profore credas.
Vt vterq; bonus, sic bene neuter explicuit.
Mala, quæ nequeam corrigere, est flere Bacchi.
Damnataq; fato bona ridere, maligni.

Quid tu? quid ego? ſiuero, vt eſt, quod eſt, ita eſſe.
Nec fœmina flebo: neque ridebo minus vir.

Cinereſcit animus cura.

Ignis cineres conficit ex arbore cæſa:
Cura ex animo, putrida fit trabes madore:
Torpore animus. Vomer iners ſitu ſcabreſcit:
Lentitia animus. Hic, & hu ſplendeſcit ab vſu.

Bona fama.

Æs eſt alienum bona fama: quod petenti
Paruo facile eſt tempore diſſoluere vulgo,
Vllis ſine damnis, capital modo tibi ſtet.

Abſtemius.

Abſtemius a vino erit haud ebrius vnquam.
Sed inebriat hæc gloria, gloriæque Iumus.

Homini anima, ratio, manus.

Vngues, cornua, cornua, curſus, ala, dentes,
Sunt præſidy pignora, cardineſque vitæ
Bruto pecori. Sed tibi de parente eadem
Hæc omnia dictat ratio, manus reponit.
Vt flebilibus iam ſtatuas modum querelis,
De debilitate, exilitate, nuditate:
Quæ Plinius incommoda declamat ineptus.
Quin in truculentaſque feras, pecuſque mite,
Gratum imperium, vel dolus, aut aperta vis eſt.
Homo ſis modo: nec hominem mutaueris illis.

Medicus & leguleius.

Quærunt; medicus, an agoræus, nobilior ſit.
Hic viuere dat: hic beneuiuere edocebit.
Hoc eſt hominis: hoc quoque commune iuuenco.
Magis ille neceſſarius: hic ſuperuacabit,
Irruſtraque dolos quæret; vbi dolus recedet:
Niſi ſi ipſe dolos fabricet, & nectat opertos.

Vilis

Vilis medici materia est, finis honestus.
Materia vt honesta alterius, finis suamis.
Nam a Philosopho iura boni, haud plebe petendum est.
His leguleis rusticus nihil supinis.
Inscitia quorum rationis omnis expers.
Solum numero vincere vulgi opiniones.
Quod si solidi iudicij semina quaeris:
An leguleus, vel medicus nobilior sit.
Hi nempe canes sunt duo, os vnicum latrantes,
His simplicitas suadet, amare, obire recte:
Prava hic nimio corrigit excussa labore.
Prava inueniunt isti, vbi nulla pravitas est.

Veritas etiamnum latet.

Ne nunc alma quidem obsita veritas tenebris,
Exerere caput poterit, vel posse fatetur:
Depressa humilis, condita caligine caca:
Sed nos docet ex hac misera necessitate,
Falsos radios luminis extitisse veri,
Infans philosophia, quae balbutit olim.

Caduca voluptas.

Vix orta, simul disperit, vt bulla, voluptas.
Virtutis in aeuum opus immortale perennat.
Nec senium patitur, nec obit morte solutum.

Si amicus mutatur, muta.

Fortuna si amici faciem, ac pectora mutat
Fortuna animiq; tui sic tempora muta.

Tege infortunia.

Siquid tibi Sors fecerit inimica siniistri:
Prudens tege: ne certa sit hostibus voluptas.

Oculorum modestia.

Disces oculorum acie promptissimus vtens.
Sed tardissimus appete, qua visa placebunt.

Lis, ſpes, miſeria.

Lis ſpem generat. Spes alit vlceroſa litem.
Miseria proſe conſequitur: quæ finis earum eſt.

Salutatio.

Inter ſapidos homines, tu nihil putato
Ciuilius eſſe ſalutatione blanda.
Seruilis tamen eſt fugienda peius angue.

Canos reuereri.

Pars eſt hominis nobilis, & cati, & pudentis,
Canos reuereri: etiam ſi parum niteſcant
Obſcurum genus in ſenio haud parum refulget.

Quomodo ſumptus faciendus.

Impende quaſi lux tibi nunc vltima ſurgat:
Parcens, quaſi nunquam moriturus, & reponens.

Indulgentia ſalutaris.

Ætati ſua tempora ſunt cuique. quare
Da illis quoque, qualia competunt cuiq.

Inertia.

Morti nihil eſt ſimilius, ac vita nocentum.
Vixiſſe tamen, ſi pote, dicentur. At illum
Qui nil agit, hunc penitus nec viuere dicam:
Qui tempus, iners ſimul & præterit ſeipſum.

Opes cito partæ, cito dilabuntur.

Inſide [illegible], vis cito diteſcere. Quod vis,
Et quod non: cito dines eris, citoq egenus.

Coniugium non ex opibus.

Ne pro affinibus, aſinos compares ſuperbos.
Optabile coniugium eſt, optabile damnum.
Fœtura gregem quæritur vt ſuppleat. ergo
Generoſa parens ducitur vltimis ab oris,
Niſæa cui gramina pabulum parauerunt:
Et pomum Tagus aurifer, aut Thracius Hebrus.

Tu coniugij cupidus liberis creandis,
Illis ducere pateris sordidam parentem,
Spretaque proba paupere, diuitem cloacam?
Aurum tibi sic quæritur, haud fœmina coniux.

Paupertas & senectus.

Paupertas, senium quæ, duo sunt mala vitæ:
Nisi frugi comes animum constantia fulcit.

Vanæ cogitationes.

Est hoc vitium vitijs omnibus pudendum,
Vt falsa ædificemus imaginatione,
Quæ haud nos capere, & nos quibus haud capi queamus.

Auro probantur homines.

Aurum lapide, ast homines iudicantur auro.
Aurum ignis coquit, exprimit, efficitq; purum.
Auro coquitur, soluitur, impurus homo fit.

Pax.

Nil pace est præciosius, aut magis sequendum.
Felix, cui peperit sine lite vita finem.

Pythagoræ monstra.

Hæc Pythagoras exilio fugare iussit:
A corpore morbum: ex animo imperita signa:
E ventre famem, qua absque fame appetit hoc quod habet:
Ex vrbe malos seditionis insitores:
Ex ædibus inuidiæ mutuos remorsus:
Intemperiem omnibus, incontinentiamque.

Philautia.

Soli sibi qui placeat, cæterosque spernat:
Is si a reliquis spernitur: hic vendit, emitque.

Liuor.

Recte inuidia est refugo comparata telo.
Telum, solidi siquid ei sc obiicit, inde
Retro resilit: nec nocet huic, cui natum.

Quin & redit, & vulnerat ipsum arcitenentem.
Sic liuor edax tela, reciproco recursu
Emissa, sibi recipit vulnere sub proprio.
Angues beneficus cicures efficiuntur.
Liuor quibus impensius efferatur atrox:
Intustissima, simul & iustissima labes.
Hac nanque bonis pestis vt incommodat: aque
Auctorem quatit: atque sui vltio parata est.

Euphrone.

Noctes adhibe in consilium, si quid anhelas.
Nam praecipitat res cita se praecipitantem.

Corpus nitidum, mens putrida.

Sum marmoreus carter: at intus impius fur.
Intra Parium tumulum est putridum cadauer.
Bellicrepum equum Balium jalgamator vrget.
Cur lora situ vitiat gemmeam ligenam?
Aut quomodo corpus premit, aggrauatque mentem?

Fortuna vigilat pro felicibus.

Fortuna vigil stertere dat negotioso,
Si dormiat hac, somnia sunt mei labores.

Incuria curas parit.

Si te ratio non valet, ac beata Virtus
Armare ita, vt ignauia dissuatur abs te:
Saltem metus hoc efficiat. Videbis ergo
Quam sape malas funditet incuria curas.

Vultus animum tegat.

Concusso animo saltem eadem sit mora vultus.
Dissimulatio sola Hera stat necessitatis.

Veterum dicta castigantur.

Est insipientum mera vox dissita vero:
Quae felicem ait hunc, cui non contigit esse.
Nam qua nihilo stare potest beatitudo?

Est

Est altera vox etiam sic iners inertis.
Felix, si modo natus hic illico perisset.
Haec est fuga, non vegeta expugnatio Sortis.
Contra audeo sic dicere: quam vita sit ingens
Primi munus opificis; qua queam referre
Illum, & noscere, & expetere, & frui; esse & ille:
Et, si qua videntur mala, ni malis mala esse:
Quin omnibus embammaque, miscelaque vita:
Si commoda spectes, male: si incommoda, recte.

Misce te & versa.

Esto tibi mater: & esto tibi nouerca:
Ne prada voluptatibus, in retia tendas.

Miserum quam turpem.

Inter sobria, turpe sit, ebrium sedere.
Interque ebria, miserum est, sobrium studere.
Haec ebrietas plurima, multiplexque: non tam
Vini: sed opum, sed amoris, stultitiaeque:
Quin, heu dolor heu, sanguinis, & carnificinae:
Me malo tamen miserum, quam videre turpem.

Distractio animi.

Qui multa agit: hunc multa simul pati necesse est.
Nec passio cessat, licet actione cesset.

Sapiens non frustratur.

Frustra sapiens verba facit desipienti.
Frustratur tamen insipiens, nec ille frustra,
Nam verba sibi redeunt, ipsa si repellas.

Fortuna est impostura.

Ne quare, quid hoc nomine, Fortuna, feratur:
Si noße, quid est leuis impostura, potis sis:

Nil casu. ipse casus esset Deus.

Nil, nil temere fit: sed ab insolente dictum hoc.
Quod si stulta temeritas omnia haec gubernat:

Casus, Deus ipse erit, & prouidentia eius.
Vtique lex sit ea, omnia sine lege moueri.
Quare temere nil erit, est, fuitve quicquam.

Turpis relapsio.

Lapsus semel, hinc te erige: turpe post relabi.
Deleta iterum repetens, redimitua reponis.

Quies ex labore.

Quicunque sua ex opera victi stant, beati
In eo inuenient opere, & sudore quietem.
Va quorum otia in alienis actibus hærent.

Amici pocularij.

Multi ad cyathum facile, prodigique amicis
Quos immemores efficit vna vmbra pericli.

Tempus labitur.

Cæli cursus oboriens, occidens sibiipsi,
Versatilis indomita circuitione,
Perdens perpetuo reparabilem rotatum,
Præcedit, euntem subiens, sequens sequentem.
His anfractibus implicat omne, quod sub ipso est.
Tantum vt liceat dicere verbulum hoc, fuisse.

Gratia perit non iniuria.

Cum flore simul gratia pene nata flaccet.
Contra, haud perit iniuria, ventilatq; sese.

Suauis vita insciti sui aliqua.

Quid sis modo, quid fueris, quidque sis futurus:
Tum querere, tum scire necesse plusq; plusq; est.
Sic quære tamen; ne nimium tibi immoreris.
Nam vita sui nescia, non parua voluptas.

Nec emax, nec vendax.

Nec vendax, nec emax fuerit. Monstrat auarum
Hoc, hoc cupidum. Pauperis illud, hoc procacis.

Aut

Aut vita quieta, aut mors.

Aut vita sine vrente molestia expetenda:
Aut mors, plus etiam omnibus eligenda vitis:
Quæ subdola sola animi ludibria soluit.
Nec turpe mori: sederit turpiter mori mors.

Iustitiæ oculus.

Ne clam struito insidias: nec palam noceto.
Namque est oculus iustitiæ, qui omnia cernit.

Peregrini modestia.

Peregrine, nihil satagens, cuncta ages. molestum
Est officium, occasio quod nulla requirit.

Literæ sine iudicio.

Sine iudicio, studia incomptaliterarum
Vergunt semper ad insidias deteriores.
At ad omnia duplex, homo bene instetutus:
Si mite caput teneris moribus coronæ.
Precium mira perpetua est sapientia vitæ:
Quæ non recipit, nisi seſe, æstimationem.

Pauper munificus.

Qui diuitibus temere dat munera pauper:
Aut desipit: aut caput hoc, quod dare huic videtur.

Peregrinatio.

Frustra peregre, nec sine ratione vageris,
Multis hominum vt moribus excudere mores,
Tibiq; ingenium ex ingenijs parare cures.

Mali omnes infelices.

Bona fortuna malis mala fit: nec hac beati
Illi esse queunt. Onus hoc, non honor, putandum.

Quæ dies suggerit, nocte expende.

Quæ vesper anhelis iuga detrahens iuuencis
Tibi suaserit, impositis in pectore curis:
Hæc concubia nocte reuoluenda relinque.

Qua nox tibi suggeret intempesta quiete:
Ne ar[illegible] teneri ruat inconsulta dies.
Nil præcipiti turbine proditum diu stat.

Vidua, pupillus, hospes.

Accepta [illegible] eo vidua, & pupillus, & hospes:
Ista tibi loco sint tria sacra liberorum.
Quin malim, aliquant[illegible] meos liberos deesse:
Quam dem vidua, & hospiti, & ætate minori.
Non quantum aberit, tantum aderit. Deus reponet.
Quod das, solum id habes: quod habes, deest quæ solum.

Malus odit dici, non odit esse.

Nec pessimus ipse sese ipsum malum fatetur,
Quodque ejse nec odit, futuus dicier odit.

Ex bono bonum.

Litis soboles lis erit, & dolor doloris:
Concordia concordia erit parens parentis.
Felix, qui serit, unde metat, quod expetebat.

Ne luctare cum potiore.

Contra Rhodanum ne stolide natare tentes:
Contra Boream ne temere flare ruentem:
Contra pelagi strepentis clamare tumultum:
Contra ensiferum rabie certare tyrannum.

Frugalitas vectigal.

Ne segnis sine perdere parva negligendo.
Certa est opulentia frugalitate sola.

Magia, Alchymia, Cabbala.

Rimans magæ ludibria, chymicosq; folles,
Inflabis, & inflaberis. hos effuge ventos.
Porro fuge deliria Cabbalistarum:
Quorum labor est, decipi: & hinc decipere aque.
Quorum scopus est nil: ister extra omnia quæ sunt.
Quorum est animus pensilis a nigra familia,

A somniolis, nugisatis vortice fumi.
In mari seruntq; spem, metuntq; fraudis vmbras.

Sermo castus.

Verbis acidis ne truculenter inueharis.
Hoc remigibus, medicisq;, rabulisq; linque,
Et mancis: quibus ista progymnasmata seruent.
Hisce lanius, his leno odium omnium bonorum
Sese oblectet Hiberus in urbis angiportu:
Qui sanguine scorticuli (hic auribus honor sit)
Ex funiculis soleas in serica mutat.
His inflauerit olidas, horridasq; buccas
Artocrearum venditor, atque isitiorum
Fœtida tomacli suendula lingulaca turba.
Turpes lachanopolides, artopolidesq;,
Flore Liberi impudentia ebriæ rubetæ.
Hæc sunt misera putida tentacula plebis:
Quæ porticibus sordida porrecta sub altis,
Ex vlcere dira facit conuicia cælo.
At nos soboles alta Deum magnanimorum
Vitæ articulo nitido nectimus decoro:
Metimur & omnia virtute: nec videmus
Solum his oculis: auribus vtimurq; cordis,
Cognata polo pectora sine labe gerentes.

Innocentia.

Loquitur taciturnus satis animus innocentis.
Excusatio maxima sit pudor silentis.

Conscientia.

Cuicunque Deus sit sibi conscientia ipsa.
Illa est testis, & illa furoris vna vindex.

Minis potius quam verberibus.

Ne verbere saui, sonitu increpans flagelli.
Pallente tenus satis est prodire pauore.

Est

Et asperrima, puto, castigatio: lenta
Si torquet mora: necat expectatio poena.
Pulsatus abit: succutit, vt puluere sparsa:
Sicut canis, e flumine quando exit vdus.

Aut ars, aut arx.

Fortuna nouerca bonis si quando reflarit:
Tunc portus erit tutior, ars, & arx remota.

Platonis canes.

Qua, die Plato, virtida custodia regni
Abs te posita est canibus comparata fidis:
Laudata meo iudicio, probata verbis,
Firmata operibus, experientiaque longa:
Scito in perniciem miserabilem excidisse.
Sunt nanque canes in rabiem furore versi:
Et iam pecudes dilacerare, ludus illis.
Nec carne luporum, ast ouium cruore pasti,
Tendunt scelus excidys mutuis pacisci.

Ratio & valetudo.

Ratione mera nihil, & sanitate maius.
Nanque est anima hæc corporis: hæc anima est anima.

Somnus docet nos mori.

Curæ domitor sopor exterminator almus:
Assuetudine nos docet haud timere mortem.

Præcepta, iussa, minæ, supplicium.

Excussa Dei pectore præcepta benigni
In iussa statim merito versa se colorant.
Hæc stricta minarum faciem induunt ferocem.
Nil proficiunt? Quid reliquum furoris ergo,
Quam supplicium pœna ne quæsita moretur
Sese? Intrita tibi alia sunt tibi exedenda.

Fabella.

Fabella tegit cortice nectaris medullam,

Quem

Quem cuique sibi frangere, cum velit, licebit.
Vnam hic igitur ponere me, iubet voluntas.
Crassa pondere nauigium anchora grauatum
Cursu medio placidas abiecit in vndas.
Turgente dehinc aequore, turbantibus Austris,
Cum ponere vela iuberent caeca pericla:
Tutoq; loco instabilem fundare carinam:
Amissa gemens misero retinacula damno,
Sensit tempore quicq; suo ferre, quod optes.

Iactabo quod metuam.

Absentia leuiter fero: praesentia curuant.
Fioque alius iam mihi tam magna sonanti.

Fac cuius non pigeat.

Si conciliare velis & quaerere famam:
Omnia factaque, dictaq; spectabis ad vnguem.
Ne postmodo sic, aliter, cogitasse dicas.
Quid quis cogitet, haud scio: quid faciat video.

Natura patria est.

Nemo exulis in nomine vir bonus dolebit.
Natura etenim patria, non terra, bonorum.

Iracundia ratio.

A me extorqueas placido si trucem meipsum
Iracundia; subiget me sibimet ipsi.
Si me extorqueat habilem de truci meipso;
Reddet ratio libera me mihimet ipsi.
Qua nil melius, nil propius bonum, ac beatum.
Nil affinius est magis opifici supremo.
Quoq; esse queat citius fictus homo, homo verus.

Malorum & bonorum mors.

Mors dira timenda malis, est bonis petenda.
Illis mortem aliam parat. his bonam quietem:
Afflans monumenta noua intermortua vita.

Perpen-

Perpende diaria.

Ne somnum cape nocte nigra ineunte, priusquam
Quæ facta die fuerint, ter pendere cures.

Homo homini vastitas.

Cur vita bonis, brevior sese, ipsa fathiscet?
Cur ampla malis? omnia cur malis secunda?
Cur conqueremur grandinis impetum? locustas?
Brucum? Eruca quid est tibi? aut rubiginis aura?
An non homo fit homini hoc, peioraque multo?

Factiones fuge.

Non te Venetus, nec Prasinus, nec Incitatus:
Sed mens aureaque, animusque auriga gubernet.
Cui fatum flagra: vis rationis est habena.

Manu coacta pura mens.

Humanis mihi cadibus abstinere, sanctum est,
Si cogitur ipsa manus: pura mens maneto.

Iuuentus parta perdit.

Detergit auorum miserabiles labores
Captiua iuuentus, leuis, inconsulta iuuentus:
Gurgesque vorax. abeunt quasi bulla repente
Uncta. uncta hæc patrimonia, quæ vorat libido.

Prouidentia.

Composita poli perpete vertigo rotatu:
Quæque altisono cardine subnixa trionum:
Quæque inferiore plaga deuexa latet nos:
Hæc omnia monstrat agi prouidente nutu.
Et nil temere confieri: sed expediri
Sub lege sua quæq;, suo quæq; tenore.
Qui forte regi credidit: is forte regit se.

Gloria præstamus.

Vitane vides quam pigra sunt pignora? quam sunt
Communia, cum pecudum brutitate nobis?

Quare

Quare est reliquum, quam pote, comparare qua sunt
Subiecta corollaria: laus, gloria, fama.

Inania phantasmata.

Coagmentatio vanida, copulatioq;,
Phantasmata quas pariunt, cogitationum:
Quam multa parat misere, tam pauca reportat:
Se fracta, sinique iacens erroris inanis.

Audere & persequi.

Si cum cortice natites, sine cortice nabis.
Si iape bene incipias, nec perficere ausis:
Bona principium debile fortuna sequetur:
Plenaque manu dabit id. quod visa negare est.

Abstine a potentiore.

Ne cum spinigero stolidus luseris Ere:
Neu tu strepera strigili defrica leonem.
Nec, si conqueritur equus de pondere cauda,
Illi cupias vellere. Maximo in periclo es,
Ne oblita tui officij calcitronis ira,
Queis carere vellet, illa te tollere nolit.

Laborum comparatio.

Qua, quot patitur mali peronatus arator,
Si dispicias, faciles tunc erunt labores.
Iactetur in alto pelago quibus periclis
Infame caput Liguris, sine Lusitani,
Triplex, quadruplex ludus erunt tibi labores.
Orcum tibi militiæ propone videndum:
Iam tum labor, haud labor est, sed quies, voluptas.
Sic digere, sic ardua momenta volutans
Haud vnquam minus eris, atque vbi eris in labore.

Cælestium obliuio.

Qualis scatebrosa piger e rupe viator:
Viridante cui tacito blanditur in vmbra

Arguta

Arguta ciens modulos philomela canoros:
Sudore, fitis perditus ore excipit undam,
Oblitus iter: celeri nocte deprehensus,
Quem fugerat, vltro nouum duplicat laborem.
Cœlestia sic qui recolit, mente maligna,
Hoc melle acido, lumine delinitus atro,
Interueniente tenebra opprimetur amens.

Repetita de cupiditate.

Quicunq; sibi satis est, is diues habetur.
Cur vnus homo pluribus auferat sibi vni?

Malorum præuentio, & occupatio.

Cur consensi citius, quam iuuenta venit?
Cur sum puer ingenio, non moribus infans?
Oculatior in tenebris, in lumine talpa?
Vento ocior ad flagitium, & fulminis alis:
Ast ad bona Callipides, somnium, podagra?
Quem non habui, quomodo perdidi meipsum?
Si sum quippiam, ah vbi sum? quis me ista docebit?

Portus post hanc nauigationem.

Quam dulce sit, & suaue, procul abesse periclo?
Nam quæ Boreo sum mare discrimina puppi
Molitur, ab alto scopulo cernere tutum.
Discrimine quod careas, est summa voluptas.
Ah nos etiam, atque etiam turbidis procellis,
Quos fert rigidum mare, tempestatibus actis
Hic malumus esse, & procul hinc cernere portum?
Quem sola potest mors dare, & illa altera vita.

[redacted]

Lingua ignea: pigra manus, nisi sit rapiendum;
Ventres saturi semper, hiatibus paratis:
Plene Veneris turgida flammea libido:
Mundi insidiæ, mera corruptela ruentis:

Crepi-

Crepitacula rancida: tintinnabula rauca:
Qui regna Dei non nisi pollicentur auro:
Scenæ Tragicæ somnia, sunt [illegible].

Duo mundi fiunt vnus bonis.

Mundus vnus est bonis: hic hic, & alter ille:
Cui se specie, pectore, mente configurat.
Hic illius est portitor: huius ille portus.
Prauis hi duo sunt duo. Primus, est voluptas:
Alter pœna. Ita habent, nec habent hos, sed habentur.
Et sunt nihil his: nihil hi sunt eis [illegible].

Morbus animæ non sentitur.

Qui morbus inest corporibus, mouere sensum
Est aptus. At ille, animam qui affligit, & angit
Cur non potis est animæ sensum item mouere?
Sed blanditur, & alit hoc melleo veneno?

Boni omnes ciues inter se sunt.

Ne crede ingis, atq; crepidinum recessu,
Neu fluminibus, neu maris æstuante tractu,
Rerum patrias, semina nostra dissipari.
Natura parens principium, omniumque finis,
Una, atque eadem est omnibus, eadem omnibus vna.
Odit Batauum, qui fore se negat Britannum:
Et qui Italiæ nomine contemnit Hiberum:
Et cui titulus Gallia despicit Molossum,
Est ciuis vbicunque sit, vndecunq; ciuis,
Is qui bonus est. At malus est hospes vbiq;.

Immortalitas.

Si Mars furibundum facit, & Venus procacem:
Si compositum Iuppiter, & Luna vagantem,
Vultusque meus vultibus est subditus illis:
Cœli soboles sumus immortalis: vt ipsum
Nempe haud moritur, neq; corrumpitur sub euo:
Æuum potius parions, & secula condens.

Somnus vitæ populator.

Vitam mora dimidium sibi deuia somni
Sic lenificis lapsibus abradit ab annis:
Vt quam minimum tunc tibi sentias fuisse.
Tum quod reliquum est, vigili sunt somnia morte.

Chorea virum dedecet.

Si decet virum chorea: sic nere decebit.
Sardanapale colum cape: cape tela Camilla,
Sitq; hic mulier tibi, tu vir clara virago.

Repetita.

Cur fabula plus moueat, plusq; ficta veris?
Ast hoc sapiens haud facit: at debilis ætas.
Natura sui similes colligit, ligatq;.

Mundus distinct.

Vt flumina stultus stupefactus vda spectat
Donec penitus fluctibus exhausta peractis
Siccum sibi dent iter. Ast ea perpete tractu
Sese subeunt, repetunt, fugiuntq;, sequunturque.
Illum noxq;, fameque domat, vota fatigans.
Sic nunc metuenda mihi vis negotiorum,
Complexu implicita innumero, in seque voluta,
Verum impediunt iter ad secreta Tonantis:
Diraque fame torqueor, & premor tenebris.

Virtutis repræsentatio.

Ne sic teneram vegeto gaudere marito,
Sub flore putes nitidam primulo puellam:
Nec sic reditu nobilis, vnicique nati
Spe simul, atque metu ancipiti anxiam parentem:
Quam cum species aurea virtutis amatur,
Æternaque lux speculi, vitæque futura
Offert oculis animi, spiritusque nostri.

Hæc

Hæc Musa mihi dictat: hic est noster Apollo:
Hæc est Elice: cuius ab imminente luce
Nox discutitur: Nec pelagus timet carina.
Illa absque quod est, nihil est. est omnia Virtus.

Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Iam iam satur hinc abeo. Iam tetra venena
Me solicitant, ocius exilire vita.
Hic quid faciam, cui nihil hic potest placere?
An qui mihi displiceo, cæteris placebo?

Excusatio.

Si pro meritis bene, pro dignitate rerum,
Quærenda mihi plena forent verba: fuisset
Vix una, puto aut altera linea exarata.
Sunt implicita, atque ardua sensa, sunt repostæ:
Sunt difficiles numeri: neque cuncta superbi
Admissa volunt. Patior: me exerceo: mitto,
Siquid nequeo: nec mihi displicet repulsa:
Sic assuescere disco sub infimis ad alta.
Patientia nam gradus est, fortitudo sedes.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM

LIBER QVINTVS.

Viue faculæ, fulgidulæ atheris nitelæ,
Flammata Cherub, fulgurib. cohors coruſcis:
Et vos aliæ, rapidos quæ rotatis orbes:
Quæque ingenys hominum facta Juſcitatis:
Mecum generis commiſereſcite, o, ruentis
Succenturiatus vt hic ordini ordo veſtro
Tandem vacuas expleat in culmine ſedes.
Spirate, quot ad populos præcepta feramus.
En nobis ſua pectora Gotofridus offert,
Viuida vegeto flamine Trinitatis almæ,
Spirans Dominum mente, animo, cordeq; Ieſum,
Veſtrum numerum auctaturus in arduo receſſu:
Inter facies varias, fera fœdera mundi,
Hic tutus ab inſidiis inuidi tyranni,
Clivum flammiuomi rapidus anhelat Olympi.

Exceſſus.

Audite elementa ardua myſteria cæli,
Quæ Spiritus almus Patre demiſſus ab alto
Dictat mihi ſublimia ſublimibus orſis.
O fulgida lux æthere lucentis aperto

Verſatili-

Versatiliter rapido machinæ rotatu,
Mihi pande sinus flammigeros tui recessus.
Quibus incensus & ardeam, & ardore cornscus
Mentem renouem, nitida mutemq; inuenta.
O mi anime recentate bis, in sanguine Christi
Semel, & semel in flamine Spiritus vigentis,
Tetrum exuite noctifera tibi nubis amictum:
Atq; hauri noua semina felicia lucis.

Peruersitas.

Peruersum genus hominum, sententia siqua
Apte posita est, laudibus haud probabit vllis:
Aut videns canere etiam mortuis iubebit:
Sibi tempora, & in tempore se amittere gaudens,
Fœdo saturum carmine, fabuliq; fiet.

Nulla fides.

Sic nulla fides hodie, caritasque nulla:
Vt sermo frequens miseris mortalibus hic sit:
Ne fide tibi, ne alys. qui fidit amicis,
Non fidit sibi: qui sibi, non fidit amicis.

Fortuna.

Qua Principis a nutibus aura blanda pendet,
Rationem ea habet cum nitido, horridoque Sole.

Sycophanta.

Qui hæc dixit mea Stoica præcepta referre
Partim, partim Epicurea (vt illa, qua poeta
Scripsit, caneret) ne misere is sibi est beatus,
Qui posse adamanta putat conuenire asello.
Sed rhetor inanis, nebulo, allatrator orci
Id schema sibi placitum noluit tacere.

Liuor.

Liuor tacitum subuiridi colore pingit:
Sermonem acuit, rabidis armatque venenis.

Contemptor.

Contemptor sibi quod facile est & expeditum
Pro nihilo habet in reliquis mortalibus ater:
Quodcunq; supra est ingenium, summaq; captum
Tanto magis eluminat: ergo semper excors.

Maledicus.

Si quem maledicta iuuant, maledicta iuuabit:
Pastus nomine, nomina pascet is vicissim.

Captator.

Qui principibus munera mittit, ille non dat:
Sed quomodo quis vapida mente fœneratur.
At sæpe laros auceps eluſit hiantes:
Et sæpe gripum polypus subdolum fefellit:
Captans aliena itidem captabitur ipse.
Tanto rapiens iustius ipse erit rapina.

Dare & accipere.

Non est, accipere lucrum, aut semper dare damnum:
Sed temporis atq; loci vultus ista mutat.

Clam facta.

Quod quisque latere velit, cum fecerit: illud
Inter mala qui numeret, recta iudicabit.

Imitare, ne inuideas.

Qui proximus est opibus, gratiaque regi,
Liuore malo carpere, fœdissima res est.
Quin te ergo paras similem, vt similem te amet ille?

AEmulari bonos.

Laudare bonos, sapientia prima videtur.
At quanto imitari melius, politiusq;?
Verum superandi quibus est occasio nata:
Qui non fecerit, exulet e limine mundi.

In peius ruere.

Quis non videt, vt scelerum plenissima vita

Se

Se flagitijs superans exuberet atris,
Nec se capiat, nec capiatur vniuerso?

Vulgus.

Attenta Deo pectora despicit prophanus:
Præ seque omnia conspust, & putat cloacam.

Otium caue.

Si linea ducta est hodie, cras altera currat.
Quod si hers vacuus fueris, depende hodiernus.

Miseria quæsita.

Annos patimur: sidera trudunt, trahuntque.
Altrinsecus opprimimur hostium ruinis.
Cur nosmet iniquo etiam prodimus labore,
Qui tartarea carcere seruitutis vrat?

Eripe te ex affectibus.

Mortalibus incendia mentis e ruinis
In portum Sapientia si suum receptet:
Felicem hominem fecerit, & Deo propinquum.

Fraus [illegible].

Quot spicas Libya metit sub sidere cancri:
Quot sunt tacito sidera lucentia cælo:
Quot fluctus maris Ionij, [illegible]que:
Struit insidias [illegible] ad pectora paratus.

Medicus.

Discrimine nullo medicus bonus malusq;
Æque profitetur, eis & creditur æque.
Stultos sic leuis homines insania versat.

Immanitas.

Si qua iniuria facta sit, hic sile: e durum est.
Si non sileas, durior est parata noxa.

Simplicitas & opes.

Diuitias Deus abscidit a simplicitate:
Diuesque, bonusque, simul vix manere possunt.

Dei regnum & mundi.

Frustra quereris, ringeris, eiulasque frustra:
Prauis quod bene sit pemtus, bonisque praue.
Non regna Dei iacia hic, atque regna mundi.

Dies atri plures.

Si candidus enumerabit dies lapillus,
Qui commoda vitæ placido sole reducunt:
Nullus niger in litore luceat lapillus.

Cautio.

Est, quod caueas: est, quod & haud credere debes:
Ne suspitio maculet pectoris quietem.

Adlatratores.

Gaude quoties catulus adlatrare sentis.
Haud ima quatit liuor. at excelsa liquantur.

Charybdis ciuilis.

Inconditus est animus, barbarus ferusque:
Sua qui prodigit, atque aliena concupiscit.

Mundi fraus.

Multum varius me timor exercet inanem:
Cum cerno, quid orbis mihi pollicetur: & quid
Ex pollicitis aliud molitur acerbum.

Caritas.

Quicunq; videret maledicta, facta prisca,
Vere poterat dicere, caritas refrixit.
At iam qui nunc videt addita crimina criminibus:
Vere poterit dicere, caritas sepulta est.
At tu soboles cælitus electa, triumphans
Summitte tibi crimina caritate viua.
Solum haud ferit hoc, quod dabis, & fœnore reddit,
Tanquam acceperit, qui dedit, vt tu dare possis.

Consilium ab omnibus.

Audi iuuenum consilia, audiasq; senii:
Si sunt senibus præstituenda, liberisq;

Iustitia.

Iustitia.

Hucreſpice, quacunque rotans aureus orbem
Titan agitat flammiferas citus quadrigas:
Cunctisq; locis, quibus intempesta ſilet nox.
Vis iuſtitia euanuit: an redibit vnquam?

AEſopi Charybdis.

Æſopica ſententia fabulas frequentat:
Terram coopertam pelago fuiſſe quondam:
Pontiq; trientem abſorptum impetu Charybdis:
Exorptum ab eadem iterumq; alterum trientem:
Si tertia vis ingruat, nil ſuperfuturum.
Nunquam euenerit id tamen. Id timet Charybdis,
Ne dira Charybdis fori at exorbeat ipſam.

Microcoſmus.

Qui mundum hominis ſpeciem dixit eſſe parvum:
Norat cuncta animalia continere ſolum:
Vulpemque, leonemq;, aſinumque, ſcorpiumq;,
Formicam, atq; canem, roſomachamq;, cicadamq;:
Ignauia quos, ſedulitaſve, diritaſve
Titillauit, & illecebræ voracitatis.
Sola aſt probitas hominis ſunt pignora veri.

Supinitas.

Cui Tantalus eſt fabula, culpatur anarus.
Ego vero puto veterem hanc conuenire formam
Ei, qui leget hæc carmina, nec ſequentur illa.

Conſilium.

Etſi haud egeas conſilio, tamen decorum eſt
Tutumq;, quid & cætera turba noſſe poſit.

Grauitas.

Eſto grauis haud vultibus, haud fronte ſuperbo,
Sed moribus, & iuſtitia, atque puritate.

Constantia.

Dic sic, quasi iraueris: vt dixeris, hoc fac.
Nanque vnus vt es tu tibi, ceteris hoc esto.

Beneficentia.

Regnes beneficiis bene, non procacitate.
Nam virtutibus homines seruiunt libenter:
Formidabilis animi magnitudine alti,
Non horrore supercily, malisque factis.

Sapiens semper laborat.

Vitam facilem sapiens comparat labore.
Ignauia in inducys inuenit laborem.

Poetæ vtiles.

Lenocinium, & numeros aufer a poeta:
Quid tum nisi quisquilia, ac difformia membra?
Fabella tamen allicit, & tenet miſellos.
Quas fabula Troiæ capit, & detinet aures:
His Troiæ esse facit miserabiles ruinas.
Sic sese animus miseros transformat in ignes.
Sirenum puto blanditias esse poetam,
Queis captus amans animus consenescit ager.
Nec me scio quid faciam, cum semel recepi.

Pulchritudo.

Inuicta tyrannis, violentaque est venustas.
Seruire libet magis huic, quam iubere turpi.

Virtus exulat.

Matutus age prætę nitidos aurea currus:
Vt me videas in tenebris flere gementem:
Non esse locum exulibus virtutibus vllum.
Tanto magis cnitere mens pura nitere:
Et Marte tuo miseras fulcire ruinas.

Affectibus impera.

Si percitus ira placidam secas quietem,

Deti

De te subitas exige pœnitente pœnas:
Animique salo vegetus contraria tenta:
Affectus vtis seruiat, imperare turgens.

Crimina vindicanda.

Impune mihi crimina procedere pascens,
Quia sic alius supplicium non dedit ante,
Erro. supplicium quia si dedisset ille,
Non crimen ego crimine, culpam culpa fouerem.
Exemplo alius ne igitur hoc deinde peccet,
Pœnas dare me conuenit, & cedere recto.

Odimus monitorem.

Anguis vice stat monitor, reprehensor ignis.
Natura hominis est rota: vix tenere potis.
Sic in se ruit, irruit, inuoluitur, vrget.

Animæ immortalitas.

Nostris animis si interitum fata pararunt,
Vt vulgus iniquum sibi somnians vacillat:
Quis non Trochili sorte frui malit inerti,
Quam cum hoc misere turbine confligere vitæ?

Idem.

Natura dabit corpora si necessitati
Virtus animos feret ad cælestia regna.

Metus, spes.

Vita œconomis est metus odiosa supellex:
Omni tamen est spes odiosior timore.

Mors non timenda.

Est exilium vita misella nostra cels:
Quo patria nos euocat ad pios penates.
Optare pium est igitur hac soluere vincla
Mutareque pacificis seruilia regna.

Idem.

Nunc esurio, nunc satur eructo culinam:

Nunc dormio, nunc vigilans deuoluor eodem:
Neque finis, neque principium reciprocandi.
Atque hinc dubitem soluere, tot flatibus actus?

Astrologi.

Non est penitus notio semota futuri.
Haud pauca videmus prius euenire dicta.
Ast hoc nebulonum vitium est, scelestiorum,
Quorum sessibus etiam subsellia callent,
Vbi literulas miseri primulas docebant,
Scriptis temere publica mendacia mandant,
Queis creditur attamen, & cum laude probantur.
Tanta est stolidi plumbea vecordia mundi.

Nitiobriges.

Scis cui, quibus hanc libeat componere turbam,
Quam misera penes popularia iura labascunt?
Scis ergo cui liceat comparare tandem?
Morti. Cur ita? dixeris: hinc te trucidant!
Haud hoc. sed velut omnia mors aequat acerba;
Sic colluuies sordibus haec inquinat aurum:
Atque aequat equis asinos, & regibus ortos
Componit agasonibus, & sacra profanis.

Patientia.

Si non pateris, hoc animi esse mollis aiunt:
Quid si patiar? aselli duritia vera est.

Canis inter lupos.

Vulgi in medio quid agam, turbaque nefanda?
Cui prater opes cetera sic omnia sordent:
Mihi prater opes colitur sic vnica virtus.
Olim socij quatuor obsigere mensae:
Quorum tres nitidi fuerunt flore Lyaei.
Quartus sobrius extitit, atque vapulauit.

Rota.

Furni soboles, lanij, salgamaryque,

Sunt

Sunt impositi misere cervicibus istis,
Quæ nobilibus sortibus imminere fuerant.
Hæc tu, Nemesis, cælitus otiosa spectas:
Quæ non rumpis hoc, vtinam rumparis ab illis.

Rusticus in solio.

Nil ridiculum magis est rustico potente.
Vultus sibi cum fingit, & os nobilis ore.
Cum thuribulo simius est verus ad aras.

Honestum.

Fallacibus in iudicijs torpet honestum,
Si quando vtile prodyt, exeritque vultum.
Ast vtilitas vbi sit, si dedecus affert?

Peruersitas.

Quam multa Deo possumus auctore probare,
Quæ reijcimus: nec patimur bene esse nobis.
Quam multa malo consilio praua probamus,
Quæ nos prohibent homines esse posse dici.
Nec cura tamen illius, huiusve momordit:
Sed turget sua cuique malo bruta voluntas.

Fatum virtute superandum.

Fatis acidis, acribus, horridis, minutis
Erosus, laceratus, obustus, enecatus,
Rursus redimiua vigeo, nitens, iuuenta:
Nec cedo, nisi vt fortior exurgere possim.

Sordes ciuitatum.

Toties populo cum mare comparatur acri
Cur non populi sordibus euoluitur achne,
Sed summa tenet funditus, ac cuncta gubernat?

Pecunia pecudum est.

Si dicitur a pecude ipsa pecunia: recte
Fiet, pecus vt habeat, quod suum vocanit.

Medio

Mediocritas.

Hæc ima vides tenuis magalia plebis
Immitis iniqua rabie prodita fati?
Ne sublimia faciant te quærere regna:
Quies nulla quies epulas, somnumve ministrat:
Sed quæ sitis indomito lacit impete rerum.
Extrema cane: mediis tranquilla triumphant.

Similes vita & libri.

Audens inhonestis numeris fundere versus:
Musisque pudicis maculas dare impudicas:
Lascina quasi pagina sit, vita probata:
Impurus erit. quod habet vas, fundere fuevit.

Humanitas Deo proxima.

Affabilitas ingenij pignus amœni
Est, asperitas cerebri vena belluini.
Esse qui volet homo, homo erit, post deusque fiet.

Vita hæc tenebræ.

Purpurea dies tenebris si cedit opacis,
Ut cæci animis noctibus obruimur atris:
Cur cedere nox nitidis cum iubetur auris,
Non insedit in animis lux sacra nostris;
Sed carnifices remouent, incubantque curæ?
Prorsus vita nihil nisi perditæ tenebræ.

Fati iniquitas.

Si me quærere forte quis intenderit vsquam:
Non inueniet. Quomodo me inuenerit ille,
Si non egomet sum potis inuenire memet?
Sic dissimilis sum mihi, ne agnoscere possim,
Commeminisseve quid eram, quidve sim videre.

Iustitia corrupta.

Dirrumpere terra gremium: tota dehisce.
Ac forte satis non erit immane barathrum,

Vt iustitiæ sorbeat putridum cadauer:
Cuius horribilis odoriam nubilat astra.

Fatum inexorabile.

Orat tenerum ver philomela ne recedat:
At surdum abit, atque æstibus vrenda relinquit.
Orat rapidum fluminis impetum viator,
Ne se impediat, dum properat videre sponsam.
Ast ille ruit lapideque in fluctibus vrget.
Orat pelagus nauta, remittat vt furorem.
At sæuit magis, ac magis, & spirat acerbum.
Quid profuit aras liquido thure calere?
Quid supplicibus sidera cumulare querelis,
Si barbara fax me necat, & dolis venenat?

AEtas irreparabilis.

Iactat cancer, aranea, vernatio tergo
Districta, nouo tergora suffecta nitore,
Effœtaque in ænum melius, commodiusque
Vita reficit semina reparata supellex.
Nos quid sequitur? quid comitatur? aut quid anteit?
Puerilia primum, puerilitas supremum,
Medium scelus, aut somnia somniique imago.

Comparatio mentis cum sole.

Phœbus viridem radiis illuminat orbem:
Momenta viri candida veritas loquentis:
Virtutis amor pectoris illuminat auram.

Probrosa vita.

Ignominia perpetuis notis insusta
Est vita probrosis. mihi nulla vita probrum est.

Mens constans tentatur aduersis.

Quanquam bene munita, bene instituta, firma
Compagibus, & subscudibus carina mentis,
Tentata tamen fluctibus, appetita nimbis:
Allisa miseriæ scopulis, fessa fatiscit.

Naturam

Naturam studiis augere.

Istos animi igniculos, seminaria ista,
Queis seuit agros ingeny beata, rerum
Natura parens, studijs augescere par est.
Aut splendor abit, perditus ærugine tetra.

Vxcordia veterum poetarum.

Si sic quoque per somnia matricida Oreſtes
Formidine tetra quatitur, pugna Deorum est;
Quod iussit Apollo fera si plectit Erinnys:
Tantum potuit veterum vxcordia lingua.

Temporis Dominus.

Certis animus seruus & alligatus horis,
Mutatio si qua obtigit, illico labascit.
Fortis, dominus temporis, imperabit horis.

Cura irrequieta.

Odiosa quietis fuga, liberique motus
Cura est: tetricus ianitor atque seruitutis
Mera pernicies excubat, incubatq; menti:
Sed nec minus ignauia, & incuria torquet,
Primum facie composita: inde hostis acerba.

Hercule adhuc opus.

Erymanthus, & Antæus, & Orcus, & Molossus,
Binique biformi agmine, trinique triformi:
Scyllæ gemmæ: plurima Nebulonia proles,
Cum Geryone, Capra, sororibus Medusæ,
Nondum perierunt, neque victa conciderunt,
Si dispicias monstra ea, qua dicere nolo.
Possunt etenim cædibus antimuscidare.
Hanc da Latium: Græcula noluit sequi vox.
Monstrosa mihi fuit excogitanda monstris.

Dibaphi

Dibaphi & Libertini literarum contemptores.

Dudum, haud ita pridem mala turbella coorta est;
Qua artes vario crimine clamaret inanes:
Sed cuncta, data a Flamine, suggeri repente.
Pene omnis ibi concidit illa circularis,
A se incipiens, se subiens, in seque recurrens.
Calcata Stagira: Liceum exulavit orbe:
Academia quasi Nenia glossaria veri
Delira habita est, & quasi ludibria vitæ.
Quæ flagitia, hæc quot mala monstra perpetrarint;
Turpe, & miserum est scribere. erunt turpia verba,
Et fœtida: quæ turpia, fœtida exarabunt.
Nunc ex dibaphis tribaphi subsistere facti.
Nec tot poterunt satis esse lotiones:
Quin spurcissima foret hæc sic mortua sordes.
At nunc respiscit meliore turba fato:
Ut desita deferbuit a calore tetro.
Artes redeunt: redeunt disputationes:
Florentia frequentatur imago veritatis.
Nanq; in medio turbine constituta rerum,
Excussa nisi exacerbe, & ventilata surget.

Flagitium mors.

Digna facere morte, est misere eludere vitam:
Saturum esse fame: vel patria exulare in urbe.

Simplex & prudens.

Quod simpliciter fecerit ille, aut hic dolose:
Ne vero aliorsum accipe, verum indue utrunque:
Ne te hic fatuum, ne te ibi iudicem malignum.

Exitus redarguit stultitiam.

Rerum exitus ostendit agentibus supine
Prius abdita discrimina, discrepantiamque:

Tolerantia.

Patientia quanta est aquilaq; miluioq;,
Terras obeuntis, ac maria, aerisque tractus?
Quanto tolerant tempore ieiunia longa?
Nos mancipia, aut desidiæ pignora vera
Suprema boni munera in otio putamus.
Ego vero ingenio, atque animo inquietiore
Tam nihil agere hic, quam nihil esse, idem putabo.

Non opera sed fine distinguimur.

Magnus maxima despicit: id, quia nec ambit.
Sordidus eadem negligit: id, quia nec audet.
Mentis nihil affinius ardua remissa:
Si tantum opus hoc despicias, quod explicabunt.
At fine alio hunc, hunc alio stare videbis.

Stulti verbum, telum est.

Stulto, aut furioso est animi vulnus abore:
Cui nulla queat post renocatio mederi:
Nullusve Machaon, nisi vulneratus ipse.

In solis malis fœditas.

Nullam faciem poteris culpare pudica:
Nullam in sapientis corpore debilitatem.
Spurci geruli robora, digna laude nulla.
Nec magnifacias meretricium decorem.

Inepti medici cum fabellis.

Quidam omnibus in rebus, & omnibus loquelis,
In propositis omnibus, omnibus coronis,
At nos modulo compositos ferunt, feruntque:
Verum vt sine discrimine, ita haud absque periclo.
Illos modus, & quisquilias latens decorum
Primum calidos deficit: in fine gelascit:
Hos ambitio turbida sermonis amœni

Capeo

Captos adeo prouehit, obliuio vt ipsos
Perplexa sui, surripiat, destituatque.

Litigator.

Benefacere cui nunc vacat? Est forum petendum.
Ni prodere malo bona, quot mihi parant.
Prensanda mihi mancipia, atque verna emendus.
Nempe aliquid Hero nostri vt idem idem insusurret.
Placanda Libonis puteal, toral, matella,
Ardente cadi fulgure, perdice, saperda.
Obryza tamen plus valet alma crux Hibera.
Mittenda Deae serica, simpulum, catella:
Atque ipse monendus: bonus vt velit vir esse:
Saccoque meo velle fauere sericato.
Quod iam faciet blandicula vxore iubente.
Alioqui abiens, rediens pulueremscreabo.

Populi iudicium factiosum.

Laudat populi colluuies sui profusum
Et gurgitis alti acta, gulonis, aleonis:
Quoniam ad se ab ea stultitia multa relabi
Lucro est. Sapientum studia odere profani
Quorum sapidis vocibus improbantur illi.

Matura fama.

Si crnda placent edita: matura placebunt.
Quin mansa diu, melius quam fresa coquentur.
Fama ex pluteo nil sibi furatur aperto.
Fama pluteus potius furatur acerbe.
Capta vt leniter, leuiter sic abiciuntur.

Sapientis error culpa est.

Si me docuit nemo, rudis vacabo culpa.
Si nolo doceri, aut volo doctus, haud docere,

Memet culpa onerauero. Tum suum ad tribunal
Mea vita mei me capitis reum citabit.

Malis artibus vltro perimus.

Artes alias inter, & hanc rauim caninam,
Proh quæ vna eadem candida, simul atra minatur,
Permulta, tamen præcipua interesse cerno hæc.
Vltro hac prodimur, & spoliamur, & perimus.
Inuiti aliis trudimur, aut statim moramur.
Quis naufragium sponte adit, ægritudinemq;?
Nemo ædificat tecta sibi, nisi coactus.
Alia inueniunt difficili impedita saltu
Itinera: veluti vel medicus, vel alchymista:
Sed ab hac pariturq;, obyciturq; difficultas.
Heu lolliginis, heu polypi tholus nigrans. heu
Bis, terq; Cotyledones, vt semel prehendunt.
Eheu veteratrix, placidæ, aureæ quietis,
Omniumq; bonorum arida pestis, & ruina.

Historion de harpyia.

Thermon moriens; quem malefacta sic coquebant,
Ita habebant animi dubium, solicitumq;,
Nulla vt penitus morte, nec hac, nec hanc sequente,
Vllis crederet artibus expiare posse:
Comminiscitur facetiosiora Mimis.
Compositum iubet in trahea suum cadauer
Abscisso humeris capite, & brachijs recisis,
Fractis itidem cruribus obuehi ostiatim,
Exempla sui talibus editurus actis.
Quo sic populares simili nota perustos
Auerteret a fœnore, & impijs rapinis.
Hæredem etiam lege suum damnat acerba:
Quæ quisque bona postulet, vt (bona modo ius
Iurandum daret ille fide) redderet omnia.

Quæ

Quæ caussa fuit, scripta bona haud bene vt perirent.
Quasi iussa ab eo nulla sit extrema voluntas.
Sic hæres adit tum bona: sic de male partis
Sibi constituit prædia: castella parantur.
Exit regulus imperio mero, atque misto,
Qui olim pecori opilio: qui curuus aratro
Rapum & rigidam e castanea esitabat offam.
Eius soboles nunc sedet in throno curuli:
Inflatus auitis pecoraria ora buccis.
Nos regia proles, genus inclytum deorum,
Illustre solum vertimus: infame tenemus,
Et litibus, & testibus impatibulatis:
Et furibus, & sacrilegis, veneficisque:
Tot Cæsaribus progeniti, tot edituri,
Si stare bono sic licitum fuisset astro.
Nunc Aldebaram, Fomahant, Cingulum Orionis,
Cum Mercurio Falcifer, ensiferque Mauors,
Infesta potentis facientes loca cæli,
Ostendere fastus, animique firmitate
Clarum: hæc miserum sed fore claritudo monstrat.
Quid profuit igitur atauos habere magnos
Heroas: vtrinque & similes deis parentes,
Si memoria eorum facit hæc acerbiora,
Quæ, non mala, plusquam mala molitur Erinnys?

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER SEXTVS.

AGe nunc animorum vagalux ignea veri
Rectique: duo quæ vnica sunt pignora cælo
Descende libens, sidereis cincta manipleis:
Mecumque propago ardua Caumontia qua se
Ostentat ad immensa poli regna paratam:
Flammata Dei fulgure te calitus infer.
Iam non miseri qua sapiunt fœdera mundi
Hic ima caues, liquidi per inania cæli
Subuecta, vehens animum hunc, calcabis olympum.
Procul hinc, etiam atque etiam procul este profani.
Hic vestra lues, vestra salus: neutra placebit.
Ni corda domet Dominus: molliat furores.
Iesu bone, qui tenebras discutis teipso:
Spirantis acerba, innocui cruoris æstum
Saulis reuocasti animum: miserere precantis:
Mecumq; vagas relliquias voracis Orci
Lectorum pius assere sedibus piorum.

Inuocatio Spiritus sancti.

In principio principium prouius adoro:
Patrem in genito: hunc in eo: vtrunq; veritatem.
Ab vtroq; Deus, Spiritus vnus, vnicusq;
Productus, vtrunque ein animis induc nostris.

Qui

Qui cuncta foues, viuificas, insinuatus,
Insertus, amor lætitia, bonaq; spes,
Verax, opifex fidei vere, caritatis:
Te plenus vt hæc calitus audeam profari.
Fallor? miser vt generis primordia nostri
Contemplor? data munera vt abiecta recordor?
An non fallor? vt se obtulit immensus Iesus:
Vt me erigat: vt me expleat: impleat cantantem.
Quo nulla modo sæcula prisca comparentur.

Ad præsepe.

At tu mea mens faculis cælestibus ardens;
Hinc aligeris radijs auecta Tonantis,
Duc me per agros, per mare, per rura, per vrbes:
Vbi sunt Domini flammea vestigia Iesu.
Me donec ab imis, pia, sordibus reuulsum
Possis teneris cingere præsepibus Agni.
Ille vrbe procul postibus excluſus iniquis,
Regni auspicia hæc agitat sub talibus orsis.
Rex sordidulo Dauid ex pastore creatur.
Ex rege, salutem gregis hic pastor anhelat.
O, qua te igitur maxime quæstabo rerum?
Mens vno agitata loco consistere nescit.
Hic primum vbi lætitiam vagitus ouantem
Abs te ortam creet: & tenerum fletus iste risum.

Discordia Christiana.

Defleta vetustis, iterum nouis querelis,
Regina poli, sponsa Dei, regula rerum,
Iesu domus olim, modo spelunca latronum,
Quondam iacuit lacerata hostico furore:
Rursusque resurrexit ab impijs ruinis.
Nunc vnde salus, diuidua spesque salutis:
Quanam Panace Asclepia, qualis Hygiea
Tollat corpore vulnera putrulenta sancto?

Non nunc alieno cadit impetu: sed ehen
In sua viscera, non sua, sua dextera sensit.

Tædium miseriarum.

Rident mihi cur sidera, cur gemmea prata,
Fratello lacrymis, & stupido? quod immerenti
Nulla precibus celsitus impetrationes
Possunt senium diluere imminentis horæ:
Quæ spem jugulat: qua speciem Dei fruendi.

Opus gratia perfusum.

In Gazophylacis gremium ara qua minuta
Depono quasi in cumeram granulum melinum,
Certe vilius atomo pulueris pusilli,
O Christe pater, structor opum, author, & auctor,
Perfunde tuo lumine, gratiaq; sancta.
Caloque tuo æqualia, maioraq; fieri.

Iesu nomen dulcissimum.

Quis me irradiat splendor, vt audeam profari?
Quis præit, ego quem sequar, & precam sequutus?
Quenam insonuit mentibus, auribusq; nostris
Vox, e supero lumine spiritus profusa?
Nomenq; nouum, os quod Domini vltro nominauit?
Accede, anima, atq; vide: conspicare gaudens
Dilectumq; tibi, bona, teq; diligentem.
Surrexit quasi virgula Libani decora,
Surrecta: cui nullus ineſt vndique nodus:
Radiceque abyssum occupat, & vertice olympum.

Caritas refrixit.

Sancta e Solyma, sed trepidans, in Hiericunta
Descende. Ibi reperies plurimos latrones,
Vnde accipias vulnera, forsitanq; mortem.
Verum tibi solatia nulla vulnerato.

Ne

Non Samaritum inuenies, & minus Leuitam:
Nec verba animum, neque res alleuabit vlcus.

Domine Iesu ad te vt veniam.

Immense opifex, siderei rector olympi:
Qui dius, adimis, quicquid in orbe, sub, supraque est,
Faustum mihi si, si modo ius, piumque, fasque:
Spretis, aly qua bona mirantur inanes,
Falso titulo, ac nomine cognito doloso,
Hu exuuijs, hac fame, & esuritione,
Putrisq; ruina domicily relicta,
Morbo, illuuie, exilio, vastitate, luctu:
Spirans loca perpetua sperata quietis,
Seram petit hac hostia fessa missionem.

Cohæredes Domini Iesu.

Num te exilium finiet hoc fine carentem?
Auersa bono mens mala te auertet ab ipsa?
Sed nec manus ista est brevis, & vides me vbiq;
Et stat pietas eadem, qua mori cupisti:
Deniq; Deus es. Sic ego sum Dei propago.
Hares patris es. sic ego sum datus cohares.

Purpura Domini Iesu e sanguine.

O purpura regis, quibus expetita conchis,
Herbis quibus, aut vermiculis, quibusve coccis,
Hac luce noua, lumine fulguras verendo?
Ah, ah alia es: sanguinis ut micas nitore.
Certe e sanguine. Sanguinis o benigna vena.
O sanguine misti latices, quibus lauacris
Natura stupet, tartara victa, mors necata est.
O qui maculas letiferas meas lauastis,
Eheu lacrymas limpidi item meas lauate.

Iesu bone tua merita.

Ne memineris immense animi pueris, iniqui,
Desertoris inutilis, erronis inertis.
Tu Sol oriens fulgidus, occidensque solus,
Mirare teipsum: tenebras ne aspice nostras,
Quæ in tam nitido fulgure non queant videri.

Laxabo rete in nomine Iesu.

Hac, quanta fuit, nocte parabilis dolore
Frustra vacuos, ac stupidos labor fefellit.
Laxare tamen retia, te iubente, certum est.
Nox illa fuit: tenebris labor irritus ergo.
Nunc luce iubente, irritus est metus timentis.
Nec deseret eventus amica vota certus.
Sed spem superat meum animos explear scis.

Captiuum animum solue, bone Iesu.

Has ecce manus, hosce pedes dira catena
Si vinciat, id nihil est. Nam potest recidi.
Sed corda tenebris, male compedita cæcis
Quis, Iesu bone, te sine liberabit orbis?
Cepham video e carcere tetrico exeuntem.
Ut liber eum sic videam, maxime rerum,
Indue animum: me eiue pœdore nocentis
Tecumque patris, da bene, possidere cælum.

Cohibe animi satagentiam simplicitate.

Quonam vsque dolebo, o Domine? quousque timebo?
Sperabo quousque o Domine? audebo quousque?
Qui cuncta facis, cuncta paras, omnia donas:
Cur clamat Sophonia: malo premi innocentem?
An sola via hæc ad patrium ducit olympum?
O iudicij immensa profunditas seueri,
Quis te exhauriet agili cogitatione?

Vere

Vere es Dominus, nec tibi comparatur vllus.
Nugis igitur proprijs seruire superbus:
Captiua tibi pectora regnare iubebis.

Cum Petro super aquis.

Si tu es Dominus (credo equidem, Deumque nostrum)
Ad te, bone Iesu, pie, me iube venire,
Suspendet aquis solidis vestigia fluctus:
Ni pulsa fides corruat, imminente vento.
Tecum, Eunephias, quid mihi? Turbo conticescet:
O Caure sile: Scythicis te inuelue pruinis
Cenchron madidus. Dominus dexteram tetendit.

Dimitte seruum tuum in pace.

O terque, quaterque senex visione felix,
Tecum me quoque, me trahe. dilecta Tonanti
Brachiaque, renatique animi fulgur apertum,
Orisque sacri decus, ac venerabile lumen,
Lumen modo verum inuenient. Cedo manum mi
In templa Nouus spiritus excutit calentem
Phanuele fatam. Nos quibus ambagibus vrit?
Qua lux alys oculis, mentibus profanis
Inuisa, mihi fulgurat, intonatque mentem?
Nunc principium est omnibus, omnibusque finis.
Nunc emeritum mittere militem licebit.
Ah ah canibus hic ego cur feris relinquor?

Statua Babylonis mundus.

Aurea Babylonis statua est, somnia mundi,
Hanc siquis adorare negat, furente flamma.
Amentis iniqua vritur hic ira tyranni.
Quem, quid aliud esse putes, quam tuum furorem?
Nanque ureris, vbi ad solium vides sedere
Scurras, proagogos, tua quid, si tua non sunt?
At si quis adorat miser, igne pertinaci
Cali vritur. Absumit is, irritusque non est.

E superbia humilitas Nabuchodonozor.

Eiectus, inanis, comitum comes ferarum,
Mea pastio fœnum: mea laquearia cælum.
Amentia tantum meruit ferox, superba,
Vt rex Babylonis gregibus mistus oberret,
Vt Scaliger inter pecudes, ferasq; judet.
Miserere pater. verbulum hoc vnicum relictum est.

Præsidium a Domino Iesu.

Si me furor in caueam miserit leonum,
Præcludet eorum Deus ora deuorantium.
Si sexta dies radians me inuenerit intus,
Præsto est Abacuc cum epulis, sacciperioque.
Quicquam deprecer, vt faciam, vel extimescam,
Ne dejciar de grege veritatis almæ?

Nunc vero princeps sum in Iesu.

Desidery comites inquietioris,
Cura: quibus ad culmina me jubuebo cæli:
Quæso vigiles animum suscitate nostrum.
Efficite Dei memorem memoranda parentis.
O sancta manus, o pietas manus ministra,
Qua ferrea duri exilij vincula rupit.
Tandem mutilum, jubrutum, ab impijs reuulsum
Lapidem, reprobatum, caput anguli recepit:
Vbi fulgeret in perpetui tractibus æui.

Ego cæcus, Iesus lux.

Sum cæcus ab ipso vtero, plusque cæcus, amens.
(Qua culpa parentis) veteris criminis hæres.
Tute ipse dies es. tu operare, dum dies est.
Ergo bene, semperque operaberis: grauisque
A luce tua dissita cæcitas recedet.

Cum

Cum Iesu puero disputante.

Te quærimus, o sancte puer, foris vagantes.
At tu intus eras obsequio patris supremi.
Perculsa stupet solicitus obruta curis
Turba senum. quis hic? Vnde puer tot alta nouit?
Ignota alys, ardua sibi nota profatur.
Fabri hoc soboles? Nazareth hoc potest referre?
O nescia veri, scelerata, cæca turba,
Quæ cernis nihil, aspiciens: auribus hausta
Haud intelligis in medio lumine vestri
Seruator Iesus stetit: & quæritis ipsum?

Paleas comburet igni.

Ah non paleæ, non acus hoc vorabit ignis:
Aut mox cumulo misere putrescet inerti.
Sed nos tritici, fac Deus, esse munus almi:
Lectumque tuis in horrea congregetur alta.

Tolle grabatum tuum.

Dic: tolle grabatum tuum, & ambula, simulq;
Dic: me sequere: o qui via, veritasq;, vitaq;
Es, Patris Iesu soboles omnipotentis.
Tum torpor iners ex animo abiecerit inani:
Tum te sequar. In his tenebris nisi manum des:
Quis monstret iter? quis latus alleuet grauatum?
Si vsu veniat: miserum quis leuet cadentem?
A retibus, a fœnore, publico telone,
A fornicis atri maculæ, a crucis cruore,
A cædibus atrocibus, & sanguine Saulem:
Quot? quos, non placuit reuocare, nec volentes?
Nemo tam procul abfuit. omne tempus, omnis
Me sceleris locus heu monet: orcumq; minatur.
Magnum est, præmia ponere sed dedisse, maius.

At

At iudicijs ſupplicium omnibus tremendum,
Iuſtum in meritum vertere, maximum, tuumque.

Sibi quiſque Deum fecit.

O quando tuum non populum, tuum vocabis?
Cum te tuus hic deſeruit, nec eſſe curat,
Sibi quiſque Deum fecit, in anguloque cordis
Templum poſuit: ſe, & ſua dedicauit illis.
Hic delicijs vndique delinitus almis
Feriatur. hic amore turget, hic rapinis,
Vt promoueat melius pomœria rerum.
Stertit ſemipecus hic: hic dat thura crumenæ.
Non eſt pietas, non pietatis vlla imago.
Stant turpia mendacia. veritas ſepulta eſt.
Fit cauda caput; & caput eſſe cauda diſcit.
Fiunt epulæ mors fera, mortiſque miniſtra
Dirus Scordopharmaca ſuffulta veneno.
Illuſa fides. omnia venalia proſtant.
Vt quenque rogem: vir bonus esne tu? inquiet, ſum.
Aſt Ilias is, aſt erit is Lerna malorum.

Cum Magis ſtellam ſequar.

Solis radijs lumina ſiderum ſileſcunt.
Hæc ſtella nitens inque die, inq; nocte fulgens
Quod ſignat iter ſolis ad occidentis oras?
O Perſa, Magis nomina cui conſcia fati
Dant ſidera: cui fata futuri ardua pandunt:
Iam carpe viam: iam tenebra victor inanis
Sol ortus adeſt. Prænia Solis illa veri eſt.
Illam ſequere: & vel prope, vel procul ſequutus
Solem inuenies, fulgidulum, nouum, puſillum,
Solis veteris Dominum, principemque rerum,
Cui dona vehis? cur triplici diſſita ſepto?
An trina Dei munera ſunt parata trino?
Num pro venerando redolens funere myrrha?

Hinc

Hinc regis honores rutilo explentur ab auro?
Tum thura Dei pinguibus altaribus halant?
Ergo ego quid agam? quidve feram? pectora pura,
Genasque, lacrymasq3, atq3 sui conscia corda:
Mistas lacrymis latitia metumq3 spei:
Vt, quem optem simul hunc verear, tremamq3, amemq3:
Atque omnibus anteferam præsepia regnis.

O Iesu, non sum dignus attollere oculos.

Templo procul, aut etiam extra limina templi
Auds. Quid enim meruit Publicanus ille?
Vectigal an exegerat acrius negatum?
Quid tum postea? an haud licet exequi imperata?
Fraudare licet? subsidium negare regi,
Armis, saturo qui vigil excubat popello?
Vix oblitus hoc crimine Publicanus ecce
Vix audet adire ostia, vix adire sacra.
Sed stans procul, & pronus in anguli recessu,
Nec curua Tholi fornicis audet intueri.
Ah ah quid ego? quid? sceleris cui nefandi
Plusquam omne genus obsidet inquieta corda.
Polluti oculi: fœda manus: cætera. quid non?
O Christe deus, vera Dei sola propago:
Qui talia nobis pius exempla canebas:
Miserere: tuique aperi mihi limina templi:
Sola ista manus hoc valet. Vt quid ima poscam?

O me restitue rediuiuum.

Cernens misera mœnia cæca Ciuitatis,
Quæ nescierit tempora visitationis,
Quid fles? Rapidæ, te Pie, si moueant ruinæ:
Hi sunt lapides, hoc opus, hæc manus nocentum.
Quid porro homines sunt, nisi portenta nefanda?

Rursus

Rursus paries hic rediuimus integrascet.
Quin respicis hunc? hoc manuum est opus tuarum.
Quod si semel obduxerit obrutum ruina,
Actum est. Iterum quis reparabile esse credat?
O dulcissime nominis accentus amœni:
O dulcis amor, dulce mei decus decoris,
Nate omnipotens, soboles Patris omnipotentis,
Desiderij meta mei, meta laborum,
Lapsum alleua, & hoc pondere sustine ruentem.

E signis maior fides, quam e scriptis.

Heu monstra rebelli animo, ceruice proterua:
Dicis Moysen esse tuum Deo loquutum:
Id scireque te. quis tibi dixit hoc fuisse?
Sane legis hoc. Vera ea cur scripta videntur?
Peruerse vides: quodque vides, negas id esse.
Ceco reddere munera quis potest videndi?
Quis? quisve die corpora defuncta supremo.
Terra obruta, fœtentia suscitare putri?
Nos nox siccine letiferis accincta tenebris
Te amentem animi bellua circumuolat atra?

Domine Iesu, tuo nutu solo: & viuam.

Qua tecta satis magna vel ornata satis sunt,
Vt te accipiant, maxime, purissime rerum?
Qua digna satis hospite, qua digna tonante?
Te cuncta Pater vnigene, vnicoque Verbo,
Cuncta ex nihilo maximus, optimus creauit:
Verbo, satis est, dic pie, mitissime Iesu,
Et mi omnia sient satis, & satis, superq;.

Filius hominis in me reclinet caput.

Vulpi fouea est, qua catulos tegat, parata.
Nidum volucris qua struat, arbor arcet hostem.
Solus filius hominis, rex, paterque rerum,

Vnam

Vnam nec habet tegetem, quo caput recondat.
O si mihi vis, vis aliqua in pectore anhelat,
Audebon'? ades. tota tibi hæc pectora, quanquam
Immunda patent. minimo mundissime nutu
Pura efficies: facta, quasi tecta parabis.
Non vlla quies vt tibi, sed mihi quies sis.

Heu donum tuum est vestis nuptialis.

Vestem haud habeo rigida lege nuptialem,
Ergo eiuriens cœtibus excludar abistis?
Quin tu mihi das? quin volo discumbere tecum,
Vel nudus, egens. Frigore nunquid impotenti,
Ditissime, veste tua non teges perustum?
Haud sic suetus es. O facies Dei serena,
Quæ quanta dabis, tanta habeau tibi, superq;:
Postquam dederis pluribus, omnibusq; plura.

A Palinuro maius periculum, quam a tempestate.

Iactamur atrocis Boreæ fluctibus atris.
Ast ipse soluto animo, securus amoris,
Somnum capiens, in medijs iacet periclis.
Rapido viden' vt turbine, turbinumque gyro
Inuoluat opertum mare caligine Taurus?
Tamen ille minas aliquando, animosq; furentes
Ponet: placidum & se dabit, aut forte remissum.
At deterius perpetimur. Vide ipse quanta
Rector Palinurus modo moliatur arte,
Vt letiferis miseri subruamur vndis.
Et cessant tua fulmina? nec licet dolere?
Mutireque mors precium: mors perire nolle?

Si tetigero fimbriam.

Si non potero accedere: at audire licebit.

Si tangere eum non liceat, premente turba:
At fimbria tantum fuerit tacta: valebo.

Feram, si tu impones.

Impone crucem. nanq; vbi sit, nescio: nec quid.
Impone. feram. leue sit, quodcunque probabis.
Si te sine, quis pondere me leuabit illo?
Promissa Petrus pectore seruare calenti
Anne ualuit? tumidis in fluctibus audax,
Idem pauidus factus, & impotens periculi,
Clamauit: & harente manu perculit undas.
Natura pauens obstupet, haud cedere fluctus.
Ad te veniam? quomodo, tu nisi vocaris?
Quis me doceat, quid fueris, quid esque erisque,
Nisi tu? nisi cui tu dederis modum viamq;?
O mite iugum: o libera colla subiugata.
Nunc libera vere estis, & imperare fas est.
Regnum modo sit, quod erat seruitus tremenda.

Cruce mors victa.

Arbor, foliis quæ viduata, delibrata,
Celso capite ad sidera cognata resurgis:
Quo semine, quave insitione pullulasti?
Radice carens, frondibus, & cortice nullo,
Fructum vt tuleris, qui patrium calcat Olympum?
Pars infima terram capit. ad sidera vertex
Affectat ster. brachia dispersa per orbem.
Motus referunt, omnis & ostenta quietis,
Componens quibus omnia natura coercet.
Hæc Thensa Deis aurea præferenda priscis.
E carceribus protinus instat his quadrigis
Agnus, non sine sanguine, de morte triumphans.
Orci trahitur regia ferreis catenis:
Captiuaque mors sequitur, mortua, interempta:
Scissaque furens lurida Discordia palla.

Caritas

Caritas in me ex caritate Iesu.

Ecce vt locus hic vix capit hæc millia quinque:
Iesuque capit spurcula, quam puer ferebat.
Ecce vt saturi nunc sumus. Ecce qua supersunt,
Longe pluraque, quam puer illa qua gerebat.
O qui omnia de nihilo cum Patre creasti,
O me satura. faciem mi ostende benignus.
Tum non sitiam, aut esuriam: saturque viuam:
Sed sic, alios vt saturos reddere possim.

Etiam si mori oportuerit, non te negabo.

Procul arma vibrant tremulum, crispantque nitorem.
Lucet facibus tectus ager colore noctis.
Creber fremitus hostica vestigia pandit.
Adsunt properi, incompositi ruuntque telis.
Dira facies vincula, mortemque minantur.
Orat Dominus. hos domitor grauis laborum
Arctis sopor aggreditur prægranare vinclis.
Quid me? maneam? fugiam? pernegem magistrum.
Me nosse? prius terribilis portitor Orcs
Tollat medio è gremio telluris amatæ.
Stat enim mihi conserre manum cum omnibus istis,
Petro duce: vel veniam satis omnibus vnus.
Sin mitior Agnus vetat expedire tela,
Sitiens animarum reparabilem salutem:
Patiendum, obeundum est. sequar in cruces, in ignes,
In tartara, quocunq; meus se inferet Agnus.
Me spiritus huc. inuida mors quid hinc reuelles?
Terram, Dominus quam sibi pensabit Olympo.

Ego sum lux mundi.

Pare manus olim mea, nunc Dei vocantis
Mentis rapido fulmine spiritus citatæ
Parete oculi: fundite lacryma fluentum:
Quod crimina sordentia sit potens lauare.

Mens libera vinclis, celer, acrior ruente
Vel fulmine, vel fulminis impetu coruſci,
Duc me per inanem vaga fulguranus aulam,
Afflata Deo, Flamine ventilata ſancto.
O cedite nubes mihi, cedite o tenebræ.
Quonam feror? in qua loca? iam patent receſſus
Quos cor prius exhauſerat igneos anhelum.
Hæc ſiſte puer me aliger. At tu iniqua ruſtis
Iam terra vale, iam mare: iam valete noctes.
O lux mera ſalue, pede quam peto ſecundo.
Hos ſanctifica verſiculos Pater quietis:
Quos dat lacrymoſæ tibi filius parentis,
Proſtratus ad aras tepidis cruore ſancto,
Dulciſſime fons pacis, Ieſu, Ieſu, Ieſu.

Dum lucem habetis.

Animalia nunc egelida noctis in vmbra
Mulcent grauis incommoda lucis æſtuoſa,
Quæ Sirius impegerat igneis procellis.
Tum bos ab aratri operis, a coho ſolutus
Quam dente totondit, latere quieſcit in herba.
At cura ſedens vrit in vltima receſſu
Mentis, vigili turbine concitata corda,
In luce perenni reditiua, fonte puro
Lucis: mera lux quis micat immenſus Ieſus.

Pacem meam do vobis.

Qui pace ligaſti omnia diſcordia blandis
Litibus, vt amore nouo compoſita coirent:
Cui pacis bona placide ſeruanda relinquis?
De iuſtitia dicitur, vt ſe abſtulit exul.
De pace nihilominus: extat illa nuſquam:
Non in medys vrbibus, ædibuſve priuis.
Quin diſſideat intus ſibi, qui foris quieſcit.
Sic ambitio, ſic rabies cupiditatum.

Concudis

Contudat animos, corpora torta contrucidat.
Mundus hic igitur quod dare non potest iniquus,
Da tu pater: & miseris assuete vocari,
Adsiste vocatus mihi, pax dulcis, Iesu.

Vnus e catellis sim.

Plusquam canis, ac tetrior omnibus Molossis
Heu iumque, fuique: amplius ah ne iesse pergam.
Oro miserere optima maxime propago.
Non missus es ad barbaricos greges tumultus.
Scio. verum & scio: te Domino ut tuis catelli
Delecta cibi frustula colligant minuti:
Vel mica satis: vel si etiam sit vmbra mica:
Ieiunumne me abegeris hinc, famelicumque?
Ah ne facias. Deficiam: ex via priusquam
Me collegeros tu mihi sisque causa mortis.
Tantum respice: nec lacrymas sperne precantis.
Sacrosq; pedes, sacra vestigia osculantem
Admitte libens: nec vacuas preces missas
Dimitte. Deus nanque, Deus maximus es tu.
Nec te melius, mitius, altiusve quicquam
Est, fuit, erit, omnipotens mitissime Iesu.

In transfiguratione.

Solis facies, texta niuis luce coruscant.
Vox terribili cælitus intonat fragore.
Tu filius, æterna Dei verâ propago:
At non genitore minor, maiorve parente.
Sed nec prior, aut posterior: Patri coæuus:
Par, similis, & aqualis: ab illo alter & idem.
Immense Deus, fine carens, principioq;:
In tempore factus, dominus maximus aui.
In virgine pura mora: de virgine pura
Est exitus. in dubio Natura pependit,
Quærens, quomodo posit hoc esse, nec fuisse.

Eadem ante, eadem inq; exitu, ab exituq; virga.
Et nunc patry propior confinia cæli
In monte, recenti igneus ardore micescis.
Nec ferre noua possumus incendia mentis.
Ita nos subiens excutit oblivio rerum,
Hæc vt reliquo nunc loca præferamus orbi.
Hic trina tabernacula construenda Cephæ
Orat, precibusque monet, nescius quid oret.
Sic sero paratam ille poli præripuit aulam.
O Petre, Petre, incolumis quid petis magistro,
Decreta tibi premia, festina reponi?
Heu quam aspera, quamq; alta videbitur via illa!
Quanto tibi cum sanguine sperandæ reposta est!
Felix, quem mora promouet, haud tedia conflat.
Id, tantum aderit, ego vt fugiam, vel expauescam,
Desiderio vt percitus incenaar inani,
Vitam miseram fundere pro nomine Christi,
Toties temere expositam furialibus ausis.

Da tributum pro te & me.

Quisnam ille, cui se pedibus sternit eunti
Solidescens mare? flamma cui iussa silescunt?
Miroq; modo pelagus suggerit tributum?
Accede. creator iubet. O discecapi, quo
Det pro capite æs, quem geris in ventre staterem.
O magne Deus, sic emis hoc caput verendum,
Mundi precium? hoc precio at vendetur acerbo.

In tuo nomine mecum me congregari.

In nomine Iesu, quoties duove, treſve,
Plureſve volunt pariter conuenire: certo
Horum in medium interuenit, & perſtat Ieſus.
Mecum o luceat iam mihi conuenire, ſancte

En

In nomine vestro pie, mitissime Iesu.
Medium q; mei pectoris infusus anhela.

Purifica me domine Iesu.

O fons pietatis, dator omnium bonorum,
Plena patris imago, patris imaginem reflectens.
Concordia, qua similis, & equalis in uno
Conflata Deo: atque unica ab utroq; voluntas,
Est spiritus almus, anima, portitorq; rerum:
Quo cuncta vigent, habili compage cohærent.
O Christe tuum vegeti Spiritum decoris
Infunde meatenebris, turbinisq; mentis:
Lentumque situ desidia excita veternum,
Ignauam animi marcidi, & otiantis umbram.
Extingue rapinæque faces, fatesque rixæ,
Ipsique sibi inuidiæ fomites nocentis,
Plus semper habendique cupidinem calentem:
Turgentia fastu tetrico corda superba,
Incensaque prurigine curiositatis.
Mitem rigidis effice, mitibus benignum:
Prote neque sceptrigeros horrere tyrannos:
Flentum neque contemnere parperum precatus:
Grato, ac facilis munere subuenire egenis:
Spirare mera denique dona caritatis
Et, qua sancto in animo est dura difficultas:
(Nam quid tibi difficile est, omnium creator?)
Auerte reciprocantis ab vltionis æstu, &
Dimittere da debita cuncta debitori.

Destitutum a mundo ne destitue.

Quid me faciam? si nisi sum pulvis, & umbra:
Si flat Boreas: si neque sol adire curat:
Iam differar: & tenebris involuar amaris,
Æternus vbi gemitus, strideroque nocentum?
O vena perennis radij, patris Iesu

Splendor, tenebrosi nitor, altißime, mundi.
Solus potes, & (sic puto) vis solus. in umbra,
Horroreq; caca cooperta corda noctis
Fulgentia compone tua lucis amictu.

Da & mihi, domine, qui sero veni.

Hic mane sub imo excutiens munera somni,
Urente die sustinuit pondus, & æstum.
Ille meridie substitit: hic luce ruente.
Æquale tamen dominus præmium reponit.
Spes est igitur sic, quasi peßimo latroni,
Lentum quoque nunc quem putris ignauia vinxit:
Adhibere manus qui nequeo velle labori,
Sic, quasi in opere adfuerim: sic, quasi in labore,
Mitemque, piumq; mihi repositurum Iesum.

Admirabilis conuersio Pauli.

Quisquam potuitne, imperio fruens supremo,
Princeps operis, consilij, potens potestas,
Demittere sese, atque gradus periculorum,
Adq; necis acerbum stimulum, probrisque plenum?
Quo, Saule, ruis? cur Domini iura relinquens,
Fis seruus? vbinam didicisse te docebis,
E re esse tua? in melius vertisse tuam rem:
Si pro ys pereas: tu quibus imperare mortem
Solitus fueras? Quis id ullo credet in æuo?
Ah ah tenebras discutit ipsa lux Iesus:
Vt regna, sua ostenderet: illa seruitutem.

Nolentem seruare tuum vnius.

De me tibi, de te mihi, qua dicere possum,
Te suggere: nang; ego mi promittere quicquam?
Cum me memini: cum tua promissa recordor:
Quæ conciliat spes, timor hæc dissipat amens.
Hinc iustitia, hinc pietas, hinc facta nefanda.

Vincat,

Vincat tamen id, quod potius, potentiusq; est.
Seruare, Dei proprium est: at perdere, mundi.

Qui maior est vestrum.

Maior voluit: maximus esse concupiui.
Quid restat? nisi minimum me velim, ac ministrum,
Vt sic doceas crescere me, diminuendo?

Fili Dauid, miserere.

Haud corporeis oculis, corde, mente capti,
O fili Dauid, o miserere cæcitatis.
Quid voci ferari prohibes inuida turba?
Tibi nil adimit: nihil hinc de tuo recedit
Demenso. Ille tibi insserit, illico tacebo.

Ecclesia venalis sacrificulorum.

Osanna, Dei filius, imperator orbis,
Pacis pignus, initium sæculi futuri:
Altissimus, acerrimus assertor olympi.
Ah nonne vides, vt tua venalia templa
Spernunt rigidi funiculi tui flagellum?
Et, si liceat, denique iam tibi minantur.

Quomodo sicut meipsum.

Quo pacto fieri queat, vt quasi meipsum,
Sic alterum amem? denique non posse videtur.
Sane non, vacuisque fide, rebellibusq;,
Quid? se vacuefaciens, exinanientiq;,
Non Agnus amauit miseros magis seipso?
Si membra hic sumus illius: ille omnibus vnus:
Nos corpus in vno sumus vndecunq;, vt vnum.
Non vna putans, sed sua, non vnus abibit.

Zizania.

Inter segetis legitima germina dia,
Heus qua sata sunt magnifici tui laboris:

Sine semine cur vacuis consurgit aristis,
Infelix lolium, & facies tristis auena?
Frumenta iacent: vix caput exeruntque sulcis,
Frandata soli genio, liberoque succo.
Seje lolium surrigis, euocatque in altum,
Spretis operis, potius his, potentiusque.
Qua sarcula, quae marra, bipalium, ligones
Hoc tollere possint? nisi radicibus imis
Vulsis etiam tritici. tanta sunt auena,
Sunt tanta feri loly incrementa profunda.
Huc sancta manus, Christe: tuo, benigne, verbo:
Verbi semininumque tui, tuique nutus
Objecta mala loly fata perditione
Seuisti vnus, & eadem vindicabis vnus.
Rex omnipotens. amor, expectatio, meta,
Mea spes, meus ignis, meus ardor, mea vita.
Altissime, fortissime, sanctissime Iesu.

Pernicies pullulascens.

Precium ex vitio, ex odio gratiam requiro:
Pro supplicio veniam, diritate amorem:
Vulnera vulneribus reposita, scelera sceleribus.
Saniem sanies occupat. Ergo vnde cicatrix?
Obducta quidem occalluerat, te opem ferente.
Ego, ego aperus, vomitum hunc, vt canis, frequentans,
Vt scrofa volutabrum, vt adactus astus undas.
Constringe manus: scabies ne rupta cruore
Crudescat: Iesu bone, spes vna bonorum,
Fulcrum vnum, miserabilis vnicum ruina.

Reuoca me domine Iesu.

Promisti optime (nec tibi fas fallere quenquam)
Mecum ab initio fine sub vltimo futurum.
Quare ergo relictus, oberro horrenda viarum?
Me nescio: te non memini: vtrunque fefelli.

Siccine,

Siccine, bone Iesu, pie. mitissime Iesu, (quæ hen
(Ut credo) vocatum haud renocas, verum abycis: at-
Triste tui desiderium, ac mei relinquis?

Ad Iesum conuertere hypocrita.

Albata sepulchri facies, quid intus arces?
Hic horribilis fœtor, abominabilis vox.
Admitte solem mea pectora imminentem.
Ne forte si eum admittere postea velitis,
Auersus agens alio flammeas quadrigas,
Vos deistituat. tum pluuys, typhombusque
Sitis præda gelida tempestatibus atris.

Ingrati querelæ.

Non esca tibi præbita, cum fame periras:
Non potus aquæ gelidæ, cum sitis necaret.
Non hospitium peregre denio paratum.
Non tecta tibi vel miseris pectora pannis.
Infirmus eras, nec tua vota visitasti.
Pudore, situ carceris obsitum reliqui.
Quorsum ergo scelerato animo ardue querelæ?
Lamentatio, lacryma, fletus, eiulatus?
Ingratus, iners, tumidus, sermonis amari
Iudex iudicis omnipotentis impotens tu?
Coopertus atroci cumulo exprobrationum
Audesne rogare, roganti quod obnegasti?

Ioannis baptismus cum Iesu gratia comparatus.

Hæc est aqua, quæ ruit hinc: post nulla recurret,
Qua nec fœtida crimina Sodoma lauabit:
Extinguere nec potis est incendia dira.
Illa omne genus flagitij tollet ab orbe
Qua tetra necabit rapida murmura flamme.
Ab se exiyt, in se habitans, ad seque reuertens,
Quam Spiritus acer, superi culmine cœli

Fusus,

Fusus, perpetuo comitabitur triumpho.
Hanc hanc cito oportet minui: at crescere fontem
Qui cælitus alti gremio Patris profusus,
Non imbris egenum fluentem eluet orbem.
Qualis fons ab initio, qui rigabat arua:
Cuius scatebris viuificis perennis haustus
Terrarum sola frugifera prole nitebant.
O egredere e scatebris, sanctissima Lympha.
An nonne vides sceleratis peruasta flammis,
Enecta sitis vt facies vniuersa terræ,
Fructus gremio se negat amplius daturam:
Ni rore pluas de supero, benigna, iustum?

Suspensus animus ex conscientia.

Quid parturit hoc iudicium? dissimulansne,
An pollicitus veniam tandiu silescit?
Ast ego grauius, grauiusq; in dies laboro.
Crescuntq; vlcera, vermiculantque negligendo,
Quin addita sunt & noua, fœdiora fœdis.
Si nullus venia est locus, & perire oportet:
Quanto melius sit periisse, quam perire?

Contemplatio primæ creationis.

Puncta ima vagi, minimi momentaq; lapsus,
Maiora mea qualibet explicatione,
Quis comprenderit, animo conceperit audax?
Solus tibi tu notus, & illa nota soli.
Hæc cuncta potens, cuncta simul Pater creasti,
Non temporis in spatio, ductilive tractu.
Quæcunq; igitur legimus de creatione,
Digesta fuere ordine visionis almæ:
Quam mentibus aligeri sustinent ministri.
Finita cohors, tractibus obnoxia rerum,
Simul haud potuit capere id, quod sine carebat,
Et principio. Quanto igitur minus sub ima

Hæc

Hac caligine nos, quibus illa scripta constant?

Hic te video temporis hac regna creantem:
Inte video postea, quod tempus habetur:
Et quod temporis ancipiti nomine fertur.
Post hinc refluo reditu, circulo reflexo
Mens nondum satura in tua vestigia torquet:
Te concelebrat, colit, admiratur, anhelat.
Hoc spiritus ardens, vagus, immensus, opimus,
Agitans omnia, cuncta fovens, tota ministrans,
Perducit, vehit, expedit, atque explet inanem.
Quæ præsentia numinis hoc pio favore
Ventura tui gaudia præuenire fecit.
Non Ætna voracis vomit incendia flammæ
Maiora, minor de Lipare furit tumultus.
Quam quibus ardeo facibus, quam quibus peruror
Desideriog; tui, languidog; amore.

Magni soboles, bone Iesu, vera Tonantis
Dissolue pius carceris hanc benigne molem.
Vt quam iuncibus horribilis fera diei
Exempsti, eruta subuolet in sinus beatos
Gelidula animula, vagula, miserula ciuis olympi.

Da fidem. donum ea tuum est.

Cur te foris hic quærimus? aut quid hic hiantes,
Intus saturans alios, spe ludis inani?
Mater tua, fratresq; tui, tuiq; serui
Expectamus, vt exeat hoc lumen ab ore.
Quod si ille tuus frater, & illa mater est, qua
Præscripta Dei sequitur, paretque iubenti:
(Donum alma fidesque tuum, caritasq; donum est)
Nos fac (liceat, liceat si mihi precari:
Aures liceat precibus reperire promptas)

Fratres

Fratres. Erimusq; & faciemus id, quod instat.
Ne nos modo, ne desere, firmitatis auctor,
Constantia cui, quidquid habet, debet id omne,
Iesu petra firmissima, solidissima Iesu.
Tu scala Iacob. Scaligera innixa propago,
Tellure relicta, poteris scandere calum.

Solius Dei vocatio.

Quem composito ficta, sedens ardua, vultu
Falso leuis ambitio supplantat honore:
Quem torquet atrox ignigene vltionis astus:
Quem luxuria mollia subruunt venena:
Ex hocce luto iam quibus artibus, quibus Diis
Quo denique conamine subtrahet se ipse?
Mutabit eum quid, quod ibi insitum sit illi?
Nil est solidi subtus: vbi innixus, inharens,
Possim excutere pondera criminum prementum.
Si nullum mihi tenebris sit lumen in atris:
Vnquamne meo de gremio emicabit illud?
Non fiet. neque enim est tibi. Qui prima dedisti
Elementa rudi, me ad tua qui regna vocasti,
Quem scimus ita, atque ita nos scire predicamus:
Saulis abstulisse cæcitate cæcitatem:
Solus renocabis, renouabis quoque solus.
Solus Deus es. solius hæc Dei potestas.

De solo Iesu Patrem agnoscimus.

Patrem inuoco. quis me docuit, Patrem inuocare,
Nisi sola Patris soboles, & Patris imago?
Quo fulgure mentis famulus cernere quiuit,
Qua fulgura mentem ignibus obruunt coruscis?
Cuius lumina sunt tenebræ, perinde crassa,
Ac Cimmerijs populis fabulosa nox est.
Cuius lumina tam bona, tanque acuta sunt, quam
Crispis radijs lumina noctuina solis.

Vnum

Vnum speculum speculi est illius, pari par.
Vno e speculo possumus, at parum, videre.
Sunt enigmata cetera, Sphingea figura:
Quas vnus luet OEdipus in nomine Iesu.

Signa nolo, fidem peto.

Si credulus ipse potest cuncta ferre de te:
Quod sepius Euangelium tuum recantat:
Vt motum etiam montibus imperare possit:
Isthæc alij faciant: cedimus libenter.
Tantum mihi sat credere, quod Dei propagoes:
Quod nec, veniens, moriens, & morte resurgens,
Sola pietate tua motus & parentis,
Æterno obitu victima sancta liberasti.
Miracula quid faciam: aut facienda reposcam?
Mirum mihi quid magis, ac surrexe cadauer,
Quod putruerat, quod erat iam in faucibus Orci:
Et perpetuo viuere cæloq; repom?

Omnis lætitia a Domino Iesu.

Si tristitia pro te animus meus laborat:
Hæc vera mihi gaudia, sed maxima, sunto.
Nam gaudia, quæ te sine sunt, mœror acerbus:
Vberrima lætitiæ vera vena Iesu.

Iesus mihi omnia est.

Quo me orbis magis, ac magis inuolno procellis:
Hoc te, bone Iesu, magis, ac magis relinquo.
Te sicque relinquens, video a meipso abesse.
Mundi illecebra hinc me quatit, excutitque quassum.
Excussus amorem excutio, excussus amor me.
Tu nil nisi amor es merus. Alta vis amoris
Ad seruilia patrio deduxit olympo:
Cum pro me morereris, vt inde vineremus.
Hinc hinc. Omnia sunt mihi nil prater Iesum.
Ipse est omnia: & omnia sunt nihil sine ipso.

Ne iudicio, Domine, sed misericordia.

Ne iudicio famulum confunde severo:
Pro iudice qui factus es, acer aduocatus.
Aureq; tuæ precibus sint meis apertæ:
Aureq; meæ iussibus hic tuis fideles:
Verissima vita, anima lex, regula Iesu.

Iesu nomen.

Non est aliud gemino sub fornice cæli;
Sub vtroque poli cardine, quam nomen Iesu;
Quo certa salus maneat, spes certa salutis.
Ergo mihi te da, Pie, sic posse vocare:
Humani generis amor, sartatecta, portus,
Asserta quies, præmia gratuita mundi:
Iesu pie, Iesu bone, mitissime Iesu.
Nil addo. Capis omnia. Sat Iesu, Iesu, Iesu.

Iesus liberator, seruator.

O cunctarum adamantina concordia rerum:
Compone mei murmura fluctuantis æstus.
Pacasti omnia veniens, quæ superna cæli
Quæq; infima erant tartara, qua superque terram.
Exit Barabbune? quid es? nonne liberator?
Hostes, Caiphas factus amicus, & Pilatus.
Solus populo sufficis vnus vniuerso:
Tandem denique quid, nisi seruator, Iesus?

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM

LIBER SEPTIMVS.

NOua mens, noua lux, noua vis, immensa voluptas
Quam cies, acta Dei ardua spiritu supremo:
Audebis inaccessibilem, sine carentem
Et principio, numeris astringere sanctis?
Cui esse sibi sufficit, efficitque cuncta.
Nusquam ambitus est: medium nullibi, & vbique.
Dices: esse bonum sine qualitate. fujo
Extensio nulla est. Sine quantitate magnus.
Cuius velle, potentia: cui opus voluntas.
Intra omnia, sed non tamen incluſus in ipſis.
Extra omnia, sed non tamen excluſus ab illis.
Sic, intimus haec, quae regit. extimus creauit:
Istisque suum, atque sui induens sigillum,
Differre facit, quae facit omnia a seipso.
Vsura placet. non tamen vllius anarus.
Nullius egens, gaudet: vbi sibi lucratur.
Vt sustinet omnia: fert, nec subitus habetur:
Excedit ita, & supereſt, nec libratur illis.
Regnat vbique sine loco: sine tempore semper.
Immobilis absque statu; pernix sine motu.

Extra omniaque omnis, sine partibusq; totus:
Immutabilis, etiam cum cætera mutat.
Sibi consimilis, dissimilis huic, & illi.
Absque labore regens. sine litibus patronus.
Sine merce opifex. sine dispendio creator.
Sine nocte dies. Sol sine limite occidentis.
Inuictus sapientia: Inæstimabilis vi.
In consilijs terribilis: pius rogatus.
Mitis supplicibus: patiens. sero seuerus.
In quem nulla cadit penitus necessitudo.
Principium sine principio, absque fine finis.
Cui præteritum non abit, aut adit futurum.
Ante omnia, post omnia, totus, vnus. Ipse.

Non potest alia victima.

Sanctissima tetri hostia purissima mundi:
Non vitulus obit, non aries, nec hircus aras:
Fœdumve pecus crimina fœditatis aufert.
Carnes pro anima? nidor is an Deum probabit?
Nequaquam. Animam pro animis sed dari necesse est.
Æqualis erit reddita pœna talioni.
Pro stipite stipes: pro homine homo, nouus vetusto.
At non satis, offensa Dei pectora quisnam
Placare potest alius, quam Deus benignus?
Vt seruum redimat pater; obtulisse natum?
Purum sine turpi macula, sine macula vlla.
Cui nec dolus inuentus in ore veritatis.
Coram se tondentibus obmutuit Agnus.
Cæsus streperis alapis, consputus, onustus
Onere, heu cui onus fuerit mox futurus ipse,
Rex regum, Dominus dominantium, creator.
Lacer, heu, regia tempora spinea corona:
Fixusque cruci, scelerati more latronis,
Nullum gemitum, nullaq; vestigia vocis

Ex

Ex ore dedit: pectore & immotus inhasit.
Oblatus, quia voluit sustulit pericla.
Quoisque ego merui, pertulit innocens dolores.
Vibice sua a me rigida arcuit flagella.
Tendens sua brachia, pendens inter iniquos,
Ad regna sua hinc nos vocat, orba seruitute.
Surrectus in altum mihi sustinet ruinam.
A terra editus omnia traxit ipse secum.
Anima, quid attonita stupes? Haud potes incensis
Telluris amare ingum sordidum dolose:
Amplexuque (quod expetis) apprendere caro
Affixa cruci pectora, sublimis Iesu.
Quod si ne queo tollere terrestria membra,
Natura suo sed manet implicata nexu:
At me lauet illa beati sanguinis vnda,
Cuius liquidum subiens mens vsta fluorem,
Mole noua superemolet: & se inferat astris.

Vre me sancte Spiritus rore tuo.

Concordia patris, vnica concordia nati,
Immense veni sanctificator, expiator,
Producte reciproce communicatione.
Paraclete, tui iaculi mucrone corusco
Coxsaucia: amoris & igni incende gelatum.
Ardor celeberrimus agre illabere menti
Consolator, & hospes pie, flamma caritatis.
Me rore voluptatis inastimabilis, me
Torrente riga perpetui vena fluoris:
Vnda, ignis, simul omniaque, omniumque, fomes.
Nato, & Genitore fruar Spiritu recepto.
Tres, vnus Deus eritis, qui estis, & fuistis.

Ne me excusem monitus.

Si fructificandi fuerint tempora fico:

Quæras: dederit. tempora si talia non sunt:
Quid fructum petis: aut sterili accenderis ira?
Ignotum tibi non fuerat: tempore verno
Nondum imperium veris in æstatis honores
Transisse, nec ex arboris esse lege fructum.
Exemplum mihi potius comparas inerti,
Quocunque aderis tempore, ne causser. Hiems est.
Sunt æstus. Oleam, atq; nucem gelu momordit.
Sum iuuenis adhuc. cras faciam. Rogo, morare,
Non, non: sicubi lentus, & ignauus, inanis,
Quod debuero ponere, desinam parare.
Arescam miser ocius, illicoque. Nanque
Si non habeam, quodque habeo, auferetur a me.

Domini mei mater venit ad me.

O Bos aliger, ardua. Bos limina pandens,
Mirabilia o Domini Bos loquens theatra.
Tecum liquidi subuehe super atheris oras:
Vnde ora senis desficiam muta loquentis.
Agnoscam propere loca virginis petentem
Montana cui conditus in viscera matris
Sanmittit in atris latebris genua Ioannes.
Pro voce dat hoc? Dominum sine voce salutat.
Elizabeth ergo Domini te esse parentem
Sic nouit. & impleta Deo sperat, & audet
Prædicere, quæcunque videbat adfutura.
Quæ o Bos, nisi sic omnia tuus ille dedisset
Mugitus: abessent animo hæc lumina nostro.
Quæis ego prope solis animatus, incitatus,
Renouatus, Iesu, alys tellure relicta,
Vitæ hinc abigam senium, ingratosque labores,
Qui sunt, quasi soli nebula obiecta coruscæ:
Eaque arida: sine pluuia: sed futilis vmbra.

Concilia

Concilia me, Domine, fratri meo.

Si depositam memoria vetus maleficiorum
Debet cedere spiritui quieti amoris:
Ah ah rigidum quomodo diligemus hostem?
Ni te insinuas: in te abeam denique totus.
Heu tolle pius, quæ animis hostiliter actis
Me diuiduum semina fecere nocentem,
Cum tu omnibus undique communicabilis sis.
Idemque manens Deus indiuisilis, vnus.
Vnus potes hæc omnia facere, & dare solus.
Meque ex homine eximium tibi condere diuum.

In Iesu solo renouatio.

Iesu nostra redemptio, non nescio quantum
Longe absum, vbi me comparo comparare tecum.
Indignus ego te diligere: at dignus amari es.
Indignus ego vita: at es ipsa vita vitæ.
Indignus ego dare: sed dignus es accipere.
In te ego renouor: me renouas tu insitus in me.
Tantum dic, volo. Nil mihi postea nocebit.

Præmia Domini non hic tota.

Haud hoc, Petre, opus sanguine, qui manat ab aure.
Non hic te lauet. alio de vulnere fusis,
Commistus aqua, patrio te sistet olympo.
Quin tu vulneris istius, auctorque cruoris,
Quid sit gladius, quidque acies, experire,
Qui patre tuo, coniuge, liberis relictis,
Christum Domini voluisti sequi vocantem:
Quod speras tibi præcium, aut gratiam reponi?
Cum compedibus ferrea præmium catena:
Cruciis onus reliquo de corpore demptum.
Horum auctor ego. tu mihi testis his, sequere.
Vis ergo sequi me, qui ero certa causa mortis?

Certe volo: te, non alium, Deum deorum
Verum futilium, Dominum, ducem, datorem
Vitæ alterius. Hæc tua tibi reddatur vni.
Sic illa tua est, quæ mihi redderetur ab vno.

Soli Deo genu & cor.

Tibi quære alium Sathana, qui genu recurues.
Vnus Dominus, cui animus meus paratur.
Hic hic illius vt fuit, illius futurus.

Eiice trabem ex oculo tuo.

Me purifica: facito iudicem mei me.
Nie solum, alios minime, iudicare tutum est?
Si cum rationis vegeto, grauiq; vultu,
Cum philosophorum sale, nutibusque, cumq;
Euangelio flagitiosa reprehendam:
Me culpa statim deijcit, occupataq;. nempe
Feci, aut fecero, quæ malefacta reprehendam.

Parate viam Domino.

Ecce Deus, & Agnus, scelerati hostia mundi.
Hæc, quæ genita est ante me, egoante factus illam.
Vox clamantis; vbi auia deserta quæruntur,
Desiderio solicita arentia lympha,
Quæ sola potest aridæ fœcunda referre.
O quando dabit Deus, vt germinemus illi,
Et fœta seges tumida flaueſcat arista,
Curuata parens fœtibus ingraueſcat arbos?
Tum forte noua viridi delimitus vmbra,
De sole, via, puluere defessus, anhelans,
Somni capiet mollia momenta viator,
Fotusve cibo, frigora captabit opaca:
Et dicet: Vbi læta, ferax, vbere glebæ
Luxuriat modo terra parens, tesqua fuere.
In queis clamor ad omnia, spiritusq; Heliæ,

Audit

Audite o sola, quodq; auium leui volatu,
Et quod squammigero grege sulcare natantum:
Tum quodq; bipes, quadrupesq;, & reptile verrit,
Munite viam Domino: semitas parate.
Non cæsa olea satis est, non sternere veste.
Terra haud repetit munera, qui donat olympum.

Dic, Domine, veni & vide.

Magne magister, vbi habitas? dic mihi. venite.
Dic venite, dic videte, dic manete mecum.
Te dicente manebo: dehinc iubente, fratri
Dicam: inuenimus, ocyus expedire, Christum.
Est a Nazareth, est aliquid boni Philippe.
Est Nathanael. vnde tibi vox fluat illa.
Tu Rex, Dominus Solymæ: Filius Dei tu:
Finis meus. in te abiens nil cætera quæram.

Vinum Christi est eius testamentum.

Vino deficiente, aqua nunc mihi bibenda est.
Vnde inualido intercutis imminet periclum.
O certa salus, præsidium, subsidiumq;.
Et pateris, vt hostis ferus exprobrare possit
Amissa ea, quæ dederas, nec dedisse dicens.
Mutata meri munera sentio. quid hoc est?
Primum vinum, Adam, Abraham, Moyses Propheta.
Pharisæus aqua est. Latices vera vena sancti
Tu, in te omnia vertis, & exhibes teipsum.

Ego cum Samaritana.

Huc huc, populares, propere exite, videte.
Hic est Dominus: Domini verus iste Christus.
Mea scelera omnia, ve misera, arcana reuelans.
Non qui videat clarius illa abdita pandet.
Nunquid Deus hic? ipse ne, quem quærimus, iste est?

Ego cum Apostolis.

Modo qui sitiebas: neque propter hoc bibisti:
Quin vltro tuum laticem viuidum offerebas:
Cur non vesceris epulis, quas ferre subebas?
Aut nos meliore cibo impartire benignus:
Quem dicis habere alium de penu paterna.

Domine, hominem non habeo.

Sexagesimus in decimum prope exit annum
Cum me necat atrox cruciatibus grabatum.
Et cura mihi parua mei, minor propinquis.
Eheu hominem non habeo domi paratum,
Piscinæ vada quoties turbulenta bullant.
Qui possim ego sic mutilis artubus, retusis?
Aut si ille prior, studio fretus, occuparit,
Non est præterea alterius locus salutis?
O vera, locus pecudum, piscina, gregisque:
Quæ in tempore, non omnibus hoc habes paratum.
Iam iam abijcio consilium, stemque priorem.
Non, non opus est hominis, sed Dei supremi,
Qui cuncta simul homine seruabit eodem.
Non hunc ille, & hic impedit: ast omnibus vnum est:
Vario licet in tempore, & vna omnibus hora.

O Domine Iesu, tu es omnia.

O prima Patris, media, atque vltima o voluntas.
O Iesu bone, spes, amor, omnium redemptor,
Quos certos Pater operis destinat colonos.
Tu vnus Dei soboles viuentis in æuum,
Iudex hominum, testis, & aduocatus idem:
Idem ostium, & idem stabulum, pastor, & Agnus,
Rex & populus: qui populum vnus expiasti.
Seruus, Dominus: simul & victima, & sacerdos.

In solo Iesu copia.

Toties recreat Spiritus, & creat Pater me,
Patri vnanimem quoties contemplor Iesum.
Hinc magnus ego, diuitys clarus opimis,
Orbem supero; cedit & opulentia terræ.
Quæ copia non est Deus, est turpis egestas.

Sapientia creata.

O lumen, ab inuisibili lumine, nostrum:
Quod luminis illius es comprehensione:
Ne, ne a iubare iubar eo tu tuum perenni
Deflecte. Patris tu sapientia es creata:
Est illud, quod in lumine redditum reluces.
Tu certa meæ species cogitationis,
Infusa repræsenta animo meo teipsam.
Tu gluten eris fluido: tu mihi sequestra:
Tu portitor, vt opifici hinc vniamur alto.
O sancta domus, qui colit hæc atria vestra,
Felix species non egebit inueri inanes.
Coram fruitur, quod speculis in lumine fulget.
Atq; ipse sit illud idipsum lumen in æuo.

Ad vitam hanc.

Incerta, caduca, peruſta ignibus furorum,
Immunda, inhonesta, rigens horridis pruinis,
In falsa patria hospes, & exul a teipsa,
Sentina malorum, miserabilis cloaca,
Infida, rebellis tibi, serua prauitatis,
Tardis laqueus, subitis flamma, fossa cæcis,
Tu delitium carceris, & carceris illex,
Desultoria fabula, somnium ebriosum,
Non vita. Quid ausim, fera, te dicere vitam?
Quid me hic fallis, inepta? quid & tepsa ludis?

Tu mors potius, mors potius vocanda. Nempe
Nos mors liberat: at facis esse morte dignos.

Ad alteram.

Te nunc voco, teq; inuoco nunc vita perennis,
Vita altera, vita aurea, vita vera vitæ:
Quæ statuis, vt hæc vita sit: ipsa si paranit
Tibi principium prouida, finis eius vt sis.
Electa Deo, condita, constituta, firma:
Non vlla vbi suspicio, non timor, nec angor,
Aduersarius vbi nullus, dolor, labor ve.
Hunc fontem arida mens sitit. vt malum quod instat,
Mœrentem acuit mœrore perditi decoris.
Cives, anima rutilæ, cælites sereni,
Qui prælia fixdi memoratis hostis atra:
Secura cohors turbinis, oblita panoris:
Agno duce perpetuans lauream triumphi:
Ostende mihi mœnia ciuitatis almæ:
Rectarum aurea me trahe per strata viarum.
Sine merce triumphalia commercia cerno:
Pigmenta trahe naribus: opobalsama spirant.
O quenam ista silentia, qua modis canoris
Animata haurit anima sibi, non cognita mundo:
Gestu sine latitiam: sine voce loquelam.
Perstant perpetuo omnia: status omnibus idem.
Æterna dies vera dat, haud eximit æuo.
Nunquam præteritum fuit: haud exit futurum,
Nequeunt nescire: sciunt absq; disciplina.
Quanquam meritum varium det cuiq; sedem.
At notitiæ splendor, & aura caritatis:
Se, se vt nouit: in alio nihil inuidet vllo:
Sed pro suo habet candidus: in suo reponit.
Vniq; quod est proprium, commune sit omni.
Desiderat hoc, quod habet: esurit, saturq; est.

Quis

Quis crederet ambagibus his vera capi? fert
Nec fastidia satius, nec fames laborem.
Felix anima o, limina quæ premis suprema:
O qua radium luminis intuens reluces:
Et te ex alio extrinsecus intimam figuras.
O Christe dator meriti, pramijq; largus:
Dicam tibi quæ prælia, bella quæque gesit?
Quibus acer tuus hoc caput impetiuit hostis?
Vt quid? Nonne tibi omnia nota sunt videnti?
Tu scis, Domine: & tu prior es, quam ego videns me.
Et vincente te ego fui victor ad triumphum.
Non emeritum me audeo militem referre.
Paganus ego. vix quoque nomen hoc inhæsit.
Quin victus, & ignominia notatus, eheu
Deserta acie fugio: vexilla relinquo:
Vnde horreo terribilem fustuarij vim.
Quo me conferam, vt obsidet hostis; vnda, saltus?
Ad signa reuertar malus, imbellis, inermis?
Quis me accipiet? num mea monstrata cicatrix
Excusabit, vt adveniam excitet fauorem?
Quæ si via sola potest me reddere signis:
Victor sine me, o te mera victoria solo,
Ostende tibi maxime tua vulnera Iesu.

Iesus ad animam.

Non est pulchrior e pelago Aurora resurgens:
Non Lucifer oceani perfusus in vndis:
Non sol medio fulgidus, altissimus, æstu:
Quam quæ de tenebris anima exuesa profundis,
Fractoveteri carcere cælum hausit apertum:
Cui delicias sponsus in auribus susurrat.
Surge, & propera candida, dilecta, decora,
Auro omni preciosior, ardentior astris.
Iam transiit hyems: abiit iam imber, & recessit.
Ver turget: ager partiuit: en lucida prata

Candida

Candida luteola decorant lilia caltha.
Electa veni, superans candore columbam:
Hic nidus ubi, requies ubi certa laborum:
Quam nulla tibi sors, ferus auferet ve casus.

Petra est Christus.

Iesu mea spes, lux mea, dux meus, meus Rex.
Vivus Deus, & verus homo, pius redemptor,
Meus in tenebris pes, venerabilis magister,
Mea vita, iacentisque resurrectio mundi,
Pastor bonus, agnus sacer, integer sacerdos,
Rerum sator, eternaque custodia rerum,
Iustitia via, simplicitas pudoris almi,
Fomes fidei, lactea vena caritatis:
Incerta, vacillantia, nutantia corda
Stabilire velis, maxima solidissima rupes:
Cui credere tuta queam fundamina turris:
Quae ducta tui siderea ad culmina cali,
Ritu scopuli valeat contemnere ventos,
Latrantisque minas pelagi, & feras ruinas.

A solo Christo fides.

O dilectio vera, serena, firma Iesu,
Te te insinua mi, ingrediens intima cordis:
Vt sit mihi te sancta, vigens, plena roganti,
Mandata, tuis edita, seruare potestas.
Quando Patris abiturus ad alta regna cali,
Seruare animi pignora mutua iubebas.
Oro, da te amare, tibi obsequique Christe:
Ad cuncta sequi: prompte animam ponere pro te.
Quanquam quid egesti tu tamen hoc esse iubebas,
Vt testis ego fierem cum fratribus ipsis.
Ah quantum opus est, Fidei si munera, tua sunt?
Non crediderint (merito) pro sanguine fuso:
Fuso toties alias infamibus ausis.

Sed

Sed quia tu dabis. Hoc mihi da maxime Iesu,
Qui cor petis, a corpore nil tibi petitum est.

Ad Angelos & animas beatas.

Mentes nitidæ, celeres quæ rotatis orbes:
Mentes aliæ, vacuas mandata per auras
Quæ fertis Patris, ad genus hoc inutile nostrum:
Summi, Gabriel, te voco fortitudo Patris:
Vere Euangele, præmia nuncians salutis.
Tu maxima terrigenum ventura Ioannis
Ostenta, 'Dei populo Sancta nunciasti.
Te Spiritus in Bethleem præmisit iturus:
Vt virgo nouum Domini præsciret amorem:
Quo seruam sobolem facit, vt liberet hostem:
Teque inuoco medicina Dei: teq; potentem.
Et vos alios Genios, custodia quorum,
Nostros animos prohibet peccare monendo:
Flammata cohors nitidis conferta manipli:
Exercitus innumerus radiantibus alis.
Et vos animæ germina defuncta periclis:
Queis nunc facie facies intuenda lucet.
Quanquam pia vos, & bona caritas monebat:
Vt nostra placeret prece subleuare vestra:
Audite tamen memores, hæc paucula, nostri.
Quodque velle nos decebat in priore vita:
Nobis, facite, vt faueat iam firma voluntas.

A Christo victa mors.

Si fœtet, vt a quatriduo obsitum cadauer:
Speret sua quis tollere nunc pignora morti?
Hoc credo tamen te potuisse præuenire:
Si ægroto obeunti efficiosus affuisses.
Quanquam, 'Domine, o nunc quoq; non nescio, quicquid
Patrem, Nate, poposceris, id tibi daturum.

Dictum

Ne iudicio, Domine, sed misericordia.

Ne iudicio famulum confunde severo:
Pro iudice qui factus es, acer aduocatus.
Aures tuæ precibus sint meis apertæ:
Aures meæ iussibus hic tuis fideles:
Verissima vita, anima lex, regula Iesu.

Iesu nomen.

Non est aliud gemino sub fornice cæli,
Sub vtroque poli cardine, quam nomen Iesu,
Quo certa salus maneat, spes certa salutis.
Ergo mihi te da, Pie, sic posse vocare:
Humani generis amor, sartatecta, portus,
Asserta quies, præmia gratuita mundi:
Iesu pie, Iesu bone, mitissime Iesu.
Nil addo. Capis omnia. Sat Iesu, Iesu, Iesu.

Iesus liberator, seruator.

O cunctarum adamantina concordia rerum:
Compone meis murmura fluctuantis æstus.
Pacasti omnia veniens, quæ superna cæli
Quæ infima erant tartara, quæ superque terram.
Exit Barabbas ne? quid es? nonne liberator?
Hostes, Caiphas factus amicus, & Pilatus.
Solus populo sufficis vnus vniuerso:
Tandem denique quid, nisi seruator, Iesu?

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER SEPTIMVS.

NOua mens, noua lux, noua vis, immensa voluptas
Quam ciet, acta Dei ardua spiritu supreme:
Audebis inaccessibilem, sine carentem
Et principio, numeris astringere sanctis?
Cui esse sibi sufficit, efficitque cuncta.
Nusquam ambitus est: medium nullibi, & vbiq;
Dices: esse bonum sine qualitate. fujo
Extensio nulla est. Sine quantitate magnus.
Cuius velle, potentia: cui opus voluntas.
Intra omnia, sed non tamen incluſus in ipſis.
Extra omnia, sed non tamen excluſus ab illis.
Sic, intimus haec, quae regit. eximius creauit:
Istisque suum, atque sui induens sigillum,
Differre facit, quae facit omnia a seipso.
Vsura placet. non tamen vllius anarus.
Nullius egens, gaudet: vbi sibi lucratur.
Vt sustinet omnia: fert, nec subtus habetur:
Excedit ita, & supereſt, nec libratur illis.
Regnat vbique sine loco: sine tempore semper.
Immobilis absque statu; pernix sine motu.

Extra omniaque omnis, sine partibusq; totus:
Immutabilis, etiam cum cætera mutat.
Sibi consimilis, dissimilis huic, & illi.
Absque labore regens. sine latibus patronus.
Sine merce opifex. sine dispendio creator.
Sine nocte dies. Sol sine limite occidentis.
Inuictus sapientia: Inæstimabilis vi.
In consilijs terribilis: pius rogatus.
Mitis supplicibus: patiens. sero severus.
In quem nulla cadit penitus necessitudo.
Principium sine principio, absque fine finis.
Cui præteritum non abit, aut adit futurum.
Ante omnia, post omnia, totus, vnus. Ipse.

Non potest alia victima.

Sanctissima tetri hostia purissima mundi:
Non vitulus obit, non aries, nec hircus aras:
Fœdumve pecus crimina fœditatis aufert.
Carnes pro anima? nidor is an Deum probabit?
Nequaquam. Animam pro animis sed dari necesse est.
Æqualis erit reddita pœna talioni.
Pro stipite stipes: pro homine homo, nouus vetusto.
At non satis, offensa Dei pectora quisnam
Placare potest alius, quam Deus benignus?
Vt seruum redimat pater; obtulisse natum?
Purum sine turpi macula, sine macula vlla.
Cui nec dolus inuentus in ore veritatis.
Coram se tondentibus obmutuit Agnus.
Cæsus streperis alapis, conspitus, onustus
Onere, heu cui onus fuerit mox futurus ipse,
Rex regum, Dominus dominantium, creator.
Lacer, heu, regia tempora spinea corona:
Fixusque cruci, sceleratis more latronis,
Nullum gemitum, nullaq; vestigia vocis

Ex

Ex ore dedit: pectore & immotus inhæsit.
Oblatus, quia voluit sustulit pericla.
Quousque ego merui, pertulit innocens dolores.
Vibice sua a me rigida arcuit flagella.
Tendens sua brachia, pendens inter iniquos,
Ad regna sua hinc nos vocat, orba servitute.
Surrectus in altum mihi sustinet ruinam.
A terra editus omnia traxit ipse secum.
Anima, quid attonita stupes? Haud potes incentis
Telluris amare iugum sordidum doloso:
Amplexuque (quod expetis) apprendere caro
Affixa cruci pectora, sublimis Iesu.
Quod si ne queo tollere terrestria membra,
Natura suo sed iacet implicata nexu:
At me lavet illa beati sanguinis unda,
Cuius liquidum subiens mens vsta fluorem,
Mole nova superenolet: & se inferat astris.

Vre me sancte Spiritus rore tuo.

Concordia patris, unica concordia nati,
Immense veni sanctificator, expiator,
Producte reciproce communicatione.
Paraclete, tui iaculis mucrone coruſco
Constricta: amoris & ignis incende gelatum.
Ardor celeberrimus agre illabere menti
Consolator, & hospes pie, flamma caritatis.
Me rore voluptatis inæstimabilis, me
Torrente riga perpetui venæ fluoris:
Unda, ignis, simul omniaque, omniumque, fomes.
Nato, & Genitore fruar Spiritu recepto.
Tres, unus Deus eritis, qui estis, & fuistis.

Ne me excusem monitus.

Si fructificandi fuerint tempora fici:

Quæras: dederit. tempora si talia non sunt:
Quid fructum petis: aut sterili accenderis ira?
Ignotum tibi non fuerat: tempore verno
Nondum imperium veris in æstatis honores
Transisse, nec ex arboris esse lege fructum.
Exemplum mihi potius comparas inerti,
Quocunque aderis tempore, ne caussor. Hiems est.
Sunt æstus. Oleam, atq; nucem gelu momordit.
Sum iuuenis adhuc. cras faciam. Rogo, morare,
Non, non: sicubi lentus, & ignauus, inanis,
Quod debuero ponere, desinam parare.
Arescam miser ocius, illicoque. Nanque
Si non habeam, quodque habeo, auferetur a me.

Domini mei mater venit ad me.

O Bos aliger, ardua. Bos limina pandens,
Mirabilia o Domini Bos loquens theatra.
Tecum liquidi subuehe super atheris oras:
Unde ora senis desticiam muta loquentis.
Agnoscam propere loca virginis petentem
Montana cui conditus in viscera matris
Summisit in atris latebris genua Ioannes.
Pro voce dat hoc? Dominum sine voce salutat.
Elizabeth ergo Domini te esse parentem
Sic nouit. & impleta Deo sperat, & audet
Prædicere, quæcunque videbat adfutura.
Quæ o Bos, nisi sic omnia tuus ille dedisset
Mysticus: abessent animo hæc lumina nostro.
Queis ego prope solis animatus, incitatus,
Renouatus, Iesu, alys tellure relicta,
Vitæ hinc abigam senium, ingratosque labores,
Qui sunt, quasi soli nebula obiecta coruscæ:
Eaque arida: sine pluuia: sed futilis umbra.

Concilia

Concilia me, Domine, fratri meo.

Si depositam memoria vetus maleficiorum
Debet cedere spiritui quieti amoris:
Ah ah rigidum quomodo diligemus hostem?
Ni te insimus: in te abeam denique totus.
Heu tolle pius, quæ animis hostiliter actis
Me dividuum semina fecere nocentem,
Cum tu omnibus undique communicabilis sis.
Idemque manens Deus indivisilis, unus.
Unus potes hæc omnia facere, & dare solus.
Meque ex homine eximium tibi condere divum.

In Iesu solo renouatio.

Iesu nostra redemptio, non nescio quantum
Longe absum, ubi me comparo comparare tecum.
Indignus ego te diligere: at dignus amari es.
Indignus ego vita: at es ipsa vita vitæ.
Indignus ego dare: sed dignus es accipere.
In te ego renouor: me renouas tu insitus in me.
Tantum dic, volo. Nil mihi postea nocebit.

Præmia Domini non hic tota.

Haud hoc, Petre, opus sanguine, qui manat ab aure.
Non hic te lauet. alio de vulnere fusus,
Commistus aqua, patrio te sistet olympo.
Quin tu vulneris istius, auctorque cruoris,
Quid sit gladius, quidque acies, experire,
Qui patre tuo, coniuge, liberis relictis,
Christum Domini voluisti sequi vocantem:
Quod speras tibi pretium, aut gratiam reponi?
Cum compedibus ferrea pramium catena:
Cervicis onus reliquo de corpore demptum.
Horum auctor ego. tu mihi testis his, sequere.
Vis ergo sequi me, qui crocea cruce mortis?

Certe volo: te, non alium, Deum deorum
Verum futilium, Dominum, ducem, datorem
Vitæ alterius. Hæc tua tibi redditur vni.
Sic illa tua est, quæ mihi reddatur ab vno.

Soli Deo genu & cor.

Tibi quare alium Sathana, qui genu recurret.
Vnus Dominus, cui animus meus paratur.
Hic hic illius vt fuit, illius futurus.

Eiice trabem ex oculo tuo.

Me purifica: facito iudicem mei me.
Me solum, alios minime, iudicare tutum est?
Si cum rationis vegeto, grauiq; vultu;
Cum philosophorum sale, nutibusque, cumq;
Euangelio flagitiosa reprehendam:
Me culpa statim deijcit, occupatq;. nempe
Feci, aut fecero, quæ malefacta reprehendam.

Parate viam Domino.

Ecce Deus, & Agnus, scelerati hostia mundi.
Hæc, quæ genita est ante me, ego ante factus illam.
Vox clamantis; vbi auia deserta quæruntur,
Desidero solicita arentia lympha,
Quæ sola potest arida. fœcunda referre.
O quando dabit Deus, vt germinemus illi,
Et fœta seges turnida flauescat arista,
Curuata parens fœtibus ingraueſcat arbos?
Tum forte noua viridi delimitus umbra,
De sole, via, puluere defessus, anhelans,
Somni capiet mollia momenta viator,
Fotusve cibo, frigora captabit opaca:
Et dicet: Vbi lata, ferax, vbere glebæ
Luxuriat modo terra parens, tesqua fuere.
In quæ clamor ad omnia, spiritusq; Heliæ.

Iudic

Audite o sola, quodq; auium leui volatu,
Et quod squammigero grege sulcare natantum:
Tum quodq; bipes, quadrupesq;, & reptile verrit,
Munite viam Domino: semitas parate.
Non cæsa olea satis est, non sternere veste.
Terra haud repetit munera, qui donat olympum.

Dic, Domine, veni & vide.

Magne magister, vbi habitas? dic mihi. venite.
Dic venite, dic videte, dic manete mecum.
Te dicente manebo: dehinc iubente, fratri
Dicam: inuenimus, ocyus expedire, Christum.
Est a Nazareth, est aliquid boni Philippe.
Est Nathanael. vnde tibi vox fluat illa.
Tu Rex, Dominus Solymæ: Filius Dei tu:
Finis meus. in te abiens nil cætera quæram.

Vinum Christi est eius testamentum.

Vino deficiente, aqua nunc mihi bibenda est.
Vnde inualido intercutis imminet periclum.
O certa salus, præsidium, subsidiumq;.
Et pateris, vt hostis ferus exprobrare possit
Amissa ea, quæ dederas, nec dedisse dicens.
Mutata meri munera sentio. quid hoc est?
Primum vinum, Adam, e Abraham, Moyses Prophetæ.
Pharisæus aqua est. Lucis vera vena sancti
Tu, in te omnia vertis, & exhibes teipsum.

Ego cum Samaritana.

Huc huc, populares, propere exite, videte.
Hic est Dominus: Domini verus iste Christus.
Mea scelera omnia, ve misera, arcana reuelans.
Non qui videat clarius illa abdita pandet.
Nunquid Deus hic? ipse ne, quem quærimus, iste est?

Ego cum Apostolis.

Modo qui sitiebas: neque propter hoc bibisti:
Quin vltro tuum laticem vinidum offerebas:
Cur non vesceris epulis, quas ferre iubebas?
Aut nos meliore cibo impartire benignus:
Quem dicis habere alium de penu paterna.

Domine, hominem non habeo.

Sexagesimus in decimum prope exit annum
Cum me necat atrox cruciatibus grabatum.
Et cura mihi parua mei, minor propinquis.
Eheu hominem non habeo domi paratum,
Piscinæ vada quoties turbulenta bullant.
Qui possim ego sic mutilis artubus, retusis?
An si ille prior, studio fretus, occuparit,
Non est præterea alterius locus salutis?
O vera, locus pecudum, piscina, gregisque:
Quæ in tempore, non omnibus hoc habes paratum.
Iam iam abijcio consilium, spemque priorem.
Non, non opus est hominis, sed Dei supremi,
Qui cuncta simul homine seruabit eodem.
Non hunc ille, & hic impedit: ast omnibus vnum est:
Vario licet in tempore, & vna omnibus hora.

O Domine Iesu, tu es omnia.

O prima Patris, media, atque vltima o voluntas.
O Iesu bone, spes, amor, omnium redemptor,
Quos certos Pater operis destinat colonos.
Tu vnus Dei soboles viuentis in æuum,
Iudex hominum, testis, & aduocatus idem:
Idem ostium, & idem stabulum, pastor, & Agnus,
Rex & populus: qui populum vnus expiasti.
Seruus, Dominus: simul & victima, & sacerdos.

In

In solo Iesu copia.

Toties recreat Spiritus, & creat Pater me,
Patri vnanimem quoties contemplor Iesum.
Hinc magnus ego, diustys clarus opimus,
Orbem supero; cedit & opulentia terræ.
Quæ copia non est Deus, est turpis egestas.

Sapientia creata.

O lumen, ab inuisibilis lumine, nostrum:
Quod luminis illius es comprehensione:
Ne, ne a iubare iubar eo tu tuum perenni
Deflecte. Patris tu sapientia es creata:
Esq; illud, quod in lumine redditum reluces.
Tu certa meæ speciei cogitationis,
Infusa representa animo meo teipsam.
Tu gluten eris fluido: tu mihi sequestra:
Tu portitor, vt opifici hinc vniamur alto.
O sancta domus, qui colit hæc atria vestra,
Felix species non egest inuieri inanes.
Coram fruitur, quod speculis in lumine fulget.
Atq; ipse fit illud idipsum lumen in æuo.

Ad vitam hanc.

Incerta, caduca, peruista ignibus furorum,
Immunda, inhonesta, rigens horridis pruinis,
In falsa patria hospes, & exul a teipsa,
Sentina malorum, miserabilis cloaca,
Insida, rebellis tibi, serua prauitatis,
Tardis laqueus, subidis flamma, fossa cæcis,
Tu delitium carceris, & carceris illex,
Desultoria fabula, somnium ebriosum,
Non vita. Quid ausim, fera, te dicere vitam?
Quid me hic fallis, ineptal quid & tepsa ludis?

Tu mors potius, mors potius vocanda. Nempe
Nos mors liberat: at facis esse morte dignos.

Ad alteram.

Te nunc voco, teq; inuoco nunc vita perennis,
Vita altera, vita aurea, vita vera vitæ:
Quæ statuis, vt hæc vita sit: ipsa si paranit
Tibi principium prouida, finis eius vt sis.
Electa Deo, condita, constituta, firma:
Non vlla vbi suspicio, non timor, nec angor,
Aduersarius vbi nullus, dolor, laborve.
Hunc fontem arida mens sitit. vt malum quod insit,
Mœrentem acuit mœrore perditi decoris.
Ciues, anima rutilæ, cælites serem,
Qui prælia fœdi memoratis hostis atra:
Secura cohors turbinis, oblita panoris:
Agno duce perpetuans lauream triumphi:
Ostende mihi mœnia ciuitatis almæ:
Rectarum aurea me trahe per strata viarum.
Sine merce triumphalia commercia cerno:
Pigmenta trahe naribus: opobalsama spirant.
O quenam ista silentia, quæ modis canoris
Animata haurit anima sibi, non cognita mundo:
Gestu sine letitiam: sine voce loquelam.
Perstant perpetuo omnia: status omnibus idem.
Æterna dies vera dat, haud eximit æuo.
Nunquam præteritum fuit: haud exit futurum,
Nequeunt nescire: sciunt abq; disciplina.
Quanquam meritum varium det cuiq; sedem.
At notitiæ splendor, & aura caritatis:
Se'e vt nouit: in alio nihil inuidet vllo:
Sed pro suo habet candidus: in suo reponit.
Vniq; quod est proprium, commune sit omni.
Desiderat hoc, quod habet: esurit, saturq; est.

Quis

Quis crederet ambagibus his vera capi? fert
Nec fastidia satius, nec fames laborem.
Felix anima o, limina quæ premis suprema:
O qua radium luminis intuens reluces:
Et te ex alio extrinsecus intimam figuras.
O Christe dator meriti, pramiiq; largus:
Dicam tibi quæ prælia, bella quæque gesſit?
Quibus acer tuus hoc caput impetuit hostis?
Vt quid? Nonne tibi omnia nota sunt videnti?
Tu scis, Domine: & tu prior es, quam ego videns me.
Et vincente te ego fui victor ad triumphum.
Non emeritum me audeo militem referre.
Paganus ego. vix quoque nomen hoc inhæsit.
Quin victus, & ignominia notatus, eheu
Deserta acie fugio: vexilla relinquo:
Vnde horreo terribilem fustuarij vim.
Quo me conferam, vt obsidet hostis, vnda, saltus?
Ad signa reuenar malus, imbellis, inermis?
Quis me accipiet? num mea monstrata cicatrix
Excusabit, vt ad veniam excitet fauorem?
Quæ si via sola potest me reddere signis:
Victor sine me, o te mera victoria solo,
Ostende tibi maxime tua vulnera Iesu.

Iesus ad animam.

Non est pulchrior e pelago Aurora resurgens:
Non Lucifer oceani perfusus in vndis:
Non sol medio fulgidus, altissimus, æstu:
Quam quæ de tenebris anima excussa profundis,
Fracto veteri carcere cælum hausit apertum:
Cui delicias sponsus in auribus susurrat.
Surge, & propera candida, dilecta, decora,
Auro omni pretiosior, ardentior astris.
Iam transiit hyems: abiit iam imber, & recessit.
Ver turget: ager parturit: en lucida prata

Sed quia tu dabis. Hoc mihi da maxime Iesu,
Qui cor petis, a corpore nil tibi petitum est.

Ad Angelos & animas beatas.

Mentes nitidæ, celeres quæ rotatis orbes:
Mentes aliæ, vacuas mandata per auras
Quæ fertis Patris, ad genus hoc inutile nostrum:
Summi, Gabriel, te voco fortitudo Patris:
Vere Euangele, præmia nuncians salutis.
Tu maxima terrigenum ventura Ioannis
Ostenta, Dei populo Sancta nunciasti.
Te Spiritus in Bethleem præmisit iturus:
Vt virgo nouum Domini præsciret amorem:
Quo seruam sobolem facit, vt liberet hostem:
Teque inuoco medicina Dei: teq; potentem.
Et vos alios Genios, custodia quorum,
Nostros animos prohibet peccare monendo:
Flammata cohors nitidis conferta manipls:
Exercitus innumerus radiantibus alis.
Et vos animæ germina defuncta periclis:
Quæis nunc facie facies intuenda lucet.
Quanquam pia vos, & bona caritas monebat:
Vt nostra placeret prece subleuare vestra:
Audite tamen memores, hæc paucula, nostri.
Quodque velle nos decebat in priore vita:
Nobis, facite, vt faueat tam firma voluntas.

A Christo victa mors.

Si fœtet, vt a quatriduo obsitum cadauer:
Speret sua quis tollere nunc pignora morti?
Hoc credo tamen te potuisse præuenire:
Si ægroto obeunti officiosus affuisses.
Quanquam, Domine, o nunc quoq; non nescio, quicquid
Patrem, Nate, popposceris, id tibi daturum.

Dictum

Dictum factum: abeuntibus illico ad sepulchrum
Fit clara Dei gloria: Lazarus resurgit.
Mors victa stupet, semel hic pro tempore paruo:
At mox mortua protinus, & magis sepulta:
Quam vita suum maxima ducet in triumphum.

Et credere & facere.

Tecum sedula Martha ego, Magdalena tecum,
Hinc verbum audiam: opus faciam hinc frequens minister.
Est, est animus: ne modo me linquat Iesus.
A quo datus est animus: detur & voluntas.
A quo que voluntas data: detur & potestas.
A quo que potestas, data: constantia detur.

Dic, Lazare, quid videris.

O quæ rigidis somnia filys gehennæ,
Contumacibusque, pertinacioribusq;:
At promissa pio generi præmia, non iam
Vates, proprio at lumine non testis inanis:
Narrabis, ab imis tenebris, Lazare, surgens:
Nam quæ aspiciunt oculi, nec videre possunt:
Quæ non videant, quomodo credere incitentur?

O Iesu, tuam videam claritatem.

Hoc verbum, volo, quis valet ita dicere Patris
Æqualis nisi fuerit vis, idemq; Patri?
O sancte Pater, hi volo, quos mihi dedisti,
Mecum sint: videant quoq; claritatis auram:
Quam ante orbis apud te habui constitutionem,
Nunquid, Christe, datus ego? Nunquid o dedisti
Nato Pater: vt videam, quod videre me vult?
O Iesu bone, data sunt in manu tibi omnia.
Si sunt data, quisnam auferet? O benigne Iesu,
Ne me auferam egomet: neq; me abs te auferat hostis
Ille inferior te: ego nil. Tu maxime rerum,

Qui

Qui potes, etiamq; velis: es qui omnia gratis.
Si diligo plus alijs, plus diligar abs te:
Et diligar a Patre: & in vtroque manebo.

Cruci confige cum veteri nouum chirographum.

O Christe opulentißime, certißime rerum
Thesaure: Patris munifici dextera aperta.
O participabilis, impartibilis idem.
O quem exhibuit maxima plenitudo inanem:
Vt nos efficeres destate vasa plena.
Quæ obinaniuerat hostis, vt exhausta repleret
Sese. Quod vt ausus, ita est exequutus acer.
Et nunc etiam sordibus occuparet atris,
Ni tu lauares sanguineq;, vndaq; misertus.
Reddis debita, resecans nil, nihilq; debens.
Donas debita, referens nil, nihilq; perdens.
Solusque Patri debita, quanquam omnia habenti.
Inter miseri nomina sordentia libri
Ne me inuenias sedulus, inuentaq; dele.
Et cui volo me affigere, tu nisi vetabis:
Confige cruci chirographum recens vetusto.

Qui es omnia & vbique.

Qui facis omnia, patiere in nihil me abire?
Qui capis omnia, quianam me excludis ab omni?
Qui das omnia, cur quoq; non dabis mihi me?
Quare qui es vbiq;, alibi te quærere pergam?
Quare qui es vbique, haud ego te inuenire possum?
Quare qui es vbique, habeam non & in meipso?

Solus Iesus bona omnia.

Iesu, sine te cadimus, tollente leuamur:
In te sistimur. admoniti quærimus. acti
Admittimur: insolito renouamur amore.

Te

Te nosse Deum, est viuere: seruire iubenti,
Regnare: salus vltima laudare potentem.
Seruator Iesu pie, conditor, redemptor,
Custos, ductor, amator, adiuctor, imperator,
Semen, pastor, agricola, marra, vitis, aruum,
Ros viuificans germina, messor, atque messis,
Salientis aquæ fons, scatebra luminis eui:
Æterna vitæ tu via, tuq; vita vita,
Lux lucis, amoris amor, tum decor decoris:
Tabenti mihi te ingere: quo mihi ego esse possim.
Nam non egomet sum mihi: si tuipse non sum.

Quod Deus non est, nihil est.

Effunde animam te super o meam benigne,
De puluere, deq; via, de labore lassam:
Vt cera super tabulam feruidam liquescet:
Formamque sibi accipiet, quancunq; dabis tu.
Exi, extende miselle te ad illius figuram,
Informis, inanis globus, in teipsa coacta:
Nulla intus capiens bona, nil foris q; tangens.
Quod non Deus est, nihil est, quam nihil minus q;.

Non est terribilis nihil desperantibus.

Gustabo: videbo. quoniam suauis es tu.
Audebo etiam. nam quia mitis, & benignus.
Carpam, fruar. es Dominus quippe liberalis.
Sordes (fateor) vitium, (non negabo) mortis:
Ira filius, & pater, auctor & patronus.
Est terribilis Dominus, plusque quam timendus.
Sed tantum mihi: tamen haud Filio precanti
Ne perdat eos, quos dedit. Acer aduocatus
Interpellat hic, vndique, semper, atque vbiq;.
Hoc ego clypeo tectus, ad hæc bella profectus,

Regi

Regi placeam. Fulgure cæcabitur hostis,
Qui hunc horribilem fecerat, a quo eram vocatus.

Quod possum, non quod debeo.

Hoc quod valeo. Non queo, quod debeo. Quid tum?
Mensura mea es tu, Domine, immensa potestas:
Non ego tua: quodq; habeo, tu mihi dedisti.
Quodq; do, non do, sed accipis. hoc enim dedisti.
Tu solus tibi satis es, tu mihi, tibiq;.
Nec te laudo, vbi laudo: sed ipse teipse laudas.
Me perficiens, non tua, sic laudibus ornans,
Queis me ad te trahis. haud ego te traho super me.
Me præveniens hic ades, vt mihi supersis.

Ad te vnum naufragus, Domine Iesu.

Me mortifica: aut viuifices, magne Sacerdos,
Oblata tuis ignibus. vt sim hostia viua.
Quicunq; sibi moritur, tibi viuit, & in te.
Et qui sibi vivit, moritur tibi, sibiq;.
Ne me labefactet metus, exerat cupido.
Ne me alliciant dulcia, diritasve frangat.
Qua dissimili sunt similes nocte tenebræ.
Qua sunt eadem, haud eadem, diuersa venena.
Tu meus es Polus: ad te adigam meum Celeuma.
Tu portus, vbi turbida iactatio cessat:
Quam naufragus aspicio sublimis ab vnda.
Hac per pelagi crimina, tristesque per ignes
Curarum, abeam in te, Deus o noster Iesu.
Sperata salus: vnica spes certa salutis.
Quod non est mihi, quicquid es, est puluis, & vmbra,
Et puluis, & vmbra, horror, & erroris imago:
Erroris imago, mala morsq; morte peior.

Age Magdalena, vtinam tecum.

Illi hinc abeunt. Ast ego, & vsq;, & vsq;, & vsq;
Hic flebo sedens. lacryma, luctus, atq; planctus,

Dulcis cibus, & potus erunt, mihique somnus.
Anne has quoq; teterrima turba tollet a me?
Certe hæc mea sunt pignora, telaque vltionis.
Si non datur, vt lumine perfruar sereno,
Vt tangam pia pectora, figam oscula plantis:
Ast hic locus, hic ipse vices supplet amoris.
Ah ah lapis vt me quoque felicior extet?
Non tangam, quod is attigit? heu vbi es magister,
Præceptor, pater optime? desiderat ecce
Te, dulcis Iesu, anima pupula intueri.
At tu hinc vbi abes? Bone vir, tune sustulisti?
Dic, vbi posuisti: vt eum iam tollere eurem.
O pondera felicia sarcina beata.
O brachia felicia. Me ne prauenire
Non potuisse? animam potius deposuissem:
Quam deserentem me, apud illum, in suoque Regno
Non essem: facie faciem illius viderem.
Ah me Domine, ah Domine, heu distines quousque?
Cur hic me morer? vnde abeam scio, & quo abibo:
Ast quomodo, nondum scio. Solue me sepultam
Hoc corporeo tumulo: quis impedire euntem
Ad te me valet. Igitur hinc ire volenti
Quis monstrat iter? abijt, abestque qui docebat.
Pax. Maria: non is abest. ecce me: tibi adsum.
Dilecta Deo fœmina, primaria quondam,
Nunc ad tumultum vacuum pra dolore marcens:
Conuersa, statim Dominum tu vocas Magistrum.
Auersus ego quoties, reuocatus ab illo,
Promissis oneratus, ab inferis reductus,
Neglexi reperiri ouis amissa misella?
Quærentem fugiens, fugiensque me vicissim.

Ego semper vobiscum sum.

Te singultibus anima mea, o misella, pascc:

Qua

Qua te videas peregrinam, exulem, atque egentem.
Vbi sponsus abest Dominus tuus? vbi requires?
Dilectus tuus abfuit: aberit ille semper?
Dilectus meus aderat tum, cum ego creabar.
Aut quomodo mitis abesset, me vbi redemit?
Ne nunc quidem abest. maximus ille nanque Patri
Par, omnia complectitur, omnium misertus.
Æternam mihi pollicitus mihi coronam,
In lætitiam lacrymas vertet, & dolores.

Iudicio tuo ne acquiesce.

Mens, quæ te misera facis plurimi nocentem:
Heu nescis, vbi trutina est hæc, altera ab ista.
Momenta tua vt iudicio appendat acuto,
Abducta recessus loca scrutatus Iesus,
Cordisque tui reserans intimos penates,
Vanus igne suo excoquat æstimationes.
Nutu eius vt horribili tua vota liquentur.
Haud nix veluti candida: nam tua omnia atra:
Sed lenta picis vis, domita ab sole coruisco.

Ouilis misera vastitas.

Atque ecce draco. en species rugiens leænæ
Quis me eripiet, tertia portio nitentum
Si siderum acuta cecidit retracta cauda?
Si fretus eadem sinnosiore cauda,
Orbi insidias varias callidus paravit?
Quisnam effugiet solicitus? quisve cauebit?
Quas excipulas, quos laqueos ferus tetendit?
Non vllus vacat ab eo iam locus. nam vbi non?
In diuitijs, in egestate, opinione,
Sermone, fuga, sede, silentio, quiete
Agit excubias pernigil, vt voret cadentem.
Quod tu nisi pastor bonus, optimusque custos
Obsessis ab omnibus horridos furores

Pietate tua domitos fortissimus arces:
Grex interyt, pro grege fœtida læna
Præsepia rumpunt catuli. Ignei dracones
Herbarum vice lurida ruminant venena:
Qui fœtor & ipsum male vexabit olympum.

Cum Iesu nequeo perire.

Nisi semper amares, odio semper obirem.
Nisi semper adesses mihi, mihi semper abessem.
Ego sum, quia tu. semper ero, tu quia semper.
Si semper ero, tu quod es, & semper es in me.

Solus Iesus vera vita.

Quæcunque poli fornicis ambiuntur orbe,
Sunt infra animæ iura, potentiam, esse regnum:
Ut quodcunque vagos superum ciet rotatus,
Quicquid Deo propius supereminet axem,
Aliquando nouæ sieret possessio vitæ.
Quam quis dabit, aut quis potis est tibi parare,
Si non dederit, qui dedit, & sibi parauit?

Sola vmbra coronæ tuæ Iesu.

Iesu precium fides, spes spei, & corona:
Quæ textu tuæ fulgure gloriæ niteſcit.
Tu certaminis huius, & huius, illiusque:
Vbi certamus Olympia vera, non Achaa:
Et conditor, & victor, & vnus Æsymneta,
Impone tuo Cosmi vertici coronam.
Cur illam sine puluere mi petam parari?
Quæ parta tibi est sanguine. Nam satis futurum est,
Si nostrum caput attigerint illius vmbra.

Datur a Deo liberæ voluntati.

Non est hominis posse, quod ille velle possit.
Nec velle, quod ipse velit. a te vtrunq;, Iesu.
Omnino quid ego velim, si nescio quid sit?
Qua lege sciam, nisi tu omniscius docebis?

Sit

Sit libera tamen homini cum Deo voluntas.
Nam & opus vt faciam mihi mandatur vbiq;.
Et, ni faciam, exilium, mortemq; minatur.
At quæ iussio, quod nequeo implere, iubebit?
Quid? si nequeo, non faciens ne vapulabo?

Tecum sim, bone Iesu.

O Iesu bone, maxime, mitissime princeps,
Ne quid præterea cupiam, protinus exple.
Si hæc extima desidero, non intimus es tu.
Solus, qui omnia solus es, his me omnibus implēs.
O mecum tu vbi fueris, me face esse tecum.
Ne tu intus vbi extiteris, te foris requiram.
In sublimibus ædibus, atriisq; regum:
Quæ sunt, omnia, nisi tu, sed nec esse curant.

Non oranda mors tædio vitæ.

Si vermis ego, fœtor, & horror audienti:
Si morte recordatio tetrior reuertens:
Si in crimine conceptio: si ortus in labore:
Occasus in horrore: tremenda pœna vita:
Ad iudicium hæc omnia destinata durum:
An me esse velim dubito: cogitoq; quid sim:
An sim quoque. Nam nescio me esse: ni quod hic sum:
Quod sentio me miserum sensus hic docet me.
Nec vulneribus locus est. vix mi ipse superfluo,
Durata tamen mens manet immota tumultu.
Nec propterea missio flagitanda nobis.
Ne mollitia potius feciſe ferar, quam
Desiderio Dominum gloriæ videndi.

Tartareum supplicium.

Totus rigeo, vt memini: totus intremisco,
Vt iudicis os horreo. me terret hiatus,
Nunquam satur, acer, inexorabilis, exlex.
Atrox ante oculos cruciatus, ignis æstat.

Flammæ crepitum, sonitumq; haurio flagelli.
Non hic, ibi sum: quoties intonantur ista.
Ah ah locus horribilis, ah ah locus tremendus:
Se semper vbi viuidior, semper adhortans
Se tortor adest, nullibi fractus a labore.
Semperq; nouis supplicijs reus paratur.
Miser a præteritis lacer, integer futuris.
Moriensq; fit innumeris mortibus superstes.

Solus Iesus iungit hominem Deo.

Ecquando mihi contigerit, Deum videre?
Ecquando mihi viuere de Deo benigno?
Quando esse mihi eueniet cum Deo potenti?
O quando mihi det Deus, cum Deo morari?
O quando frui posse Deo, Deumq; habere?
Ille in me, ego in illo insitus, intimus quiescam?
Athleta potens: domitans monstra omnia Iesu,
Altissime, mitissime, fortissime princeps,
Qui corpus ita, animamq; tuam deificasti:
Tua sola Deo poterit me iungere dextra.

Omnia supplicia non sunt satis.

Quali mea supplicio commissa luantur?
Quæ pœna manet, omnium, ab omnibusq; dignum?
Ignine furor tartarea flammeus iræ?
An frigidior frigore socordia: quanta
Arctoo fera glacies concrescit ab axe?
Contra ne sub opposito plectemur amictu?
Sub mole ferox plumbea: sub gelu furores:
Ignauia flammiuomo punietur æstu?
Vtcunque: sibi quoniam se sufficit ipsas
In pœnas, neque teritur reparabile corpus.
Vita est data supplicio: quo viuere mors sit,
Votum superest hoc: nihil esse, nil fuisse
Frustra. Si igitur nolumus, ex amore Christi,

Nos ad meritum ducere pœnitentis hora.
Saltem pœna coerceat id, metuſque pœnæ.

Cibus admirabilis.

Quantum, quoties, quomodo ſumpſero, cibabor:
Si verſa mea in viſcera partietur eſca.
Sed ſi Dominum ſumpſero, tum cibabor ipſo:
Si inuertibilem ſuero conuerſus in illum.

Ad ſanctam ciuitatem.

Felix ter quater, vndique ciuitas beata.
Quippe in qua animæ aligeræ ſunt, eruntque ciues.
Rex eſt pater altitonans, Filiuſque templum.
Sol eſt ſpiritus vnus, in vtroque quieſcens.
Hic tres vbi ſunt, cardine triplicique, porta.
Prima, oratio perpete concitata motu.
Hinc ieiunium, ab omnibus abſtinere prauis.
Id quod facere vt commodius rite queamus:
Fomenta gulæ ſunt mala ſubtrahenda dira.
Tum tertia, ſed maxima, caritas recludit
Decumana etenim amplisſima prætoria porta.
O manſio ſecura, ſalubris, & quieta
O viſio, quæ vera potes ſola videri.
Quæ reflectio percipit in Deo ſeipſam.
Nam quæ hic fit, vbi hinc exyt; haud redit reuertens:
Sed tota aboletur, ſibi nec redditur ipſi.
O viſio, perpetuæ es quæ vnionis auctor.
O vnio perpetua vena viſionis.
Ex Patre poteſtas: ſapientia ex Ieſu:
Ex Spiritu adeſt viuida clementia ſancto.
Vnumque tria æqualia trinitate in vna.
In delitijs illius vnionis, inque hoc
Torrente voluptatis, in hoc mari quietis,
Quis ponet ab his tenebris veſtigia lucis?
Qui mitis ſibi, & alijs imitator Ieſu.

Et præteritis maculis hauriens dolorem.
Quidnam instans gerat agitans; quid paret futurum.
Nam quem pœnitet, vt isto pœnitenda cudat,
Non ille Deum ludit; at occupat seipsum.
Depone tuum velle sub vmbra optimi Iesu.
(Vmbra o sole nitidior. Sol meus quid ergo?)
Non sicut agens aliud, sed tibi paratus:
In procinctu: aciem vigil, ordinemque seruans:
Nectensque superiora, trahens inferiora.
Possessus ab illo, facile ista possidebis.
O lucida mirifico de lumine lucens
(Præsente tenebrescere quid luce videbis?)
Turba deificata, ebria ciuitatis igni,
Vnius amore, ignibus vnionis ardens,
Extorrem, impium, inanibus obsitum tenebris:
Quem sat peregre distinuit dira voluptas,
Insana sui pœna, periculum periclis:
Decepta, volens decipi: (heu dulce venenum)
Me recipite consanguineum in sanguine Christi.

Mali offendunt ad scopulum, boni seruantur.

Mundo implicitus, cum illaqueante cuncta mundo,
Qua vana tacens fabulor, hæc benigne Iesu
Solidescere fac, mollia: firmissima rupes,
Firmus scopulus, quo mala, fit naufraga puppis.
In quo residet naufragus, vduſque viator,
Expectans temere alium, qui tollat iturum.
Talis lapis es: talis es altissime Iesu.

Semper orate & vbique.

Cur non peto: si me facere hoc, iussit Iesus?
Aut accipiam: aut si mihi præbere negabit:
Hoc ipsum mihi melius spero dein futurum.
Audireque, dulce, Dei spiritum negantem,

Qui

Qui nescio, quid me decet: quid mropus misello.
Sunt ergo preces, vndique, & vndecunque lucrum.
Stant templa tibi commoda? stent templa precanti.
Tibi vbi decrunt templa, Deus tu ipse templum es.
In te ora, tibi vacuus cæteris negotys,
Plenusque Deo. temporis haud quære recessus.
Omne tuum tibi tempus erit. Cætera desint:
Non ipsum deerit. Cæue te prodere rebus:
Non deesse sat est. Animum colligens vagantem,
Tecum habita. spatiare per ambulacra cordis.
Ita cælum tibi tute, ita te Deum videbis.

Fac cum Iesu, si vis ab eo fieri.

Ignauus, & in delicys satur supinis,
Tendatur vti cuticula, splendeat que curans:
Stertens otia, nescius operis, ac laboris:
Tanquam illi omnia fecerit, omnibusque Christus:
Ructat vigilans somnia semisomnis ista.
Si filius es, frater es, in fratre cohares.
Si frater, opus facito iam fratris Iesu.
Ignosce inimicis: benefac hostibus: vre
Vindictæ animum tenera caritatis igni.
Tunc ille aderit, cum Patre tum Spiritus almus,
Te gratum faciens sibi. si negligis ista,
Tibi væ, væ vbi perrexerit imminere vindex.
Imo tibi væ, si tibi nolit imminere.
Cui non imminet ille seuerus, vt flagellet:
Is corruet in fine, nec eruetur a se.

Tecum expostula.

Naturam quero cur temerarys quereris?
Cum cælo aliorum vitia expostulo? prauum
Hoc, illud, voco: solus ego noxius ipse,
Mihi culpa, mihi pœna, mihi tormina solus.
Nam quid calor, & frigus, & imber, & serenum

Meruere, quibus tot mala sum precatus olim?
Illa bona Dei munera sunt omnia. prauus
Ego solus mihi, & alijs: ego mi hostis iniquus.
Me me fugio: sarcina sum mihimet ipsi.
In segnitie labor, & torpor in labore.
Optaui quoque, ne Deus (ah pudor, nefasque,)
Me nosset, & vt me etiam punire nequiret.
Aut si nosset, & etiam posset, attamen (heu)
Nollet. Tria quæ quomodo sit Deus supremus?
Aut insipiens, aut onus impotens, iniquum?
Eheu eheu pietatis amantissime Iesu,
Miserere fatentis, fugitantis, latitantis.
Ad quem respiciam, nisi te, Christe, vocantem?
Soluentem mea debita, Patrique litantem?
Si cognitio criminis est iter salutis:
Confessio culpæ, veniæ impetratio fit.

Similis sum molæ pistrinariæ.

Cor, Caure procelligenæ cogitationis.
Anime instabilis, lubricus, æstuans, recurrens,
Tibi fidens temerarie, proditor tuique.
Tibi tu fuga, tu mora: quid moliris, inepte?
Quonam vsque vigil, perdite, dormies, miselle?
Cui, larua tui lurida, comparabo rerum?
Pistrino bene sapiens te contulit olim.
Pistrini mola similis tibi visa ruenti.
Quodcunque molæ intuleris, nil respuit vnquam.
Vel tu triticum, vel lolium, aut indis auenam:
Nihilominus vrgens ruit, & rotat quod infers.
Siue infers nihil: illa ruens terit seipsam.
Sic tu, subiens, rediens, curris, & recurris:
Mutas facta, refectaq; versaris ab illis.
Renouas, nouaque inueteras, antequam figures.
At pro tritico paleam, vel picem, aut saburram

Supponis

Supponit (viden') insidiatus hostis atrox:
Illa impedit, hæc maculat: hæc terit terentem.

Iesu exaudiente viuam.

Si nescio me, quomodo scire extera quæram?
Si haud inspicio, nescio. Si me ergo requirens
Tunc inspicio, haud tolero, nec ferre potis sum.
Tot me coopertum vitys, totque cloacis
Immersum horreo, fœteo, nec ferre potis sum.
Ægroto, neque sentio. Mors ergo propinqua est,
Aut tabes. Nec, mors procul, & procul salus est.
Ah ah depositumne peregrinationis
A me repetam? nudus adiuero tribunal.
Iudex exiget: huc opus, huc ocius. Eia
Quid stas? ausus eras facere? ostendere item aude.
Ibi cuncta liquere. perendinatio nulla.
Nec dilatio suscitat ampliationem:
Aut rethoricus status, aut forma qualitatis,
Aut translatio. tantum age deprecatione:
Si Iesus obaudiuerit: ilicet, periisti.

Caro, mundus, hostis.

Hæc sunt tria prælia: corpus, mundus, & hostis.
Hæret corpus, & vnigeno carcere me arcet.
Ipsum fugere hinc ne queo, nec fugare possum.
Me cum reliquis omnibus amplectitur orbis.
Ex quo quibus artibus auolo, vel quibus alis?
Inuisilis insidys circumuolat hostis.
Quem non video, quomodo depellere detur?
Hæc pignora sunt exily mei tremendi.
Æterna rigidique duces fabrique mortis.
Quorum ira satelles, gula stipator, Achilles
Ambitio, gula corporis, ambitusque mundi:
Ira trucis truculenta, feri ferox tyranni.
Ergo moribundum, pie, ne despice, Iesu,

Factum

Factum non hominem ex homine, atrumque cadauer.
Fuliginis atrum cinerem, atramque fauillam.
Et quem, nisi tu, haud alius cognoscere possit.
Tam dissimilis jam mihi: tam mei tuique.
Nisi me mihi reddis, tibique inuictus Iesu.

Solus tu designabis te mihi.

Quaeram te, mea vita salus. verum vbi quaeram?
Quis te mihi monstrabit; ei si ipse negaris
Tute aperire? oculum rogitemne curiosus,
An te viderit? En rogo. Dic nitens ocelle:
Quem fecit Deus ipsum etiam videre calum:
Num sit Dominus notus, & an videre possim.
Respondit. Nisi dominus tinctus est colore,
Non hac transit. Ergo & hoc auribus susurro.
Audistin? At ille: Nisi sit sonus, negamus.
Quid nares? neque nos, nisi is halauit odorem.
Gustas, cui data tanua certissima vita.
(Nam vita Deus dicitur) an tibi ille notus?
Non, inquit, nisi sit sapor, huic se induit ille.
O sensus datus omnibus amplissimus omnium,
Numnam te tigisti? Haud ego: ni mole coactus,
Sicut catera corpora, corpulentus extet:
Quaesitum alio hinc ibimus. inuenire certum est.
Nam constantia par precium feret labori.
Dic, Terra, parens omnium, & omnium receptrix,
Num tu Deus es? Nam, puto, firmissima rerum
Tu sola videre agmina sustinere cæli.
Non sum: sed basis illius, & portio mundi.
An tu, Mare, mole graui concitans teipsum?
Tot, tanta vehens, flumina dans, atque resorbens.
A te pluuia; concipit vnde fœta tellus:
Atque inde animantes creat; atque alit creatas.
Non. Quare supra me aliud. Tunc arduus aer.

Alti

Alti fremens fera fulmina, tonitrusq; coruscos?
Spirantia debent tibi nanque cuncta vitam.
Non. terriculas sed tua perculsa meis mens.
Mirata iouem nescio quem, Deum putauit.
Quid tu, Ignis? calor omnis, & omnis vnde motus:
Qui sursum subit, & vehit. huic semina vitæ
Debentur: eique officia, ac munera mentis.
Nempe es tu Deus. O Deus, o benigne, salue:
Me sedibus atque tuis colloca supremis.
Ah desine: cessa miserande. Non ego sum,
Qui viuifico. potius consumo vorator.
Sed tolle oculos alius: & regna videbis
His longe meliora, tibi paranda quondam.
Intelligo. Calum est mihi iam dehinc rogandum.
Nanque hinc omnia pignora descendere certum est.
Ne me, neque nos sidera, flammeosque vultus
Insane, roga: ne prece, neu thure fatiga.
Non. non sumus hoc, quod petis, & blatis vagando:
Nec mundi quoque totius vniuersa moles.
Verum ex nihilo qui omnia, te, nosque creauit.
Te inquiras. tua sunt tibi compendia mundi.
Te huc duxit, & huc pertulit: hoc dedit rogare.
Inuisilis, intactilis: & trinus, & vnus
Inperscrutabilis: innominabilis mens:
Altissimus, & superessentialis ardor:
Inpersensilis, & superæstimabilis lux:
Superintelligibile lumen, superbeatum.
Hæc omnia cum dixeris, & super, superque:
Hæc tanta coagmenta aliosque cogitatus:
Incomprensibilis toties tibi vocatus,
Sola hac notione potest vnica apprehendi.

Cum Luca & Cleopha.

Quis sermo placet, & tamen vrget esse tristeis?

Ergo,

Ergo, hospes, adhuc publica miracula rerum
Una inuisa, latent tibi? qua plurima fando
Audire potes, patribus ignota vetustis,
Prænisa tamen veridicis picta prophetis,
A Nazareth incredita qua fecit Iesus:
Sermone potens adeo, vt simul opus subiret,
Quo credere adegit. Merito ille visus esse
Promissa Dei soboles, demissaq; cælo.
Euenta tamen nos duo perculere tristes,
Simul & stupidos. Alterum, vt est mortuus ille,
Speratus populi habitus perditi redemptor.
Et nunc mulier sedula, spiritu citata,
Surrexe ait, & viuere: vidisseque vero
Ipsum, penitusq;, &, vt olim, audisse loquentem.
O tarda hominum germina duritate cordis:
Qui vera tot audistis; & est datum videre;
Nec cætera verissima credidistis esse.
Nam si illa nequit facere, nisi Dei propago;
Et vera Deus semper, vbiq; veritas est:
Cur non penitus cætera credidistis aque?
Quare agite ab Adam concipite id, quod est paratum.
Nonne ille Dei iussibus iniussus abactus?
Iunctusq; Deo, se miser abiunxit ab illo?
Quem fœmina falsum habuit: falsa & ipsa ab hoste,
Allexit miserum vetito vulnere ligni.
Ex quo inuidus ille draco lætus, & triumphans.
In ligno igitur merito hæc victoria victa est.
Quæ abducta Deo fuerant, a Deo reducta.
Vt victus in hoste miser, victor in Deo esset:
Et mortuus in famulo viueret in Domino.
Et quod fœmina sustulerat, fœmina ferret:
Lignoque suum redderet, habuit vnde, fructum:
Fructus plena scientia qui boni, malique est.
Nam quis homo posterior redderet salutem,

Si primus homo ſuſtulit? Hoc triſte cadauer
Anima vt homo viuificet? Quis Deum reducet?
Quis? ni ipſe Deus, ſapientia Dei, & poteſtas?
Hinc vos vehite hinc per vada, quæ canunt prophetæ.
Noſcetis in vno omnia coordinata Ieſu.
Quare ſiſte: vera quia omnia hæc. Valete.
Ne luce ruente abeas, hic manere te æquum eſt.
Ah ah fractio panis, inæſtimate panis:
Quem nulla fames ſequitur, nulla mors ſubibit:
Si pura ſemel pectora dignabis amore.
Agnoſcimus, o Domine, o veriſſime Ieſu,
Quondam verus homo: etiam nunc verus, & idem:
Idemq; Deus maximus, optimiq; proles,
Vbi nos abiens deſeris? O candide Lucas,
Vobiſcum, o Cleopha, aderam, cum magnus Ieſus
Seſe ipſum eloqueretur. Eram. Ille iuſſit eſſe:
Ille iuſſit: ille duxit: ille ſcripſit iſta.
Flammauit mea pectora ſpiritu canoro:
Quo vectus animus ardua ſuperuolat aſtra.
Vbi ſanctis ego genubus prouolutus eius,
Hac depoſita illuuie, ſcabritate, luctu,
Immenſo Patre perfruar, vnitus Ieſu.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI EPIDORPIDVM LIBER OCTAVVS.

Sunt quidam oculis teneris, & lumine lasso,
Quos candida torquet nitidæ lucis imago.
Istis oculis inuidus hæc Struma videns est,
A sole meo tenebras gramiamque passus.
Qui differet hæc varia farragine farcta
Alieni operis furta, supernacaneique:
Et posse peti de quibus ante petissem.
Sed liuor edax lumine priuauit amarum.
Nam sunt compositæ libris sic cuncta vetustis;
Et de vario rorilega flore melissa
Flauentis in vnum luteis dona reponunt.
Est & variis gratius epulis cylibantum.
Ex omnigena florigeri graminis herba
Puro capiti Charites legere corollam
Non inuidæ turbinis igne febrienti.

Miseria humana.

Nox curas alit, atque eadem delet opacas.
Clauo clauus abigitur, cura pulsa curis.
Morbis ita fors alio morbosa medetur.
Sic nil homini cernitur aquabile quicquam.

Insignia militaria.

Insignia quæ miles habet, fortia facta,
Si non referunt, nec agunt virtutis honores,
Non sunt metuenda viro Martialis astri:
Sed sunt tumidi lubrica discrimina fastus.
Nullum clypeus verberat, at cor, manus, ensis.

Fœmina.

Prudens mulier, prosq; domesticis parata,
Intus involuta fluctibus negotiorum:
Quæ fiunt foris, ancipiti sorte pericla
Bella, pacis, amicitiæ, atq; inimicitiæ,
Debet tacito pectore ferre, nec mariti
Aures tundere, & acidis lirigare ronchis.

Moderata æquanimitas.

Quæ cuncta vorat terribili pestis hiatu
Accincta Megæra furialibus colubris
Mortis si acuit spicula diuinitus vltrix:
Cur tollit honorata capita, fœda relinquit?
Ne consily limina scrutare Tonantis.
Audire Dei fulmina, non docere, nostrum est.
Inculpata homini sapientia est tacere.

Tempus.

Immensa ætheris ignea mensura citati
Sese relegens, in sua vestigia voluens,
Ruit orbe ruente: sic inexorabile tempus.
Post sibi rediens rursus, eunitibusq; nobis
Nos sic miseros redeuntibus relinquit.

Homo pro sua natura malus.

Inconsultos animos plebis iniquæ
Semper videas pessima quæq; comminisci.
Tum simplicitas rustica plerunq; dolosa est.
Inculta feris pectora sic sentibus horrent:

Nostrisq; ingenijs sumus deteriores.
Artes homini sunt animus, pudorq; recti.

Ira.

Irascitur & sapiens, & fortis, & excors,
Et stultus, & insanus, & imbellis, & audax.
Quis conueniens tot pedibus calceus hic est?

Ignaua nobilitas.

Audi Nemesis: sancta vide: qualia monstra
Immanibus ingenijs statuere triumphos?
Iactant otia parta negotijs paternis:
Ac ignauia nobilitate gloriatur.

Ad tentatorem.

Ohe quid ais barbare fœdissime rerum?
Quidnam tibi cum lumine spiritusq;, cui tu
Ostendis egestatis onus, si det egenti?
Quid, vane, putas blaterans inflare docendo,
Promus quasi sim muneris, atq; auctor habendi?
Non do: quid enim dem, cui nil, minusque nil est?
In me Dominus dat, mihi qui dedit daturo.

Tolerantia.

Secura dies præteriit, eademque futuri
Vultu rigido mollibus immota querelis
Fert principio, quod tibi destinauit hora.
Quam vincere tu non poteris, nisi ferendo.

Sæculi huius fœditas.

Conuertere, conuerte simul versa retrorsum,
Et præcipiti turbine disiecta malorum
Infamia iam sæcula, peioraque longe,
Siquid fore potest peiora seipsis,
Qui pollicitus nolle relinquere inuocantem
Paraclete, Dei filius age victima mundi.
Ades age, pie Pater, humilia cape vota precantum.
Heu tetra quidem sanguine fœdiora spurco,

Si

Si respicias ea: sic te aspicis ipsum,
Elota tuo sanguine mundissima facta,
Et rutilo radiantia puriora sole.

Petrus eductus e carcere.

Puer ignee, quo me rapis e corporis huius
Eductum olido carcere, putrique lacuna?
Alasne quid hasce mihi das pectora circum?
Io quo feror? vbi sum? qua porticus haec est?
Quae turba, tumultus, fremitus, clamor in vno?
Oh mi saturatne oculos ambulans Iesus?
Voto quoties heu miser expetiui inani!
Quin audio me monitis ad Patrem vocantem,
Miserande veni. Porrige dexteram timenti,
Pelagi domine, domine tempestatis amara,
Hoc in pelago ne furiosa obruar vnda:
Pluisque hostis in hoc valeat, de meque triumphet.

Nomen Iesu.

O omnibus, o nomen ineffabile titulis:
Nominis aura, salutiferi lumen amoris:
O vitae stabilia fundamenta renata,
Vnum bona concilians nomen, ima summis:
Nos irradia numine splendentis Iesu.

Historiae de vendito Ioseph allegoria.

A dente famis populus subtractus inanis
Non esset, nisi potuisset vendere fratrem,
Vt panem daret esurientibus paratum.
Quaenam series historia haec sancta figura?
Nonne est dominus venditus a fratre vocato,
Vt se ipse daret munera caelestia, panem,
Ne dente fames animas absumeret Orci?

Iniusti tremor, iusti securitas.

Quem terret tuba iudicis vltimi tremen-
Cum surget genus omne hominum me- solutum,

Mirisq; modis machina renouabitur orbis?
Cui Christus ab ore exulat, a mente redemptor,
Soli sibi qui vixit intus, vnus vni.
Quid iustus? is æthereí plenus amoris
Signata crucis sanguine vexilla sequutus,
Vmbra sub ea perpetua luce fruetur.

Inanitas gloriæ humanæ.

Si laude mea creuit onus laudis amatæ,
Qua laude leuetur onus laudis inane
Quod se premit, atq; oneri est, dum leuare debet?
Mundi gloria fumus, & absq; igne fauilla:
Igni stipula, aut nix, rapido puluis in Euro.
Solus gloria solus es, o dulcis Iesu.

Cæcitas in præsenti vita.

Heu ex vteri tenebris actus in tenebras
Circunspicio, nec video. dissipat horror
Incompositæ terribili mortis in vmbra.
Hoc sole quidem cernitur ipse motus, ipsa
Quæsita quies mobilibus, finis eorum
Aut motum animæ quis videt, aut corrigit arcto
Gyro, vaga ne ruat, aut patefacta vacillet?

Caritatis commendatio.

Siluas vbi frondigeras, collesq; supinos
Serus gelida canitie sparserit annus,
Signo lucicola alitis excitus canoro
Lignator sua membra rudi leuat cubili.
Mox cum Boream fortius piger hausit apertum,
Somni nebulam, atq; quietis gnauus inertis
Excussit: & inde abiens frondentia quondam
Nunc brachia dura suo spoliata decore
Mors decutit vmbriseca pulsa securis,
His vt frigora sæuitia priuet opaca.
Quid nos agimus præterea, aut deinde moramur?

Nec

Nec tartareos frigora minitantia hiatus
Extundimus igniferis caritatis auris?

Perui gil mens ad Deum.

Nunc ira maris placidi sopita quiescit:
Nunc astra silenti pede nox iussa vagari
Fulgentia cælo tacitis obruit alis.
Iam cætera quæcunque tenent humilia terræ,
Quæcunque secant præpete sublimia penna
Somni illecebram concipiant rore quieti.
Vni irrequieto mihi mens fluctuat æstu.
Quorsum immineant nubila discrimina vitæ.
Mundi facula peruigiles, peruigil Arctos,
Arctos culmine dissita vertiginis alta,
Nunquam Oceani gurgite summersa profundo,
Audite preces, feruida suspiria planctu,
Et ducite, quo properant, ad iussa Tonantis:
Et sistite, quod sitiunt ad pedes Iesu.

Caritate & veritate constat vita.

Non est opus ambagibus. his tota duobus
Constat ista, veritate, caritate, vita.

Eliseus.

Nempe hac fluuium compede (mirabile) vinxit,
Ne vergeret ad lubrica depressa voluntus,
Et mole grauis flumina suspensa tumenti
Momenta sui rapidi distulere cursu?
Nunc quid prohibet quominus hac item sequatur?
Heus heus vbinam Deus est Helia magistri?
Curru. vbinam rapidi, flammea quadriga?
Ibo. fidei cedite vortices ruentes:
Mecumq; traham talia spiritum canentis.

Non nocere nocenti.

An dicimus, vt cælitus ignita coruscis
Absumat eos flamma iubis ore voraci?

Vt nos minime lumine censuere dignos.
Absistite perniciem conflare nocenti.
Sed reddite pro crimine, pro mente maligna
Plenam veniam, plenaque dijcrimina pacis.
Venit hominis Filius haud perdere gentem,
Sed munera componere durabilis aui.

Verbum caro.

Verbum superis sedibus effluxit ad imas;
Vt luce sua tenebras dissolueret atras.
Verbum esuriit, frigora, sputa, flagra passum,
Nos vt saturos redderet, expleret inanes.
Verbum Agnus sine labe cruci se obtulit vltro,
Nos vt crucibus luctifici solueret Orci.
Verbum e tumulo patria surrexit ad astra,
Victa vt traheret tormina mortis in triumphum.
Verbum caro factum fuit, in carneq; vixit,
Ipsum vt fieret post caro, viueretque in illo.

Vel minimum fidei multum.

O adde fidem fidei, qui fidem cadentem
Firmare potes, qui dare solus haud habenti.
Nam dona fides sunt tua, non alius vsquam.
Non est opus augere fidem fidem tenenti.
Fretum sed ea dicere monti, Abito: abibit,
Vel si minimo semine sit minor sinapi.
Non est minimum, minimum quod tibi videtur,
Si quid Domini fuerit sine fine potentis.

Mysterium carnis Christi.

Rorate poli desuper, & nube coruscet
Iustus dominum, terraq; germinet salutis
Incognita mysteria, principemq; pacis.
De sede quidem victima fluxit illa cali.
De terra quibus artibus exeat supremus
Punctis vice terram quatiens conditor orbis?

Ann

Anne est uterus virginis illa terra sancta,
Fulgentis ubi faculis perfusus amoris
Summus Deus hic homini iungerentur imo?

Perseuerantia in fide ab ipso Christo.

Cur iuro tibi me fore purumq; piumq;,
Obeundaq; ad euangela præcepta paratum,
Ponti sola ji lubrica spiritu iubente
Calcata prius pede subsidere timenti,
Præsente meo Domino me vocante Iesu?
Cur turgeo ego magniloquus meique plenus,
Si fœmineo territus ore te negabo,
Præsente meo Domino me videnie Iesu?
Atqui feruida manus hæc eduxerat ensem,
Tecum vt morerer victima pro me moritura.
Cur versa retro trepidum sententia vertit?
Tu velle dedisti mihi posse, posse velle.
Sed sunt tenebra hæc omnia, nisi lux tua lustret.

Quid optemus.

O porticus, o porticus, in qua ambulabat ille
Vnus omnibus omnia, qui est, erit, fuitque.
Mundo ego toti confero præferoque toti
Te, meque simul, si videam ambulantem Iesum.

Diues metuens mortem.

Quid tecta struis marmoreis fulta columnis.
Vel nocte renidentia laquearibus aureis?
Memphitica crusta placet gemmeo nitore,
Et serica texta viris aulea vetustis.
Ergo Assyrios plena domus halat odores.
Lychnuchis tua, fusilibusque aula relucet:
Cui fœtens, inamabilis, impacabilis horror
Affert perpetuæ Stygis Aula noctis vmbram?

Choreæ lymphaticorum exercitatio.

Mistas choreas saltibus, in seque volutas

Spectes aerij procul e vertice montis,
Quo nullajoni veniat tibicinis aura.
Nonne hæc videatur tibi lymphatica turba?

Bonis priuatus malis supersum.

Tot, tantis socijs, tot amicis, inimicis
Fortuna rotans varia vertigine mundum
Priuauit, & his esse iubet superstitem me,
His vt miser inuideam, non item mihi illi.

Omnia aufert ætas.

Succedit hiems temporibus tristis apertis,
At non sterilibus diuitibus. nam prima recentum
Spes est segetum condita sub tempore brumæ,
Ast ætas mala sterilis, tristisq; senectus
Inuecta vieto pede florentibus annis
Nil fert, nihil parturit, allata sed aufert.

Propter Barbariem sæculi, non despondendum.

Non credita posthac, & illætabilis hora
Deflebilis interitus sorte literarum:
Vt iam nihil ad perniciem vltimam supersit,
Quam Mars truculentus ciet horridis ruinis.
Quod si ingenia barbaræ turbulenta plebis
Non propterea ordibus exempta profanis,
Astu ambitionis streperæ absorpta trahuntur:
Electa Deo pectora laureis coronis.
Despondere animum decet: ignobilis vmbra
Obsessa quietis iners otium pacisci.
Sed scena sibi sint sua, plenumq; theatrum,
Cursus, stadium, præmia, cursor, æsymneta.

Bono vince malum.

Si verus amicus deerit tibi fidelis,
Ne sis ideo misero non fidus, & asper,
Sic, quasi repetantur bona talione tristi.

Sed

Sed vince bono crimina, non crimine culpam.

Malus ridet futurum iudicium.

Quos iustitia limina seruare decebat,
Ne se auspicys sceleris scelus insinuaret.
Queis pallentia pondera potiora metallis
Fuerint, aut odium, aut amor, aut factio dura,
Peruersa furens, cæca, sui prodiga cordis:
Hos fama boni nominis aspellet ab aura.
Tum iustitiæ limina cauina futuræ
Ad tartara præcipites vltricia trudent.
At tibi Furia flammiuomis crinita colubris
Diro facinus vulnera sonat vlta flagello.
Perstat malus, atq; hæc, quasi sint fabula ridens
Pastus vidua sanguine, & orphani miselli,
Vllos esse Deos negat, ad cætera purus.

Tibi primum, deinde operario.

Vt villica, vel villicus alueraria castrat
Partim sibi, partim apibus dans, atq; relinquens:
Sic te ex opera quod reddit. hoc tollere fas est.
Tum pro meritis plene operario repones.

Pupillum & viduam fouc.

Pupillum & viduam foueas pignora cæli.
Cum tibi habueris, habeant te dante carentes,
Tibi quoc Dominus suaq; & tua membra reliquit:
Expressa docens perpetuæ elementa salutis.

Conare & tu aliquid, nec inuideas.

Quem luor edax lacerat, cur inuidet ater,
Quasi, siquid huic cesserit, abscesserit illi?
Non est cumulo diuisili gloria vitæ.
Tu fac meritis digna tuis præmia tollas.

Nullum a miseriis perfugium.

Morbi, fuga, pauperies, bella impia, luctus
Indagine sæcula circumobsidere tremenda.

Quonam fugiam? perfugium quod est vocandum?
Si nonulla fuga fugam sibi sistit anhelam.

Optat hac vita exolui.

Ex caligine tenebrosa lucis opacæ,
Ex insidiosis latebris, dolis apertis,
Ex frandibus inuisibilis, visibilisque
Mundi, fragilis qui sepelit lumina mentis,
Quando repetet me Deus ad quieta regna?
Quando ex oculis eximet atra vela mortis?
Oblitusque sua amor oblivionis atræ
Nollet velle placere sibi ipse displicenti.

A seipso exigere rationem.

Quantum ambitiosa illecebra dulcis amaror,
Et gloriole pectora pruritus adurit,
Ut qua fuerant libera se serua fatigent:
Tantum auehor, atque excutior imagine tristi,
A me repetens quod abest, seruansque quod absit.
Me in meque repono mihi: bisque fio viuens.

Præsentis vitæ tædium.

Ut messis habet solicitum lenta colonum,
Quem torquet inanem famis impetus procacis,
Noctisque diem turbidus assuit precando,
Vota increpitans irrita; soleſque morantes:
Sic desiderium mora cruciatibus vrit,
Cui vitæ ista famelica pigra tempora sordent,
Et spes saturi sæcula possidere cæli.

Et viui quoque laudandi.

Quærenda latentis conditio moduſque rei,
Quando artifices inuidia pari laborant.
Flagrant quoque liuore potissimum poetæ.
Cur viua fere nomina, non mortua rodunt?
Stulte meritis putrida turgetne vetustas?
An sunt ea nobis vice iam functa parentum,

Qua

Quæ deſierint eſſe, nec iam amplius pateſcunt?
An nuda pudor ſacrat & hoſtium ſepulchra?

Bonus Iudex rarus.

Hæc conditio plena fori cuncta requirit:
Primo cauſſa loco bona, diſcuſſa, diſerte,
In tempore legitimum ducta ſub tribunal,
Bene cognita, ſub iudice ventilata iuſto.
Vnum deerit: cetera diuulſa labaſcunt.
Sed iudex bonus eſt pice nunc rarior alba.

Deprecatio.

Hæc paucula magno e ſapientia theatro
Prompſi lepido carmine, difficillimoque:
Numeroſa vetereſque, nouoſque lege ſenſus,
(Opera hæc operoſiſſima) perpeti labore:
Quæ Spiritus, alto venieus polo, profatus
Radiata ſuo magniloquo lumine fudit.
Igitur veniam orantia, non præmia poſcunt:
Numenque ſalutare legentibus precantur.

IVL.

IVLII CAESARIS SCALIGERI

De Regnorum euersionibus.

QVam credere sceptris, dubys fidere regnis,
Rerum stabiles quam liceat sistere vultus:
Cũ multa alius, tum hæc etiã exẽpla docebunt:
Vt sceptrum eat e sordibus, ex eoq; sordes.

Iam tum nouitas perspicua ipsa Lusitani:
Cui principium fecerit inclytum pusillo
Humiliq; nota nullius, & nomine nullo,
Sarrana prius colluuies quod occupabat,
Quæ Alphonsi fuit aureus optimi triumphus.
Hispania quin tota nothis regibus orta,
Nedum esse noua dicitur. At Francica virtus
Superat memores temporis anfractibus annos.
At Aremorica, at Vasconia, Prouinciaq;
Vbi sceptra? Vbi Nortmanicus impetus tremendus?
Omnia abolita hæc: meritoq; vnica corona
Consuetudine, legeq; sustiore parent.
Qui nunc Suetiæ sceptra tenet, verendus
Vicinis est, at meritis nouis creatus,
Postquam Daniæ subruit has opes tyrannus.
Porro ad Italiam nunc properemus impudicam,
Quæ prostituit se omnibus, vlrionis aura,
Aurove, quod est peius, & inuido furore.
Hæc, vt sibi ne seruiat, exterisne seruit?
Iccirco vetera omnia mutata videmus:

Exor-

Exortaq; de fœnore, vel proditione
Tetra capita, infanda, odium Deiq; & orbis.
Vel sic Ligurum bellua, teterrima pestis
Genua, parens, & alumna procax seditionum,
Vento leuior, fulmine tetrior ruente,
Cui nulla fides, religio nulla decori,
Pulchræ Hesperiæ gramia, dira lippitudo,
Circum omnia rodens, data quandiu potestas,
Et quæ Tuscia superbia iure arcet, & armis,
Et quæ insuber ater colit et Corsica Cyrnus.
Nunc turpe iugum tacito angustatur honore.
Post inde Fluentina sibi dissita plebes
In tot vary dissidij spurca pericla,
Flebit, Domini stulta nouis vincta catenis.
Quis nescit item cætera? Placentia cui stet?
Cui Mantua pulsis repetenda Passarinis?
Heu gens vbi Carraria, quæ Antenoris vrbem
Sacram moderabatur, auis subdita nostris?
Ferraria magnis titulis seipsa tuetur,
Ab Ateste Phrygæ condita regulo Ilienſe.
Non sunt tamen hæc stemmata, nunc quibus superbit.
Tot parturit, & tot parit illa, ducta cælo
Cæli filia, ianua, sponsa, commimistra,
Numen Nemesis inuium mentibus caducis,
Miracula terris. Humiles vidimus ipsi
E colluuie, sordibus obsita triremi,
Nostro fieri tempore Rarione tyrannos:
Qui de Ligurum portubus, hostibus timendus,
At ciuibus hostis ferus, infestus amicis,
Piraticus exercuerat maris tumultus,
Cepas Genuam, atq; allia vexerat Suona
Venum puer, idem iuuenis latro superbus
Erectus ad id, quod triplici tumet corona,
Cum nulla sibi insignia de parente haberet,

Inde

Inde tulit, vbi iam dederat suam sororem
Nuptum. Reliqua attingere me vetat decorum.
Hi sunt, tumidi veterum qui pegmata regum
Spernunt, putridis mancipia eruta e fimetis,
Cathedraque sues, turgida hirudinesque Petri,
Qui de Christi viscere castella pararunt:
Nihil vt facere, & vt nihil esse, posse possent,
Nisi turare per eum inertem nobilitatem?
Sic monstra nefanda nefandis edita monstris,
Omnem sceleris quæ facient exercet & ambit.
Et nos ferimus? nos patimur? nec execramur?
Quid? quid patimur? participes esse decorum est,
O Iupiter, & o Iouis Rhamnusia virgo:
Non nunc quid ego, quid reliqui vociferantur:
× *Verum Ecclesia quid tua; quid tuus cohæres,*
Cuius spurius sacra nunc Ismael profanat.
Proles legitima hic, sibi mendicat egena.
Estercore, Calliope, hoc est tibi exeundum.
Nunc despiciamus, quot abhinc tempore panco
Sunt diruta regum, steterant quæ prius, arma.
Primo imperium sese orientis inclytum offert,
Quanti pelago sanguinis, aut quibus procellis
Euulsa cadunt. funditus euersa iacebunt.
Extorta Asia a principio est adusque Pontum,
Vaccæque fretum, Cimmeria & limina faucis.
Ipsum caput hinc imperij. Bulgaria omnis,
Omnis Thracia. Qua Macedum gloria claret.
Quondam horribilis Græcia, multisque timenda,
Modo cuncta metuens. iacet Epirus inanis,
Mysi, Iazyges, Illyriique, Dalmataque,
Et Seruia cum Vualachia, Croatiaque.
Obsessa Rhodos, Dambusio tuente, frustra,
Et præsidio Scaligeri optimi parentis,
Repetita ruit: segnitys, dissidyque

Nostris

Nostris, dolor heu, prodita. Vastauimus illam
Nos, non prohibendo lacrymabilem ruinam.
Hinc Hungaria funditus excisa potestas.
Seruit canibus Danubius, iubere suetus.
Tentata Vienna sacra pomeria magna,
Et capta, nisi præsidio Deus fuisset.
Mortalibus illam manibus consiliisque
Seruatam etenim religio est mihi fateri.
Solisque minis Nauplium & Epidauria rupes
Est dedita, muta prece, mutoque pauore.
Vbi te tacitam Leucas? vbi Eubœa relinquo?
Quis me Cephalenus, vel ego quem Cephalenum
Consoler? vbi? quo reuocas o Mitylene?
Exaudio fletum: video: vulnera sicco,
Sed non lacrymas. iudicium o Dei supremi,
Sic nos ne lates, vt satius stare putemus
Fœdum Mahumeth, flamina quam tua salutis?
Me dedo. Habeo, quod volui. Nihil requiro.
Tua sunt: tua sunt, quæ haud potes amittere, nec vis.
Flectamus ad Ægyptia nunc prælia cursum.
Hinc Assyrius, hinc Syrus, hinc Arabs domatur.
Inde tepens Afer, inde rigens Caucasus audit.
Hyrcana tremunt æquora. Precopensis errat
Extra illa, sibi fœderat quæ, limina fossæ:
Quo nomine vetera abolet nunc nomina Tauri.
Et nunc Tripolis diruta: captiuaque facta
Pene est Melite, sancta cohors nisi obstitisset,
Flos Martis amœnus, fideique Christiana.
Restabat & id, quod faceret proteruiora
Momenta poli, perpetuo inimica quietis,
Autorata malis, miseris suetaruinis.
Ecce suprema ex colluuieq; Tingitana
Seruile trahens agmen ab intimis Seriffus
Quot erant, totidem euertit inaugurata regna.

Ecce

Ecce post tenera mea rudis elementa lucis,
Septem decies quæ subiere solis orbes,
Pene est renouata imperio occidentis ora.
Nam & Tartarus in Sarmatium vagus profundam
Irrupit, abytq; spolys victor onustus.
Extremo rediit aureus Hispanus ab orbe.
Torruumq; minans pelagus, torruumq; minatus,
Ridet, jecat, vrget, domat ille Lusitanus,
Qui primus in occiduo se aspexit Eoum.
Pro captu tamen omnia, pro req; ferenda hæc
Animo sapientis. Mihi quid cum æquore & auro?
Terram, ac pelagus qui volet, age, age illius esto.
At cæli loca, patriæ sedesq; quietis
Mihi quis prohibet? Solus ego haud vocabor illuc?
Imo vocabor: & aderit gratuita sedes.
Vt gratis bonus est, sine mercede paciscens.
Miserere, potens misereri solus, & vnus.
Miserere pius: cætera me & doce profari:
Vt Scaligeris opibus quondam Itala virtus,
Et Germanica steterit gloriæ facultas.
Nunc vt familia regibus olim æquiparata,
Et regibus orta, parens, auctor arq; regum,
Misere iaceat tetrico sordidata luctu.
Primum aspice: quo robore, quo fauore cæli
A Scaligero est Attila depulsus Alano
Tum Carniolæ principe, totiusq; tractus,
Qua Tiroliæ rigidis cernicibus Alpes,
Et Feltria canet borealibus pruinis.
Quando Hunnus ãb ignobilibus ruens Iugris,
Dirus Venetum agrum est populatus vniuersum,
Veronâ quibus tum vetus occidit ruinis.
Seruata tamen corpora ciuium potentum
In valle Polyzeliaq;, Ananiaq;,
Vrbi renouandæ satisq; munienda

Pleno

Fleno populi dogmate principem crearunt.
Theodoro pater erat hic, Theodoricus illi.
Quanquam ambigitur, filius an pater sit iste,
Nam Paulus vtrunque Æmylius monet referri,
Deprompta libro, quem, vt retulit, fide vetusta,
Incude Latina, igneque, Noricum recoxit.
Nam Torellius omiserat ista Sarauia,
Blondusque alienа ex alys stamina texens,
Nacti carie monumenta exesa procaci,
Venalis item penna Sabelly latronis,
Qui dat, adimitque, vt libitum, cuiq; quod vult,
Falsa qui rogatus vndenam tot esset ausus,
Monstrans Venetum perditus aureum nomisma,
Te, inquit, quoq; lux hæc faceret loqui; si haberes.
Sic quidam mera monachus fax cucullionum,
Alberto cui pecori nomen est Leandro,
In gratiam, opinor, eorum, quibus studebat,
Defecisse blatit genus hoc Scaligerorum.
Cum multos alat etiam Germania, partim
Nostros patrueles, alios minus propinquos,
In montibus ijs, Carnia queis turget; & illis,
Queis gens Italos Norica disterminat agros.
Iam cesset, rogo, qui timet in metu esse, nequis
Nostrum repetat militys sceptra vetusta,
Queis, egre peregrina, precarioque nutu
Patet aura. humilem trahimus spiritum misselli.
Hoc quod sum, esse satis: satis illud est fuisse.
Hoc in senio, his articulis debilitatis,
Ad bella trahar, sapiens vndeme recepi?
Defessus inani, dubiaq; opinionum
Et congerie, & murmure, mutuaq; strage,
Cum Philosophi de nihilo vsq; velitantur,
In ruris amœni nemora, anguli beati
Abdo. sepelit mens tepido calore curas.

Fundens saturâ otio ab imminente nugas;
Addens Anapæstus metra Syzygi chorei.
Et Scaligeros sanguine comparem penates?
Me iam ad reliquum historia conuerto vetusta.
Est Dalmatiæ non nouа ciuitas Salona,
Quam fermida successibus elata secundis
Bello ansa ferox Gotica tentare libido.
Ibi Maximinus vi temerarium inuenta
Cecidit, patere præsidio euocans propinquo
Ortum ex minima filia Abellia Alaricum,
Et Scaligero Antenore, vicit acer hostes.
Mundus fuit is nomine filius Quirici.
Polonia, cui planicies nomina fecit,
Sub duce steterat nomine Zelio, priusquam
Acer regia stemmata Mysca vindicaret.
Is Zelius Agnetem habuit piam sororem,
Qua Scaligero nupta feruciori Olao,
Et Nicoleon peperit cognomine fortem,
Defideriy qui ad vada fudit Adriana
Secus Eridanum exercitum. & extulit trophæum:
Huius soboles Marticola Albertus atroci
Horas animo interritus, infractus ad omnes,
Turmas, pedites, agmina Taxili ferocis
Sistit, cohibet, præpedit, hactenus retardat,
Donec Carolus aduenions reapse Magnus
Palmam dubiam sustulit, ediditq; certam.
Virtutis itaque impauidæ, atque amoris ergo,
Bulzanum impery ex patrimonio vetusto,
Præter vetera stemmata, sibi iussit habere.
Veronæ vt hoc tempore præfixa videntur.
Hæc munera ita a principe prærogata Magno
Berengarius vt labefecit, haudita post
Ab Othone fuerunt meliora restituta.
Desponsa Emero coninge Saxone Emetildi.

Him

Hinc Trebellius, Hungariæ e sorore regis
Petri, est genitus, quæ fuerat nomine Balda.
E Dalmatia Zolomeri huic filia regis
Nubit. patris hinc indole (Cazimirus alta
(Nomen genitricis posuere scripta nullum)
Ansaldum, & Othonem generat: defecit ille.
Hic quatuor illustribus, integerrimisque,
Specie, moribus, animo, liberis tremendus,
Christophoro, Clemente, Georgio, atque Marmo
Vinxit stabili fœdere Noricum Bohemo.
Hinc Christophori soboles Nicolaus alter
Exemplar honoris genuit sibi Albericum
Ex eximia virgine, nobili, vetusta,
Quæ proxima consanguinitate Barbarussæ,
Ioanna vocabatur, ab ultimis Sueuis.
Is fortiter vnus agens, tot rettulit armis
Belli præmia, proposuit quot inter omnes
Certissima militiæ lima Barbarussa.
Multi interea belligeri extitere nostri:
Andreas, & Alexander, Adolphus & Philippus
Et Vuolphus, & insignis Amanilaus orie.
Polaca soboles genitricis Edimunde,
Alter facie & robore visendus Achilles:
Qui Cocles vti, Sarmatici in ponte Tibisci,
Turmas Bulgariæ repulit, distinuitque,
Ad signa sui quoad iterum colligerent se:
Palante metu quos male dissiparat hostis.
Quos fama tamen immerito obscura recondit.
Nam traxit eos Italici gloria Martis
Retro, pectora barbarico illæsa tumultu,
Infensaque magnopere Græculis superbis:
Byzantiacus quos Latia induxerat ora,
Hexarchis titulo, animis factisque tyrannos.
Alberti hinc duo, trescque Canes, duo Viselli:

Quorum alterum habebat sibi Castriottus omnium
Longe intimum in omni acie, atque expeditione.
Alter Basilio duce iussa Moscouita,
Et castra secutus Nouigrodiæ Liuonum
Fregit populumque, & proceres reppulit armis.
Tum Bartholomæus Canis inclytum ex Bauari
Vuilelmum habuit coniuge, prole Ludouici:
A quo Iouis ales sedet in vertice Scale:
Qualem imperij retinent insignia totam.
Te, Maxime, canam, & duo sub nomine eodem,
Quorum puer vnus tener anteuertis annos.
Alter genuit consilij feri, ferocem,
Et barbarico in pectore spiritu Ioannem.
Similem hoc Phrygepani Maria, igneæ parentis.
Fœcundus huic sustulit exprobrationem
Morum vterus: vt illi legio Martia luxit,
Nazarius, Andreas, Simon, Petrus, Ioannes,
Olaus, Americus. ab his plurima sese
Fundit natio. Christophorus maximus heros,
E Tirolis nuper vt optimas cohortes
Taurinum in agrum, qua sita Ceresolia vicus,
Duxit. Cecidit fortiter: hacque morte vixit.
Maximus ab alta tenerum arce Sitzenoffen
Vxorem habuit, nomine reque Margaritam,
Ex qua filia nomine nascitur Beatrix,
Quæ propter honesti decus, atque lumen oris,
Regina vocata est. hanc variis procis petitam
Dant mollia fata duci Barnabæ Insubrorum.
Hæc quinque mares peperit, terque tres puellas.
Quarum talia nomina, fortunaque talis.
Natu placuit Viridem maximam vocare
Leupoldi ducis Austriæ & inclytæ Bauara,
Claram merito coniugio, meroque amore.
At fratribus, & principibus Vindelicorum,

Ste-

Stephano Thadea, Magdalena Friderico.
Frontem Valentinæ operit corona Cypri.
Comux etenim ducitur illa Federico.
Agnes facibus clara, canenda Mantuanis,
Franciscus fuit etenim Gonzagua maritus.
Vuirtembergia ducibus fratribus superbit.
Conrado soror vnaq;, & vna Friderico:
Illi Antonia, at huic datus Angleria nuptum.
Angli soboles regia nobilis eluebat
Edemundus. huic Lucia particeps thori fit.
Catharina Ioannis Galeaccij Insubrorum
Fert ducis auspicio bono, & aucto nomine tedas.
Nanque illius e sanguine bona fata beato.
Duxere Valentinam. ab ea lumina regum,
Et rerum exierunt. quibus ora tota paret,
Quæ Francigenis debita virtutibus, audet
Decus imperij ad alios promouere fines.
Ex hoc tempus erit tibi descendere cælo,
Felicis memor Erato seculi prioris
Nunc huius miseri, pia, bene conscia fati.
Quare hinc propius nostra referre non pigebit.
Vuillelmum sobolem esse Canis Bartholomæi
Supra diximus. hic series redordienda est.
Vuillelmo Bona Nicoleon parit, pium quem
Debere vocari iubet haud iniqua fama,
Sterlinia proles ducis. Hic dat Benedictum
Nullis animo regibus, actisq; secundum
Ex Bartholomæa genitum optima Ostericca
Leupoldi veteris ducis aurea pronepti.
Huic Titum parit, & eum cui dictat Apollo hæc
Libris eruta pluribus, & reddita famæ,
Lodronia, flos muliebris splendor honoris,
Comite Paride sata vetere Berenica mater.
Hinc quatuor, acris totidem fulmina belli,

Dicam rapido numine, versibus canoris,
Fratres genitoris, sed eo ætate minores:
Quorum nomina, quæ invida nulla tollet ætas,
Bonifatius, & Hieronymus, atq; Titus, atq;
Franciscus, honor Martis, item regula pacis.
Ex quo satus est Marcus. ab aureo colore
Rufinus erat dictus is: hoc nomine clarus,
At Scaligeri nomine, nec numine tutus,
Extincta cupit dum Venetus semina nostra.
Hunc Vincius aggressus in vrbe Mantuana,
Notus publico nomine latro Martolossus,
Aliorumque duorum ope, Iannaryque,
Sicarius obtruncat in intimo cubili
Ipsum. dolor heu filiolos semisopitos
Ambos iugulant, Mauritiumq;, Iuliumq;.
Pro quo a Veneto præmia rettulere nummos.
Ferrum hic. Regibus addita Cyprijs venena.
Zacchi soboles Tuccius, illiusq; frater,
Vbi nunc? vbi nunc estis? Vbi indoles serena,
Comis, lepida est? nostræ vbi ius sodalitatis?
Me vieta, nitentis fuga seculi, senectus,
Quasisse necem olim, modo sed timere mortem:
Fixisse nouos Nitiobrigum solo penates:
In spe dubia, dedecoris metu procacis,
Luces trahere immeritus: exprobrare possit.
Quanquam, vt diximus, & piget audire rapaces:
Montana etiam plurima nunc nostra propago
Regnat. mihi sunt quatuor: hac gratia Dys est.
Nati, indole auita: meliore, quis scit? astro.
Quorum vnus, & alter poterit faber esse sui,
Si, quæ hactenus est barbara bacchata furore,
Fortuna reforbens refluum reducat æstum.

VERSVS QVOS IVLIVS CAESAR SCALIGER ANIMAE SVAE profecturæ dixit.

Egredere, o miseris multum defuncta ruinis,
Egredere: & seruis seruilia regna relinque.
Aude, hospes, tenebris horrendis imponere finem.
Exily, & patria speratas quærere sedes.
Tristes exuuiæ, falsæque incommoda lucis,
Isthic nunc fera turba iace. nos libera cæli
Pignora promisso iam iam potiemur olympo.
Tu modo, nate Deo, rerum pia victima Iesu,
Aspice nos, qui cuncta animas spes vnica: mortem
Exue morte noua, atque noua vita indue vitam.

EIVSDEM SCALIGERI EPITAPHIVM A se compositum.

Extulit Italia: eduxit Germania: Iulij
Vltima Scaligeri funera Gallus habet.
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Martis
Reddere non potuit nobiliore loco.

SOPHOCLIS

AIAX LORARIVS,

stylo Tragico

A

IOSEPHO SCALIGERO

IVLII F.

translatus.

EIVSDEM EPIGRAMMATA quædam, tum Græca tum Latina, cum aliquot ex Græco translatis.

In bibliopolio Commeliniano.

1600.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΑΡΔΕΣΙΟΥ

εἰς Ἰώσιππον Σκάλανον τὸν τοῦ Σοφοκλέους
Αἴαντα μεθερμηνεύσαντα.

Οἴστρῳ ἀμερσινόῳ πληγείς ποτε θούριος Αἴας
Νυκτιμανεῖ κεραοῖς ἔνθορε βουσὶ ποδί.
Αὐτοῦ δ' ἀντιβίους ἔμεναι δὴ πάμπαν ὀΐω
Κείνους αὐτοῖσιν τοῖσι βοτῆρσιν ἕλε.
Τὴν ῥα οἱ ἐν νόσον ὦρσε κακὴν γλαυκῶπις Αθήνη
Εγκυον ἀφροσύνης ὄμμασι χῦσα νέφος.
Ητ' αὐτὴ δὲ θεὰ μανίης Σκάλαν' ἔμφρονος ἦτορ
Σεμνομανὲς κέντρῳ ὀξυσόφῳ σε τύπε·
Ω μὲν ἐνὶ πραπίδεσσι τεαῖς μάλα πόλλ' ἐρεθι-
Δαιμόνι' οὔτε βόας, οὔτε βοτῆρας ἕλες. (θεὶς
Αλλ' ἄϊδός δε πυλάρταο θρασυκάρδιος ὁρμῶν,
Χ' ἄτερος Ηρακλέης κερβερόνικος ἐών,
Χειρὶ φερεσβίῳ ἄμμιν ἀνήγαγες Ακκιον εἰς φῶς
Μὰψ δὴ ὑλακτεῦντός σοι μετόπισθε κυνός.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν.

Εα τί τοῦτο; τί χρέος θεήλατον;
Ενθουσιασμοῦ συγγενοῦς καὶ συντρόφου
Οντος γ' ἐλευθερίᾳ, Σκάλανε, πῶς δῆτ' ἔπη
Εκαστ' ἑκάστων ἀνταμείβεις τῶν ἐπῶν;
Καὶ πῶς ἀνάγκης τοὔμπαλιν δεσμοῖς δεθεὶς
Σὺ μηδὲν ὀκφαίνεις ἔπος ἀνελεύθερον;

SOPHO-

SOPHOCLIS AIAX LORARIVS.

Personæ fabulæ:

Minerua, *Nuntius*,
Vlysses, *Teucer*,
Aiax, *Menelaus*,
Tecmessa, *Agamemnon*.
Chorus Salaminiorum sociorum.

ACTVS PRIMVS.

Minerua, Vlysses, Aiax.

Minerua. IAm video, Vlysse, sæpe te venatice
Captasse, vt aries hosticas præuorteres.
Teg3 adeo ad ipsam commodum classem vltimam
Aiacis, vbi post principia tendit, tuor
Ruspantem, & olim metientem sedulo
Notis adulta nuperis vestigia,
Vt intus, an foras sit, oculis aucupes.
Bene autem es assectatus, vt canis sagax.
Nanque intus ellum est haud diu, caput
Sudore manans atq3 carnifices manus.
Quare intus inspectare, nec tibi integrum est,
Omitte: tantum fare, quoius gratia
Tam satagis, omne vt, quicquid huius est, loquar.
Vl. O mihi Deorum cara maxume omnium

Minerua, quam vel eminus clare tuam
Vocem aure capio, & mente suspensa haurio.
Qualis tubæ sentitur ænea sonor.
Rectèque sensis me mihi infensissimum
Aiacem odora circuire indagine.
Ita est. eum venamur, haud alium, Dea.
Nam facinus ista nocte cæcum, nescium.
Ancepsq; fecit ille, si fecit tamen.
Nil scimus etenim mentis errore aut iq.
Quare hoc subsisto sponte perferens onus.
Nam pecua, nuper parta bellica manu,
Iugulata, strata, sanciata fœditer
Manu, magistris cum suis offendimus.
Factiq; eum omnis huius auctorem facit.
Huc adde, quod speculator hunc solum omnium,
Campos cruento dum ense persultat furens,
Viditque, retulitque. Ego actutum impete
Vestigo, odoro. hæc signa non dubie noto,
Ast illa miror, cuia sint non asequor.
Sed affinisti tempori, si quidem tua,
Me nunc, & olim rexit, & reget manus.
Mi Persensi, Vlysse. iamque. dum venaturis,
Viam tibi istam sponte custos institi.
Vl Bene hic, secusne cœptus est mihi labos?
Mi Liquido putasti fecit ille, me vide.
Vl Nam cur & ausus ille tam cæcum nefas?
Mi Achillis arma, addicta non sibi dolet.
Vl Cur sic furente fertur in greges gradu?
Mi Vestro manus fœdare sperans sanguine.
Vl Incogitabat, inquis, Argiuis malum?
Mi Quin absque me fuisset, & patrauerat.
Vl Quibusne cœptis, quove mentis impetu?
Mi Irrupit ad vos nocte solus, & dolo.
Vl Perueniit igitur, atque metas attigit?

Mi

Mi Insiterat adcovtriq; iam prætorio.
Vl Quis rapida onantem cade repreſſit manum?
Mi Aliena captis ſenſa ocellis oggerens
Hominis retundo gaudium immedicabile.
Et ad gregum miſcella lanigerum agmina,
Promiſcuiq; volgus armenti auoco.
Ibi buceras ſternebat animantes, nihil
Parcens furori: modo cruenta credulus
Manu necare gemina Atridæ corpora:
Modo hunc, modo illum ſcilicet mactans ducem.
Aſt ego virum furore torrentem vago
Vrgebam, in altos induens caſſes mali.
Poſtquam remiſit vis furoris de nece,
Armenta viua compedarum vinculis
Captiua, ſed cum gregibus abducit domum,
Homines putans abigere, non brutos greges:
Quos nunc flagellis accipit vinctos male.
Age huncce ſodes indicem morbum tibi,
In volgus vt eum differas, vbi videris.
Ne defetiſce, neve deputa in malo
Hominem videre luminum auerſos ego
Orbes reflectam, quominus te viderit.
O qui reuinctis manibus abductas agis
Hominum caterua, huc adeſdum, te voco.
Aiax tibi, inquam, dico. tum prodi foras.
Vl Quid agis, Minerua? ne foras hominem euocas?
Mi Potin' es tacere? nec tibi metum obyce.
Vl Ne, amabo: ſed contineat intus ſe domi.
Mi Fruſtra vereris. non vir idem eſt, qui prius.
Vl Mihi hoſtis idem eſt ipſe, qui prius fuit.
Mi Illudere hoſti ludus eſt ſuamſumus.
Vl Mihi quidem iſthunc intus ſncludi ſat eſt.
Mi Hominem videre mentis impotem fugis?
Vl Videre mentis compotem compos queam.

Mi At non videbit te quidem, quamuis prope.
Vl Cur non, si idem oculis lumen vsurpat, potest?
Mi Faxo te vt oculis vel videns non videris.
Vl Mutare magnum fas nefasq; Dys leue est.
Mi Tace, & quiesce, teq; in hoc statu tene.
Vl Certum est tenere. sed foris mallem tamen.
Mi Heus te, audin? Aiax rursus appello. hucades.
Cur numen auxiliare tam parui facis?
Ai Salue Minerua, maximi proles Iouis.
Bene ades, & opportuna. te spolijs ego
Mactabo opimis, propter hanc prædam quidem.
Mi Sapis. sed illud quod rogo narra mihi.
Hastam imbuisti sanguine Argiuo tuam?
Ai Et gloriari fas mihi est, & non negem.
Mi Aduersum Atridas nempe molitus manum es?
Ai Non fiat illis ludus Aiax amplius.
Mi Actum est, vt inquis: occiderunt ilicet:
Ai Nunc auferam mihi arma mortui mea.
Mi Quid vero Vlysses ille Laerta satus?
Quo res loco illi est? an tuam effugit manum?
Ai Sacramne volpem quo sit in statu rogas?
Mi Ipsum, inquam, Vlyssem male tibi infestum caput.
Ai Gratissimum intus assidet spectaculum
Captiuus, ipsum quod mori nondum velim.
Mi Quidnam priusquam aggredere? quid facies lucri?
Ai Priusquam ad altæ columen euinctus domus,
Mi Quodnam misello grande moliris malum?
Ai Cæsus flagellis effler animam deniq;.
Mi Ne miserum, amabo, ne hunc ita accipias male.
Ai Sperare in alijs, Diua, te iubeo bene.
Supplicium ad istum is, nec secus, dabit modum.
Mi Postquam hoc in animo est sat tibi acceptum, ilicet,
Ne parce dextræ, cogitata perfice.
Ai Accingor ad rem: cæterum mando tibi

Vl

Vitale præstes semper auxilium mihi.
Mi Vides, Vlysse, vim Deorum, quanta sit?
Hoc homine rerum quis fuit consultior,
Vel melior antehac cœpta matureexequi?
Vl Nullus quidem antehac, mihiq; miseritudine
Commouit animum, quanquam iniquior mihi est,
Quod tali inhærens ipse conflictet malo.
Nec illius rem, quam meam, spectо magis.
Nil certus aliud esse nos, quam somnia
Imaginantum, aut corpora vmbræ inania.
Mi Ergo cauebis hæc videns, temerarium
Dictum, prophanumve in Deos effutias.
Nec insolescas, si vel vlli pranites
Virtute belli, sine vastis copijs.
Nanq; vna tollit, vna deprimit dies
Mortalium res, & boni semper viri
Cura Deis sunt, contra at inuisi mali.
Ch Telamoniada, qui fundamina
Salaminis habes firma marina:
Bene cum tibi sit, bene lætor.
Cum te inimico languere Ioue
Differt Danaum fama maligna:
Mens mihi refugit, totusq; tremo,
Trepida vt terrore columba.
Vt præterita nocte tumultus
Nos famigerant rumore malo,
Te pedere rabido persultantem
Vbera prati prædatitia
Danaum pecudes,
Quæ super ipsis fuerant reliqua,
Ferro vastasse cruento.
Talia fictis probra susurris
Omnium in aures spargit Vlysses.
Creditur illis nec sine multa

Suada excipitur: ſuaſus & ipſe
Suaſore magis ſtrepit auditor.
Tua riſu facta laceſſens.
Qui magna petit corpora tela
Nullus aberrat. Dixerit in me
Quis tale, fidem nullus habebit.
Num felices petit inuidia
At ſine magnis ipſi parui,
Intutum arcis ſunt præſidium.
Nam cum diuite bene plebs rem gerit,
Dives cum plebe fouetur.
Verum talia ſenſa docere
Non poſſis corda ſupina.
Ea circum ſtrepit hominum turba.
Nec nos contra conjerre pedem
Poſſumus, abſente modo te.
Vt conſpectum fugere tuum,
Strepitant, qualis defuncta metu
Vulturis, auium turba volantum.
Quod ſi ſubitis citius exiſtas,
Muti fugiant trepidanter.

Stropha x i.

Anne Diana tuum ſoboles Iouis
(Ah fera fama, fera,
Mater ah probri mei)
In volgus armentorum animum furiauit,
Aut orba fructu debito victoriæ
Aut ſpoliorum aliquo
Fruſtrata honore, aut hinulei exuuijs?
Bellonane an Mars ſupplicium rabido
Poſcens calen-
-te ſanguine, noctiuagis vindicis
Furoribus ira.

Antiſtropha x i.

Non te adeo vſq; ſiniſter agit furor,

O Telamoniada,
In greges vt tu irruas.
Hæc cælitum vis est mage Iuppiter auer-
-runcate volgi, & Phœbe, rumores malos.
Sin sua composito
Commenta fingunt arte mala proceres,
Aut acre cauti Sisyphidæ genus:
Ne, si sapis,
Ad hæc, rogo, castra manens deside,
Probro tibi ne sit.

Epodus VTI.

Linque sedilia: surge: vbi plus sat longa
Lente exercitus immoraris otio,
Dira incendia ventilans.
Impune proterua vis linguæ
Ventiq; secura lasciui
Iniurioso miscet di-
-cta cachinno. At dolore ego configor.

ACTVS SECVNDVS.

Te Socij Aiacis, classica pubes,
Nobile prisci germen Erechthei,
Quantis versat fluctibus animi
Telamoniaci nos cura lari.
En ferus Aiax, pectore crudo,
Perditus, ager
Æstu conflictat iniquo.
Ch Quod præterita nocte quietem
Mutauit onus,
Filia Phrygij Teleutantis?
Dic: nam seruam te ferus Aiax
Socia lecti parte recepit,
Vt te nescire nefas sit.
Te Ardua dictu dicta profabor.
Leti similem morbum audite.

Efferus iris, animiq; vagus
Infandum Aiax ausus in umbra est:
Talia iam licet intus cernere
Patrata manu sacra cruenta,
Pulchra viri gesta furentis.

Strophe XII.

Ch Mira indicas, mira torui
Facta refers hominis
Insana, inexplicanda:
Quæ proceres Danai
Male famigerant.
Quæque procax rumor acerbat.
Hem quem exitum res habitura est?
Habet hoc. furore
Sibi iam afferat ille
Manus: quippe qui tot
Optimos gladio greges
Impetijt, gregumque duces.
Te Me miseram: amens inde inde foris
Captiua manu traxit pascua.
Partem in nuda iugulauit humo.
Partem mediam male dissecuit.
Duo lanigeri proceres pecoris,
Illum capite, & lingua truncat.
Hunc destituit rectum ad medij
Columen tecti.
Et fera quassans vulnera, lori
Sauus habena mulctat equum.
Atque ogganuit non bona dicta,
Non humanitus ea doctus.

Antistrophe XII.

Ch Iam tempus obnubere est ca-
-put, timide & propero
Fugam parare furto.

Chori.

Curriculumque citi
Leue remigij in-
-scendere, nec parcere nauí.
Tantas minus, totq; volutant
Proceres Atride
Duces, Saxipetas nam
Populi vereor
Manus, neu cum eo in malis
His iacente condoleam.
Te Minime vero. nanque sileſcit
Vt, non vehemens qui venit, Auſter.
Quin noua compos vulnera ſentit.
Nam ſua ſibi cum quis mala ſpectat.
Et ſocius in eis nemo accidit,
Ea magni eſt cauſſa doloris.
Ch Hominem beatum ſi malo defungitur.
Abſente morbo nam remittitur metus.
Te Harum placeret vtra conditio magis:
Cum per te amicis eſt male, eſſe tibi bene,
Aut cum iis doloris paria munia exequi?
Ch Quod duplicatur, maius eſt, mulier, malum.
Te Morbo caremus, & laboramus tamen.
Ch Quid dicis? hæc me dictio incertat magis.
Te Vir ille morbo cum teneretur graui,
Geſtibat ipſe, qua premebatur, lue.
Angebat & nos mentis impos compotes
Poſtquam reſedit, ac recepit ſe a malo;
Et maior illum mentis exercet dolor.
Et non minus nos nunc dolemus quam prius.
Non ergo ſimpla hæc, dupla his tanto mala?
Ch Verum eſt, fatemur ac veremur, ne Deum
Inceſſat ira hunc: nam leuatur non magis,
Defunctus illa peſte, quam ægrotans prius.
Te Ergo diſertim commonendus es mihi.

Ch Enim

Ch Enim vnde cœpit gliscere hæc moles mali,
Nos condolentes, & metus socios doce.
Te Ergo vt doloris socius, omnem rem tene.
Nam nocte prima nondum adhuc micantibus
Astrorum ocellis, ille vanos ancipe
Instructus hasta tentat exitus ruens.
Ego increpo hominem. nam quid, inquam, cogitas
Aiax? quod istuc itiner incertum paras
Nullo euocatus nuntio, aut tuba exercitus,
Cum placidus omnes mulcet in castris sopor?
Breui ille dicto insequitur, at vulgario:
Mulier, mulierum ornamen est silentium.
Perculsit animum: comprimo me: ille exijt.
Verum quid interuenit interibi haud scio.
Post, curui frontes intrat armentas agens,
Mutasq; pecudes, atq; custodes canes.
Hinc capite truncat, inde resupinat, necat,
Iugulatq; quædam. his compeditis verbera,
Tanquam viri sint, non greges, vsq; oggerit.
Tunc nescio quod exiens, spectrum appetens
Orationem duriter dictis dedit
In Vlyssem, Atridas, perperam & ioculariter,
Indigna eorum facta sese vltum probe.
Ad nota rursum tecta aregreditur gradum,
Tandemq; mentis in potestatem redit.
Vt nouit omnem errore completam domum,
Frontem ferit, quiritat, in commiscuam
Iacentium se proycit stragem gregum,
Manu prehensam identidem scindens comam:
Diuq; muto constitit silentio.
Exinde grauia comminatus est mihi,
Ne ediscerætur omne, quicquid est mali.
Ac esset in quo, sciscitabatur, statu.
His territata, quoq; gesta sit modo,

Et quo ſcitebam rite rem pando ordine.
Tum ipſe queſtus rumpere eiulabiles,
Huic prius inauſos, atque inauditos mihi:
Expetere tales nanque cenſebat ſonos
Ignauitati mentis, atque imbellie.
Et voce parcens, atque lamentis prius,
Gemitu premebat, taurus vt mugit ferox,
Nunc hoc iniquo conſtitutus in ſtatu,
In ſtrage pecorum, (cereris & Bacchi carens,
Ferroque cæſis gregibus incubat ſedens.
Ac nescio quod facinus occœptat graue.
Tales querelis miſcet eiulitatus ſonos.
At vos, amici, nanque ea me gratia
Huc contuli, ite, ferte opem, tutamini,
Facile amicis ſunt amici eiusmodi,
Ch Indigna vero mihi, Teleutantis genus,
Proloqueris hominem expectorarier malis.
Ai Hei hei
Te Quin nunc magis videtur. an ſentiſcitis
Quas fundit Aiax ore voces flebili?
Ai Hei hei.
Ch Mirum ni homo aut ægrotat, aut offenditur,
Morbi prioris pœnitudine anxius.
Ai Hei puer, hei puer.
Te Heu miſera quid agam? te, puto, Eurysaces vocat.
Nam quid agis Aiax? heu vbi es, fili? occidi.
Ai Teucrum voco. vbinam Teucer? aſsiduon' volet
Ductare prædas? aſt ego intereo miſer.
Ch Homo eſt apud ſe, vt ſentio. aperite ocius:
Reuerebitur fortaſsis aſpectu mei.
Te Aperimus, ecce. Cæterum licet tibi
Hominis tueri geſta, & eiuſdem ſtatum.

Stropha VI.

Ai Sodales maris remiges,

Amici

Amici vnici omnium, &
Æquitate stantes pia:
Videre me esse, qualis est
Vbi recens ab æstibus
Fluctus adhuc monetur.
Ch Vah quam euidenter vera testatus modo es,
Quod comprobatur satis inornato hoc statu.

Antistropha VI.

Ai Amici, marinum genus,
Rei nautica sciens,
Bene inhibens ratis palmulas:
Modo vnici, modo vnici
Super mi estis aduna, oc-
-cidite: ferte opem mi.
Ch Bona verba: ne malum resarciens malo,
Maiora trisli damna iactura effice.

II. Stropha IIII.

Ai Ego ille acer, ille fortis, ferox
Duelli, atq; prælij interritus,
Pecudum in imbecille volgus ruo.
Pudet cachinni: contumeliæ pudet.
Te Hæc verba fari, domine, compendiface.
Ai Excede. cessas? i dierecte foras.
He heu he heu.
Te Desiste, amabo, per Deos. ad te redi.

III. Stropha V.

Ai Heu me miserum. manu
Remisse me hos sacerrumos,
Bobus vt in trionibus,
Et in capellis, anidum
Retingerem cruorem.
Ch Nam quid dolere hæc facta profuerit tibi?
Infecta facta non erunt tuam vicem.

II. Antistropha IIII.

Hei omnium auctor omnium

Malorum

Malorum saber puer Laerta,
Leueq; publicumq; mendicimo-
-nium: vt triumphas: vt cachinnas: vt crepas.
Ch Rident volente flentque mortales Deo.
Ai Vtinam viderem illum obrutus licet malis.
Hei me, heime.
Ch Comperce verbis. quo in statu sis non vides.

III. Antistropha V.

Ai Meorum o atauum pater,
Quanam arte, Iuppiter, vafrum
Vndiq; circitorem ini-
-micum vltus, atque ambo duces
Malam oppetam ipse mortem?
Te Si hac imprecaris imprecator & mihi
Mortem: quid opus est vita mihi, te mortuo?

IIII. Stropha XVI.

Meum o mihi iubar tenebra, & orce,
Lux nitida, lucida:
Habete me vestri incolam,
Habete. nec Deorum enim,
Neque mortale hominum
Mihi genus videre
Fas, inutili cunctis.
Sed ferox Iouis gnata, perpetæ
Dea cruce me mulctat.
Quæ fuge via?
Quem locum eligam?
Postquam, amici, & hoc, & hoc
Interit simul,
Vanamque capturam egimus.
Statimque volgus armis
Omne confodient me.
Te Vah misera: tales maximum voces virum
Efflare, quas nec ausus esset antehac?

IIII. Antistropha XVI.

Ai Fluuij mariflui, & maritimæ antra,
Et littoreum hoc nemus.
Diu diuque plus satis,
Tenetis ante Troiam.
Atenim haud lumine com-
-potem amplius licebit.
Credere hoc neget nemo.
O Scamander, qui proximus fluis
Benevolus Argiuis:
Non tueberis
Amplius virum hunc
(Dicere non verebor) ex-
-ercitu, omnium,
Quos Troia vidit, optimum
Græcanici: at sine vllo
Nunc honore iacentem.
Ch Nec comprimendi, nec remittendi tui
Vllum modum habeo: tanta te incumbunt mala.
Ai Ai ai, quis vnquam tot meum cognomine
Meis putasset concinere nomen malis?
Ai ai licet nunc proloqui bis, ter mihi.
Nam me malorum tanta circunstat cohors.
Cuius pater reuersus ab Troia hoc solo
Domum rediit mactus omni adorea.
Ego autem eodem natus, ad eundum locum
Profectus, ijsdem viribus non indigens,
Qui nec minora patre patraui manu,
Heu pereo ad istum inhonorus Argiuis modum:
Sed hoc scio haud obnoxie: si de suis
Viuens Achilles captus armis arbiter
Palmarium virtutis alicui adderet,
Nemo abstulisset illa: nunc meam vicem.
Sed hac dolose addixe potuerunt viro

Græci

Græci meam illi postputantes gloriam.
Quod ni mihi omnem euersa mens sapientiam
Expectorassent, & oculus, nunquam amplius
Iudicia in alium iudicassent talia.
Iam pernico animo, Ioue fata, implacabili,
Me, cum iam in illos verterem infestam manum,
Repressit obiecta impotente insania,
In gregibus istis vt cruentarem manum.
Verum cachinnis nunc mihi illudunt, vbi
Fugere me nolente. cum Deus nocet
Vel fortiorem euadere ignauo est facil.
Quid ergo faciam, quem disertim omnes Dei
Odere? quem odit omnis Achiuum exercitus?
Et omnis odit Troia, & omne isthuc solum?
An domitionem ergo his relictis portubus,
Solisq; Atridis, trans & Ægeum parem?
Sed qua potis sim fronte Telamonem patrem
Contra obtueri? quomodo me inglorium,
Virtute casum sustinebit cernere,
Quarum ipse rerum honoribus summis clueit?
Non sic abibit, non. quid ergo? an vir viro
Congressus ad Troum alta propugnacula
Clare oppetam aliquo facinore illustri edito?
Sed facerem Atridis rem bonam & gratissimam.
Non sic abibit. aliqua tentanda est via,
Qua iam senectis obsito membris patri
Profitear, haud hoc patre me ignauum satum.
Nam turpe longum postulat se viuere,
Cui nulla detur a malis interquies.
Nam quid habet in se voluptatis die dies
Hinc summouens vitam, inde mortem promouens?
Nihili quidem hominem fecerim quem spes alit,
Vitamq; vanis speribus lactat suam.
Sed nempe pulchre viuere aut pulchre mori
Expetere honestis & viris verum est. tenes.

Ch Aliena dicta haec te loqui nemo autumet
Nec dixit, Aiax, sensa sed mentis tua.
Te respice ergo: da locum sententiae,
Tuis amicis, atq; missa haec sis face.
Te Nullum est, here Aiax, omnibus mortalibus
Necessitatis legibus maius malum.
Ego quidem Ioue creta libero patre,
Eoq; dite, si quis alius est Phrygum.
Nunc seruitutis compotiuit me Deus,
Et tua domitrix dextra. postquam ergo in tuum
Cubile conuem, ex eo studeo tibi.
Quod obsecro te perq; communem larem,
Sociumq; lectum, in quem optume conuenimus,
Ne, dum me iniquis tradis in manum tuis,
Committe, vt iis infamiae in causa fuam.
Si moreris, ac nos morte destituis tua,
Licet eodem raptam ab Argiuis die,
Tractamq;, meq;, paruolumq; dirtter,
Famularem ad vnum degere atatem autuma.
Oratione tum quis incillans malus
Dominus amara, aspicite coniugem inquiet,
Aiacis, argiuum omnium fortissimi,
Quae seruitute quale mutauit decus?
Haec dicet aliquis. me quidem incesset Deus.
Inhonesta vero haec & tibi & tuis erunt:
Sed reuereatur te patris, quem in exita
Ætate linquis: sed sit & quidem pudor
Parentis annis obsita, quae sepius
Redire te optat vinum, & incolumem domum.
Miserere gnati paruoli: siquidem cibo
Casus nouello te sine atatem exiget
Vt orbus, at non carus. oh quantis malis,
Si moreris, illum, meq; compotem facis.
Te prater aliud praesidi nil reliquum
Video. tua nam patria deleta est manu.

Genitrix

Genitrixq; genitor occidit fato suo,
Et mortuales incolunt orci domus.
Quam quaeso dulcem comparem patriam tibi?
Quam opulentitatem? nanq; ego in te tota sum.
Sit & mihi respectus aliquis. nam bonos
Memores prioris esse benefacti addecet:
Et gratia alia gratiam semper parit.
Si quam beneficij ceperint oblivia,
Non est quod ille fortis aut bonus fuit.
Ch Utinam, tui vt me miseret, Aiax, te quoq;
Misereret: huius verba laudares, scio.
Ai Atqui illa nobis affatim laudabitur,
Si strenue ausit nostra mandata exequi.
Te Parebo, mi Aiax: cuncta properabo exequi.
Ai Arcesse puerum nunc mihi, vt videam, mentis.
Te Atqui foras eduxeram, metuens ei.
Ai Dum fluctuarem in his malis ego, aut vbi?
Te Ne scilicet periret occursu tuo.
Ai Hoc desit vnum nempe fortuna mea.
Te Ego vindicaui: quod quidem suffecerit.
Ai Et laudo factum, & perspicaciam tuam.
Te Sed quid iuuare te queam hoc facto meo?
Ai Vt alloqui possim, vtq; conspicarier.
Te Famularis illum asseruat hic custodia.
Ai Sed qua mora eius distulit praesentiam?
Te Heus puer, adesdum: te pater vocat: veni.
Huc, sis, age illum quisquis ex famulis regis.
Ai Venitne iussus, anne iussa negligit?
Te Producit illum famulus huc ex proximo.
Ai Age huc age illum: non enim externabitur
Stragis recentes hos acervos intuens,
Si quidem ille vero patre me satus fuit.
Sed eum paternis institutis asperis
Domitari oportet: atq; mores exequi,
O gnate, fortuna esto dissimilis patri,

Aſt alia ſimilis omnia: ita malus haud fuas,
Quanquam vnicum iſtud hoc bonum inuideo tibi,
Quod iſta nondum percipis ſenſu mala:
Nil ſapere quippe vita iucundiſſima eſt.
Nil ſapere prorſus eſt malum carens malo.
Mœrore, donec gaudium interzoneris.
Quod aſſecutum, qualis ex quali patre
Satius es, te oportet ſpecimen inimicis dare.
At interim auris veſcitor lenibus, alens
Mentem nouellam, volupe matris gaudium.
Nemo te Achiuum diſſerens probris malus,
Torue increpabit, vel liceat carea mei.
Talem relinquam ianitorem acerrimum,
Alimoniaq; præſidem Teucrum tibi:
Siquidem is redibit hoſtium inſeſſor procul.
Aſt o ſodales armiles, marina gens,
Mandata primum nunc ſuprema & vos mea
Accipite, & illi nuntiantes reddite:
Iſtum puellum ducat ad lares meos,
Eribœa vt illum videat, & Telamo pater,
Et eis ſenectæ dulce lenimen ſuat,
Vel donec orci tecta ſint nacti inferi.
Vlli nec arma præmiatores mea
Ponunto Achiuis, nec meum magnum malum.
At ipſe vero Euryſace, tu cognominem,
Et crebriloris penſilem amentis quatens
Apprende clypeum hunc prægrauem, & ſeptemplicem.
Sed arma mecum concremantor cætera.
Heus tu properiter manibus hunc puerum cape,
Et iamnam obde, nullaq; hic palam iace
Lamenta. valde eſt fletuum mulier lubens.
Opere forem. inquam. haud bene medens ſe poſtulat
Carmen ſecando vulneri incantaſſere.
Ch Properantiam iſtam inaudiens metui male.
Nec me aſperata lingua delectat tua.

Te

Te Quod istud, Aiax, mente moliris malum?
Ai Ne me rogaßis. pulchra res modestia est.
Te Quam pendeo animi. Sed per ego te liberos,
Et per Deos obtestor, haud nos produis.
Ai Vah enicas me, mulier: an nescis, Deis
Debere nullum iam me honorem obnoxium?
Te Bene ominare. *Ai.* Affare quos persuadeat.
Te Non credis autem? *Ai.* Iam nimis loqueris diu.
Te Nam timor adegit. *Ai.* Intus hanc includite.
Te Reprime te, amabo. *Ai.* Stulta vero es fœmina
Si nunc mouere cogitas animum meum.

Stropha VIII.

Ch Illustris Salamis, beata
Tu nunc habitaris, & felix
Cunctis, celebrisq; cunctis.
Ego autem, ego, imma-
-ne tempus abyt, miser
Ex quo hic Idæis
In pascuis, inque vbere
Nutrice gregum perenno herba,
Morarum impatiens,
Malam spem refouens,
Si quidem erit, vt agam hic
Procul animam
Inhonorus, exspes.

Antistropha XIII.

Quin & perditus, ager Aiax
Mi cura secunda inhæret, proh
Diuino agitatus æstu,
Profectus ex te
Antehac, prius inclytis
Prapollens armis:
Nunc auius mentis sua
Suis dolor extitit magnus.
Priora omnidomi
Viri gesta manu

Memoriter animo
Profuga malis
Cecidere Atridis.

11. Stropha XIIII.

Sed cum vetustatis
Obsita tempore,
Canis & annis
Audebit anus parens hunc
Rabere mente captum:
Luscinia ilicet
Lamentabile
Carmen volitantis
Non illa ocinet:
Ast lucifugum integrabit
Lessum, pectora palmis
Atris tonsa sonabunt:
Incanamq; manus
Comam lacerabunt.

11. Antistropha XIIII.

Præstaret extinctum
Hunc, quam efferarier,
Vbi paterno an-
-tistans celebres Achivos
Genere, & inclyto ortu,
Cognita non tenet
Se intra septa ani-
-mi, ast exulat extra.
Infelix pater,
Heu qualia & audes tu
Infortuna nati:
Qua antehac Æacidarum
Ætas non tulerat
Quidem ulla, nisi ista.

ACTVS TERTIVS.

Ai Omnia reflexis sæculorum anfractibus

Occulta

Occulta tempus aperit, & aperta occulit.
Nihil est supra spem. tempore etiam contumax
Deprenditur mens, usq; curandum Iouis.
Ego pertinacia mente, inexorabili,
Qualis rigescit aura ferri acies aqua,
Demulctus huius ore tum. inimicis eam
Linquere misertum est viduam, & orbum filium.
Sed ad lauacra & prata litoralia
Eo, vt expiatus februis lustralibus
Iram ferocem deprecer grauis Deæ.
Mox aliquem adibo inhospitum & tescum locum,
Telumq; ibi inimicissimum hoc, ensem meum,
Vt videat illud nemo, defossum obruam,
Sed creditum orcus, noxque seruassint sibi.
Nam denique ex quo muneratum tempore
Ego illud hostica Hectoris cepi manu:
Exinde adeptus nil sum ab Argiuis boni.
Scitum est in ore hoc omnium dictum vetus:
Infausta munera hostium, nec munera.
Discamus ergo in caterum Deis locum
Cedere, & honorem debitum Atridis dare.
Nam principes sunt, obsequendum est: quippini?
Et grauia quæ sunt, quæque sunt immania
Cedunt honori, cedit & vis ninguide
Hiemis, vbi æstas macta frugibus venit.
Cedunt & ipsæ noctis obscuræ vices
Luci albicanti lumen almum accendere.
Et maria tumidis intonata flatibus
Posuere fluctus. victor omnium sopor
Deuincta laxat membra, nec semper tenet,
Et ego modesta facta dubitem persequi?
Quare, vt reapse nuper expertus fui,
Hac sine semper, censeo, inimicum oderis,
Tanquam idem amicus sit futurus, indidem
In tantum amico munifex morem geram,

Tanquam nec idem sit futurus. plurimi
Appellere ipsum portum amicitiæ timent.
Sed belle habebunt ista. tu vero interim
Intus precare perpetim, mulier, Deos,
Succedere illa, quæ sedent animo, omnia.
Et vos sodales puris comprecamini.
Mandata verbis hæc meis Teucro date:
Uti nos amasset, ut velit vobis bene,
Proficiscor illuc, quo profecto opus mihi est.
Vos iussa perpetrate. forsit de mea
Salute inaudietis, etsi perieram.

Stropha XIIII.

Ch Amore tremiscor vitulo gaudio vagus.
Io, Io, o Fau-
-ne. o pernage Faune:
Cylleniæ speculæ iuga
Age, o, ninguida linque scrupea. adsis
Deum salijubjule : atque gestus
Gnosiacos age
Mecum, indocilesque pede
Quate hic choreas.
Nunc mihi saltitare cura est.
Icarium salum superans, trans-
-marine Diue Apollo,
Apertus & apparens
Adesto placabilis, atque felix.

Antistropha XIIII.

Remotus enim acer ab oculis mali labor.
Io, Io, nunc o nunc
Accedere Iuppi-
-ter, fausta, candida lux fuit
Citas fluctuagas rates, quia Ajax
Furore lenatus, & Deorum
Iusta operatus est,
Et nunc pietate colens

Pia

Pia benigna.
Omnia tempus acre delet.
Nec fieri omne posse, negandum est.
Vbi ipse restitutus
Aiax modo Atridis in-
-opinus est ex grauiore lite.
Nū Hoc primum, amici, vos ego edoctos volo:
Recens ab altis Mysiæ Teucer iugis
Adest. is autem media castra permeans
Petitur acerbis omnium Argiuum probris.
Ventantem enim illum scisitabundi procul
Circumsteterunt: hinc & hinc conuitiis
Lacerant, lacessunt. non fuit qui non eum
Vecordis, in ejectis etiam exerciti
Fratrem vocaret: nil vetare quominus
Saxorum acerui obrutus mortem oppetat.
Eoque res rediret vt gladios suis
Vagina eburna liberarent dexteris.
Sed verbo amico reprimit glisscens malum
Senum senex ætate prouectissimus.
Nunc vero vbi Aiax est, vt illi hæc indicem?
Dominis negotium omne pandere expedit.
Ch Non est is intus, verum abiit iam modo,
Consilia nectens moribus nouis noua.
Nū Heu heu.
Qui misit istam me viam, aut me eam viam
Tarde ille misit, aut ego tardus fui.
Ch Quid est quod hac in re exequendum omiseris?
Nū Teucer vetabat, ne domo Aiax antea
Prius, quam adesset ipse, prodiret foras.
Ch Sequutus est meliora: nempe maximis
Pacem Deorum precibus exposcens abest.
Nū Hæc verba plane plena sunt dementiæ,
Et stulta, siquid augurans Calchas sapit.
Ch Quibus ista tandem fretus indiciis ais?

Nũ Ego superstes affui, atque interfui.
Nanq; e corona, & regijs comitijs
Calchas resurgit: seorsum Atridas deserit.
Teucrum prehendit: copulatur dexteras.
Infit: recenset: mandat omnibus modis,
Aiacem vt hodie sedulo coercitum
Intus teneret, nec foras emitteret:
Si vellet illum sospitem, ac superstitem.
Nanq; hanc, neque vltra (sic enim autumat) diem
Illum Minerua dirus exercet furor.
Nam molem inanem corporum, atq; inutilem
Missa ruina cælitus procumbere
Perhibebat augur. si quis humanum nihil
Quamuis creatus corpore humano, sapit.
Sed ille & olim primitus domo exiens
Demens, monente patre bene, deprensus est.
Nam sic monebat: Gnate, bellica clue
Virtute victor: vince cum Deo tamen.
Contra ille torue affatur ac superbiter:
O genitor, etiam si quis est nulli rei,
Virtute diuum vincet: ast ego hanc facul,
Etiam sine illis indipiscar gloriam.
Adeo superbe est eloquutus. Denique
Diua Minerua, dum illum in offertissimos
Hortatur hostes vertere infestam manum,
Dictum obloquutus perperum est & impotens:
O Diua, Gracos cateros præsens ope
Tutare: nam in nos nulla vis pugna ingruet.
His ille verbis sibi Dea implacabiles
Asciuit iras, homine spirans altius.
Sed si diem istum vescitur vita: licet
Eius salutem cum Deo confecimus.
Hæc augur. at me ex sessimonio statim
Tibi ista misit perferentem sedulo
Mandata Teucer. Si nec adsum tempori,

Non superat ille, siquid hic Calchas sapit.
Ch Tecmessa, misera mulier, infelix genus,
Accede, & audi, qualia hic verba obstrepit:
Quæ gaudium omne expectorant animo mihi.
Te Quid me misellam vix quiescentem a malis
Meo recenter excitatis de statu?
Ch Tibi ergo dicat iste: nam me de tuo
Aiace qua narrauit, exanimant metu.
Te Hau mi homo, quid aio? an penitus ego occidi?
Nũ De te nihil promitto: de Aiace attamen,
Si eliminauit ille, non sperem bene.
Te Eliminauit is quidem, vt metuam: quid est?
Nũ Includi aperte iussit illum intra domus
Consepta Teucer, nec foras amittere.
Te Vbi ipse Teucer? cur is hæc adeo iubet?
Nũ Iam mox redibit ille, cæterum exitum
Hominis ad aliquod tendere exitium autumat.
Te Perij, quis illi hæc indicat mortalium?
Nũ Thestore creatus vate vates, hoc die,
Quo certa vel ei vita, vel mors expetit.
Te Heu casum, amici, prauenite præcipem.
Pars ite, Teucrum connocate huc ocius.
Pars occidentis, pars & orientis plagam
Lustrate, quo se cunque proripuit male,
Iam sentio olim me a viro delinier.
Ingrata iam sunt, quæ benigne fecimus.
Heu, gnate, quid agam? non enim mora locus.
Certum est & ire qua pote, & quantum pote.
Eamus, accingamur: haud cessato opus,
Seruare volumus si virum certum mori.
Ch Paratus ire nec quidem tantum ore sum.
Sed operiũ aderit, & pedum properantia.

ACTVS QVARTVS.

Ai Stat culter illa parte, qua sit maxime
Acuta si cui experirier vacat.

Munus quidem ille olim Hectoris virum omnium
Et omnium mihi hospitum inuisissimi.
In Troade autem pactus est terra hostica:
Cui bene cruenta cote acumen redditum est:
Fixi bene illum, & apparaui sedulo,
Vel vt properiter nox mihi inuideat mori.
Prouisa nobis ista sunt in cæteris:
Tu primus, & fas, adiuua me, Iuppiter.
Fac impetrassim munus hoc a te breue.
Existat aliquis nuntius: quicquid mali est
Teucro eloquatur, moneat vt me ist hinc humo
Super cruento hoc ense procidium efferat.
Ne deprehensus hic ab inimicis prius
Proyciar, & præda auibus, & canibus fuam.
Hæc, sancte, venerans te rogo, atq; idem obsecro:
Deponat vt quiete me placidissima,
Postquam ense primum hoc transadegerim latus,
Primo pedatu dextra Mercury inferi.
Deinde semperuirgines prece inuoco,
Quæ semper intuentur humanas vices,
Sanctas Dearum præpetes Furias: sciant
Vti me Atrida principes adigunt mori.
Eosq; in exitium vltimum malos male
Rapiant. & vt me mox tuebuntur mea
Cælum manu iacere, sic nepotibus
Pœnas nefanda cade postumis luant,
Agite, ite celeres, ite Furiæ vindices.
Tentate volgus omne, ne compercite.
Sol, qui suprema templa curriculo citus
Lustras, paterna institeris vt terræ meæ,
Strigans, parumper inhibe habenas aureas
Vtriq; miseris funus ac casus meos
Ætate cana nuntia parentibus.
Vbi fama misere matris aures accidet,
Totam per vrbem vlulabit, eiulabitur.

Nec

Nec fructus opera est ista frustra conqueri.
Age, ordiendum est facinus actutum mihi.
O mors age, o mors age, veni, ac me visita.
Quanquam alloquendi tempus olim erit satis.
Te lucis almæ candidissimum iubar:
Te, sol, & almæ lucis aurigam alloquor
Posterrimum, inquam, vt poste a nunquam amplius.
O lumen, o domestica sacrum solum
Salaminis, o mei penates patrij:
Vos clara Athenæ, vosq; gentiles mei,
Fonteſq;, fluuij vos valete. Troici
Campi valete, & vos mei nutricij.
Hæc verba vobis edit Aiax vltima,
Reliqua apud orcum fabor infernatibus.
Se Labor duplex grauis labor.
Quem non adiui ego locum?
Nec, qui docere posſit, vllus est locus.
Tace, tace fallor? an sonum audio?
Se Vero. sodales classicos nos scilicet.
Se Quid ergo?
Se Latis occidentis omne vestigauimus.
Se Habesne?
Se Multum laboris: nihil mihi vltra se obtulit.
Se Nec, vspiam ipsam solis orientis plagam
Existit vllus rite qui monstret mihi.

1 Strophe XIII.

Ch Quis ergo, quis mihi,
Quis hominum vigilibus
Mari speculis sedens.
Cælinagisve vijs
Solens qua Dea,
Fluminibusve freten-
-sibus ferum virum inde
Sicubi vidit pa-
-lantem, vbi est, nunciet.

Graue

Grate fuerit enim, si
Post tot labores vagos
Cursu non potui assequi.
Ajt me hominem imbecillem, vbi est non cernere.
Te Heu me, heu me.
Ch Heu quoia vox hæc proxume e nãmore exijt?
Te Heu me miseram.
Ch Sponsam misellam belluca captam manu
Video Tecmessam paribus affinem malis.
Te Perij, occidi: actum est: vita, amici, exacta sum.
Ch quid est noui? Te. Aiax cæde confectus nova,
Iacet cruentus ense furtivo incubans.

II. Stropha V.

De reditu actum est mi.
Interficis istum
Tuum sodalem, inquam,
Aiax. o miser,
O miser fœmina.
Te Vt ipsa res est nata, nunc gemere addecet.
Ch Sed quoia ad hanc rem est vsus infelix manu?
Te Sua ipse dextra, vt res docet. quod & quidem
Hærens, humoq; fixus ensis arguit.

III. Stropha VIII.

Ch Heu miserum casum.
Tene cruenta si
Amicorum carens?
Egone eo vsq; stipes: ego
Ita negligens fui huius?
Hic, hic
Pernicus, atq; sui
Iacet ominis Aiax.
Te Nefas videre verum ego isthoc pallio
Totum obuolutum corpus amicto obtegam.
Nanq; illum, amicus si quis est, contra obtui
Non queat anhelis follicantem naribus,

Et ex cruento vulnere atrum sanguinem.
Heu misera, quid agam? quis te amicorum efferet?
Vbi Teucer? adesset, si quidem adesset, tempori,
Sui cadauer fratris vt componeret.
Qualis vir Aiax, qualiter miser iaces,
Miserandum & ipsis hostibus spectaculum.

I. Antistropha. XIII.

Labore ergo improbo
Volneras, miseriis-
-que fungier, & quidem
Functus es. vsq; adeo
Mihi talia
Perdius acri animo
Gemendo signa iam dabas
Hostifica, & pernox
Erga Atridas duces.
Ea fuit, ea labis
Princeps dies: quæ dedit
Indicium acre vir-
-tutis & ergo Achillis arma tradidit.
Te Eheu.
Ch Generosa cura penita transit viscera.
Te Eheu.
Ch Nil mirum &, iterum, mulier, eiularier,
Orbata tali quæ modo careas viro.
Te Opinio ad te, sensus ad me pertinet.
Ch Fatemur.
Te O gnate: quod nos seruitutis nunc manet
Iugum? quibusve premimur insesoribus?

II. Antistropha V.

Ch Ah geminum sensi
Te facta profari
Nefanda imperato-
-rum huic magno malo.
Sed repellat Deus.

Te

Te Non accidissent hæc Deis nolentibus.
Ch Sed mole nimium nos graui premunt mali.
Te Tales ruinas creta Jupremo Ioue
Minerua Vlyssis sæua molitur vicem.

III. Antistropha VIII.

Ch Quam tacite secum
Mente dolosa vir
Renidens, obstrepens
Cachinnat, & super domini
Rabie, & furore ridet.
Heu, heu.
Tum autem & vbi audierint hæc
Duces duo Atrida.
Te Atqui cachinnent, hominis insultent malis.
Fortasis &, si viuo honorem non dabant,
Flebunt peremptum Martio in discrimine.
Nanq; homo sinistra mente possessum bonum
Nunquam prius percipere, quam amisit, solet.
Mors eius illis dulcior, grauior mihi,
Ipsi suauis: nanq; habet quorum arserat
Amore, mortem, cuius expetens fuit.
Ch Quid vero in illum riserint tantum? neq;
Occubuit illis ille: non: verum Deis.
Ad hæc Vlysses perperam ergo rideat.
Iudicio eorum periit Aiax: at meo
Defunctus abiit lacrymis & luctibus.
Teu Heu, heu.
Ch Audita Teucri vox, mihi vt videor: tace.
Porro quirit.it carmen affine huic malo.
Teu O frater Aiax, o mihi carum caput.
Itane alea omnis iacta. vt omnes autumant?
Ch Actum est, viri ille, quod scias, Teucre, occidit.
Teu O asperam. grauemq; fortunam meam.
Ch Vt nata res est. Teu. Heu ego miser, miser.
Ch Plane gemendum est. Teu. O grauissimum malum.

Ch Hoc,

Ch Hoc, Teucre, verum est. Te. Heu miser. quid? filius
Illius in quo Troadis situs loco est?
Ch Ellum intus. Teu. Illum quam potest celerrume
Huc intus educ. ne quis vt catulum vnicum
Orba leana maleuolus rapere occupet.
Abi: moue te: curre. nam tacentibus
Omnes student se mortuis illudere.
Ch Sed adhuc & idem vitus illi sedulo
Curare tibi mandauit, vt curas quidem.
Teu O omnium vnquam, quæ quidem oculis viderim,
Spectaculum horridissumum & grauissumum.
O prater omnes, quas profectus sum antehac,
Ladens meum cor maxume hæc profectio,
Postquam tua, Aiax, mortis atrum nuntium
Sensi, insequens cuncta, atq; vestigans cate.
Nam citus Achiuum castra peruolgauerat
Te iam periisse rumor, vt Dei, frequens.
Qua cum miser longinquus audirem procul,
Absens gemebam: nunc videns pereo male.
Me miserum.
Velum aufer, omne vt quicquid est, videam malum.
O dira species perpetrata atrociter,
Quot corde curas obserens moreris, mihi?
Quæ nunc adibo regna? quos homines petam?
Cui non tua in re crepera, amice, inuerim?
Telamon meus, tuusque communis pater
Latus me, & hilari fronte reducem scilicet
Sine te recipiet? quippini qui vel neq;
In re secunda gaudio diffunditur?
Cuinam ille dicto parcet, aut conuitio?
Me spurium, & ipsa bellica præda satum
Ignauiane mentis, an metu, an dolo
Te prodidisse, frater Aiax, vt tuas
Domos, & omnem possiderem habentiam.

Talia ſeuerus perperam profabitur
Aſper ſenecta, iurgys atrox homo.
Solo paterno eliminabor deniq;
Sermone patris ſeruus, & liber tamen.
Et hæc quidem domi. aſt me in aruis Troicis
Odere multi, ſed fauent pauciſſimi.
Iſthunc q; fructum morte percipio tua.
Peri; quid ergo? quomodo te, inquam, exnam
Diriſſimo iſthoc enſe? ſub quali heu tibi
Carnifice vita peryit Hector deniq;
Necne ſciebas, te peremit mortuus.
Videte caſus per Deos duum virum.
Illo, quod Aiax munerarat, balteo
Traiectus Hectore curulibus rotis,
Raptatus vſq; eſt donicum expiraſceret.
Contra iſte capiens munus illius manu,
Incubuit illi, morte peſſima cadens.
Mirum, ni vtrunq; munus, enſem hunc ſcilicet
Furia, & id Orcus fabricarit balteum.
Ego cenſeo iſta, & talia pleraque omnia
Deos ſupremos in homines molirier.
Diuerſa ſed qui ſentit, aut alia omnia,
Sententia ſua ſtet ille, ego mea.
Ch Orationem comprime, atque vt hunc virum
Mandes ſepulchro, quidve dicas, prouide.
Adeſt parum vir æquus: & forte aduenit,
Vtpote malignus, noſtra vt inſultet mala.
Teu Quis eſt, ab ipſo quem vides exercitu?
Ch Menelaus: is, cui claſſis iſta militat.
Teu Video: propinquus cum ſit, agnoſci poteſt.
Me Heus te volo: iſtud manibus eſſerus cane
Tuis cadauer: verum vt eſt, miſſum face.
Teu Quoia iſta verba funditaſti gratia?
Me Viſum mihi, & cui paret ipſe exercitus.

Teu

Teu Quod nomen isti rei prætexitur?
Me Quod quem putaui eduxe patria domo
Amicum Achinis, auxily fidissimi,
Deprensus ille Phrygibus est inimicior.
Totis statuis nanq; moliens necem
Impressionem nocte, vt occidat, facit.
Quod ni Deum aliquis impetum intercepset hunc,
Omnes ad vnum nos quidem illius vicem
Internecino funere expositi illico
Essemus, ast is viueret. verum Deus
Hominis furorem auertit in pecua, & greges.
Nemo ergo tantis viribus pollens homo
Existat, illum condere vt tumulo audeat.
Proiectus etenim flaua arena littore
Circummarinis pabulum alitibus fuat.
Ne ad hæc superbos tolle nimium spiritus.
Nam si manus nil potuit in viuum mea,
In mortuum ergo poterit: etiam ingratijs
Vim faciam vbi is se comparare noluit,
Precepta viuus vt capesseret mea.
Quanquam illud animi est improbi, cum plebs homo
Parere nil se postulat melioribus.
Nam sancta iura perperam ac leges vigent
In vrbe, cui non constat obsequij modus.
Exercitiq; nulla sunt moderamina,
Cui nulla vis est nec pudoris nec metus.
Sed si quis vsquam est mole crementa artuum,
Is ruere sese speret & minimo malo.
Nam qui timoris & pudoris compos est,
Hunc posse spera sospitem consistere.
Sed vbi licentia omnis est iniuria:
Tunc & statum vrbis post modo tandem illius
Cursu e secundo pessum iturum existima.
Tamen timoris & mihi constet modus.

Nec est, quod vbi quid egerim, vt mihi sit bene
Non & rependam tantidem, vt mihi sit male.
Vicissitates hæc habent iste antea
Fastu tumebat: nunc ego fastus gero.
Ita funerare hunc opere maxumo veto,
Ne & ipse, dum istum funeras, funus fuas.
Ch. Menelae, ne post dicta sapienter tua
Videaris ipse iniuriosus mortuis.
Teu. Nil mirum, amici, si quid errare assolent
Homines nec vllis incluti natalibus.
Quandoquidem & errant talibus verbis viri
Propage celebres, atque nobiles domi.
Primum hoc mihi inque, dicis isthuc te virum
Adduxe, Achiuis socius armorum vt foret?
Non ipse per se venit, imperio suo?
Tunc imperator eius es, qui gentibus,
Quibus fuit dux ille, nullus imperas.
Non noster es dux ipse, sed Spartæ imperas.
Nec est quod id sit attributum ius tibi,
Vt imperares potius ei, quam vt is tibi
Obnoxius, non imperator omnium.
Venisti, vt Aiacem obsequi tibi postules.
Quorum ipse rex es, hos rege: imperia in eos
Magnidicus inhibe grauia. ego hunc, seu tu vetas,
Seu prætor alius, rite tandem & ordine
Condam sepulchro nil tuas veritus minas.
Non fœminæ tuæ ergo is huc profectus est,
Vt grauibus auctorata gens periculis,
Sed obsacratum ius, Iouisq; sagmina,
Non ob te: vt qui & nihili inanes penderet.
Stipare ad ista plurimis præconibus,
Nec non duce ipso: tu strepens nil me moues.
Per me quidem tibi esse eum, qui scis, licet.
Me. Periculosum est talia in malis loqui.

Teu

Teu Acerba, quæ non æqua, verba vellicant.
Me Et gloriari plurimum arcitenens solet.
Teu Illiberalem non enim artem exerceo.
Me Si scutum haberes, gloriares scilicet.
Teu Congrediar, etsi velis, armato tibi.
Me Quam pascit acres lingua spiritus tua.
Teu Fiducia aqui tollere animos fas mihi.
Me Fas nempe & illum me perempto viuere?
Teu Huic perempto? viuis ergo mortuus.
Me Me iospitarunt numina: huic vero occidi.
Teu Diis iospitatus ergo ne temnas Deos.
Me Egon' supremas temnerem leges Deum?
Teu Ita si vetares mortuos tumularier.
Me Meos veto hostes ipse: non enim addecet.
Teu Vnquam tibi Aiax pectore aduorso obstitit?
Me Fuit hostis hosti. quod tibi & gnarum fuit.
Teu Nam quem dolojo clepseris iuiragio..
Me Hac arbitrorum lata culpa, non mea.
Teu Perplura fraude fraudus es volens mala.
Me Alicuius animum pungit hac oratio.
Teu Non tam, vt videtur, quam te ego pungam mea.
Me Vnum eloquar. tumulandus hic nullo modo est.
Teu Audi vicissim & tuistud: hunc tumulabimus.
Me Vidi tolutiloquente lingua præditum,
Qui nauigare suasset insano mari,
Stupere eundem, quando tempestas eum
Turbaret, ac sese inuolutum pallijs
Cuiuis terendum calce vectori dare.
Sed te, impetumq; incicurem linguæ tua,
E nube parua magna tempestas ruens
Restinguet, & clamore compescet graui.
Teu Ego autem inanem & perperum vidi virum.
Aliena propter insolescentem mala.
Quem cum videret moribus quidam mihi,

Formaq; similis, talibus præsens mihi:
Amice, ne sis mortuis iniurius.
Aliter manet te, me vide, infortunium.
Istis monebat nullum rei virum.
Quin tueor illum. non is alius, vt reor,
Fuerit, nisi tu, nonne colleci bene?
Me Abscedo. nam qua turpitudo, velle eum
Sermone castigare, qui cogi potest?
Teu Abscede, nam quam turpe & inhonestum est mihi,
Attendere homini effutienti inania?
Ch Atrox litis certamen erit.
Quantum potis es, propera Teucer,
Fossamq; cauam citus huic cura.
Vbi perpetua celebrem cunctis
Tumulum cum laude tenebit.
Teu At ecce præsto tempori adsunt proxume
Et gnatus huius atque particeps tori,
Vt exequantur rite funus mortui.
O puer, adesdum. age accidas supplex patri,
Qui te in supernas lucis oras edidit:
Illi assideq; suppliciter, & manibus tene
Meas, & huius, & tuas itidem comas,
Supplicia velamenta. quod si exerciti
Quidam aggredi tur mortuo te auellere.
Tollatur insepultus e medio malez
Et eruatur genere toto stirpitus,
Qualiter ego istum præsico crinem manu.
Puer, tene illum: serua, habe. nec te statu
Demoueat aliquis: ast inhære huic accidens,
Nec, o sodales, pro viris muliebriter
Vos gerite: sed iuuate, donec venero
Tumulum huic procurans, nullus id sinat licet.

Stropha VII.

Ch Reciprocifuga temporis ætas

Nume-

Numeroſiq; volumen anni,
Quando deſinet miſeri
Tot erumnas belli
Nobis duplicans
Reſidem ad Troiam, Troiam inquam,
Probrum maculamq; Græcorum?

Antiſtropha VII.

Vtinam is, vtinam in etheris eras
Prius, ipſum aut penetraſſet orcum,
Quiſquis vnquam funerea
In Argivos primus
Belli arma tulit,
Criminum heu caput omnium.
Is nanq; homines trucidauit,

II. Stropha XI.

Is corollarum epulas,
Dulceq; delenifici
Omne meri proluuium idem,
Idemque ſonos flexanimos
Abſtulit: is noctiuaga
Furta voluptatum amoris,
Amoreſq; abolenit. heu, heu.
Nunc hic iaceo otioſus,
Aqua pluuio caput
Rore madens, iniqua Tra-
-ia monumenta.

II. Antiſtropha XI.

Ante mihi noctipetas
Inſidias propulerat,
Atq; ſagittas ferus Aiax.
Nunc ipſe iacet luctifica
Sorte. quis ergo mihi amor,
Quave voluptas placebit?
Vti eſſem, o vtinam eſſem, vbi vndu
Rupes lauitur marina

Sub æquore Sunij:
Alloquerer sacras vti
Tutus Athenas.

ACTVS QVINTVS.

Teu Pedem citani, cum viderem Agamemnonem
Ducem huc nec æquis incitatum passibus.
Sinistra quadam velle pra se fert loqui.
Ag Tune ille, quem superba dicta, & assera
Impune dixe ferunt in nostrum caput?
Tibi dico, apta matris ancilla genus.
Ingenua quod si sustulisset te parens,
Quantum tumeres, teq; celsum attolleres,
Cum litiges nulla re, homo nullius rei?
Venisse nec nos classi rectores, neq;
Duces Achiuum, iureiurando autumas.
Sed iuris Aiax, vt probas, venit sui:
An ista tua est dicta seruos proloqui?
Quis ille, cui tu, tanta vociferans, studes?
Quo contulit pedem, vbi steterit, vbi & non ego?
An præter illum, nullum habent Græci virum?
Ergo. vt videmur, iniqua promulgauimus
Armorum Achillis publice certamina,
Si Teucer & nos ore conuincit malos:
Nec sat probantur illa ne victis quidem,
Hæc stare, qua tot censuere iudices:
Verum probris nos vndiq; incillabitis,
Furtim aut petetis, impotes victoriæ.
Istis ab animis moribusq; eimodi
Nunquam auferetur legibus suus status,
Si exigemus iure vincentes loco,
Et postputandos ante collocabimus.
Sed comprimenda hæc non lacertosi viri,
Vastoq; virium impetu, y tutissimi.
Sed vbiq; vincunt, mente qui sana gluent.

Flagra

Flagro admonentur pollulo glebarij
Validi triones rectum itiner insistere,
Cui generis in te remedium video cito
Expetere, ni te sapere postules bene.
Qui natus illo, qui umbra inanis, non vir est,
Gestis petulce, loqueris & proteruiter.
Non sapere disces? non tuorum conscius
Natalium, hominem liberum adduces mihi,
Orationem qui dabit tuam vicem?
Nam te loquente dicta me incertant tua,
Vt qui loquelam barbaram haud intellegam.
Ch Vtriq; vestrum Dij bonam mentem duint.
Nil melius, e re quod sit amborum, precer.
Teu Heu quam citatim mortuorum gratia
Ingrata cedit, atq; partes deserit.
Si quidem hic nec etiam ob parua dictu munia
Meminit tui, Aiax: cuius olim gratia
Tuo periclo tot pericla exhauseras.
Sed omnis iste fluxit ingratus labos.
O proloquute perpera, atq; inania:
Oblitus adeo es, quando nos in prælio
Periculosis impeditos casibus,
Nulla salutis spe, atq; versos in fugam
Eripuit iste vos suo aduentu: foris
Cum fureret ardens ignis in naualibus,
Flammis adultus, inq; classem nauticam
Irrueret Hector varicans vallum impete.
Quis hæc repressit? non is est, qui fecit hæc,
Quem contulisse nusquam pedem autumas?
Veron' is ille fecit hæc, & sedulo?
Cum nec vocatus, sorte sed ductus manum
Conseruit, acri comparatus Hectori.
Nec enim fugacem secerat sorticulam
Glebæ madentis vber, ast qua primitus

Educta caßide impetum citasceret.
Hac ille fecit, atq; ego vna interfui,
Ego seruus, atq; matre barbara editus.
Hac verba, stulte cum strepis, quo respicis?
Nescis, tui qui prosator patris fuit,
Pelops vetustus, eum fuisse barbarum?
Tuum satorem autem Atreum sacerrumum
Fratri vorandos apposisse liberos?
Te mater autem Cressa protulit, suus
Quam deprehendit cum viro alieno pater,
Mutisq; iecit pabulum natantibus.
Taline talis obucis genus mihi?
Te lamone qui sum patre prognatus, meam
Qui premium virtutis ex exercitu
Habuit parentem concubinam: regio
E stirpe Laomedontis: eximiamq; ei
Preda olim ab omni munerauit Hercules?
Ergo optumus, duobus optimatibus
Satus dehonesto generis auctores mei,
Quos insepultos, in laboribus sitos
Istis, repellis: nec pudet iactantia?
Sed certus esto, si virum hunc repellitis,
Omnino nos tres & simul repellitis.
Nam pro hoc mihi periclitanti, nobilem
Oppetere mortem melius est, quam pro tua
Vxore: quam pro fratre germano tuo,
Ad ista, cura non meam rem, sed tuam.
Si noxis aliqua re mihi, ignauißumus
Fortaße malis esse, quam audacissumus.
Ch Adesse, Vlysse, te putato temperi,
Nisi hos neuis dirimere, sed committere.
Vl Quid est, amici? vox Atridarum procul
Super hoc valente mortuo mihi accidit.
Ag An non, Vlysse, verba dictu infamia,

Et probra ab isto nuper exaudiuimus?
Vl Qua probra? culpam haud commeret, me iudice,
Si quis male audienda, respondet male.
Ag Male audijt: nanq; ille me affecit male.
Vl Affecit adeon' vt tibi siet male?
Ag Nam qui insepultum se hoc omissurum neget
Cadauer, vt non tumulet iniussu meo.
Vl Licet ne amico proloqui verum tibi
Tua haud minore, quam prius, cum gratia?
Ag Licet nam & esset cateroqui iniurius:
Præcipuum amicum cum te in Argiuis putem.
Vl Audi. per ego te cælites, ne proiici
Virum insepultum hunc siris inclementius,
Nec eo vsque te ody prouehat licentia,
Vt omne iusq; fasque prosubigas pede.
Mihi omnium ille pessume infensus fuit,
Ex quo arma Achilli lite nostra eripuimus.
Sed tamen ego illum tam male animatum mihi
Non vsque uauci fecerim, quin omnium
Illum virorum, post Achillem, accerrumum,
Quicunque Troiam accesimus, vocauerim.
Vt flocci & illum facere, causse non siet.
Nam non viro illi, sed Deorum legibus
Iniurius sis. cæterum virum bonum
Inceßere haud ius mortuum, licet oderis.
Ag Hæc isto, Vlysse, pro viro iurgas mihi?
Vl Plane sed odi, odisse cum licuit mihi.
Ag Non & iacenti te quoque insultare fas?
Vl Inhonesta, Atrida, lucra ne placeant tibi.
Ag Vbique regem colere pietatem haud facil.
Vl Scitum est, amicis gerere, nomen & obsequi.
Ag Parere oportet regibus virum bonum.
Vl Quiesce. victus ore victisti tuo.
Ag Memento, quali gratiam hanc conferas viro.

Vl Fuit

Vl Fuit mihi hostilis ille, sed fortis tamen.
Ag Quid fiet, vbi sic mortuo hosti honorem habes?
Vl Virtus mouet me, quam simultates, magis.
Ag Sunt, qui solent hac facere, vecordes viri.
Vl At, qui boni fuere, post fiunt mali.
Ag Tales amicos esse postules tibi?
Vl Non laudo duram mentem, & intractabilem.
Ag Tu nos probabis hoc die ignauissimos.
Vl At nos tu Achiuis omnibus iustissimos.
Ag Iubetis, istud funus exequi sinam?
Vl Iubemus. idem nam manet nos exitus.
Ag Vt rebus homines omnibus satagunt sui.
Vl Cuiusne potius, quam mei, satagerim?
Ag Ita vt tuum hoc sit, non meum quicquid est rei.
Vl Omnino, vtrumuis feceris, bene feceris.
Ag Verum mihi istud autumanti, ereduas:
Vel maius isto munus attribuam tibi.
At vel sepulchro affectus, inimicus mihi
Erit iste, tu fac omne, quod facto est opus.
Ch Quicunque, Vlysse, sapere te non dixerit
Talem virum, & tantum, ille vero desipit.
Vl At ego interim praedico Teucrum in posterum
Tantum paratum amare me, quantum oderam.
Meamque opem isti funerando conferam,
Meum laborem: nilq; omittam, quod viris
Praestare cunctos addecet fortissimis.
Tu Generose Vlysse, & omnia hac dixti bene,
Et laudo, quanquam me fefellisti spe.
Nam qui huic Achiuum olim omnium inimicissimus,
Iuuisti amice solus hunc, & mortuo
Viuus iacenti noluisti illudere,
Vt ille vecors imperator, ac leuis:
Ipse, inquam, & alter frater, illum proiici
Studuere lacerandum insepultum, inconditum.

Qui

Qui illos Olympi rector huius Iuppiter,
Diras, memores, atq; perfica vltio,
Lacerandum vti iustum proyci immerito virum
Studuere, ita omnes perduint malos male.
Sed, o propages clara Laerta senis,
Non iuerim te funus hoc contingere,
Vt nequid axim mortuo huic ingratijs.
Quod potes, in alijs nos iuua. & si quem exercitij
Abducere animo est, me lubente feceris.
Ego apparatum cætera tibo. te interim
In nos fuisse memineris munem virum.
Vl Velim quidem. at si munia ista me exequi
Tibi non amicum est, laudo consilium. vale.
Teu. Sat. tempus enim iam multum agitur.
Sed fossam pars, ite, capacem
Properate manu. pars tripes autem
Et lustralibus vndis tepidum
Ponite labrum: pars vna domo
Efferat intus duri insignia
Arma duelli.
Sed tu, quantum potes, alme puer,
Patrios artus mecum amplexus.
Attolle, lena. nanq; cruoris
Salientis adhuc tepidi tullu
Efflant, agesis, quisquis amicus
Ades hic præsens, propera, curre.
Impende viro forti officium.
Ac nemo quidem, queis loquor, horum
Aiace fuit melior vir.
Ch. Quam multa viris licet expertis
Temere discere. sed inexpertus
Præsagus nemo futuri est.

IOSEPHI

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. AD Veronam.

Ocelle mundi, sidus Itali cæli,
Flos vrbium, flos, corculumque amœnarum,
Quot sunt, eruntve, quot fuere, Veronæ
Brenni smaragde, transpadane berylle,
Gallorum iaspis, margarite Benaci:
Apex supremus elegantiæ rerum,
Et meta summa, Dedaleque naturæ.
Quam fronte prona fascibusque submissis
Vrbes adorent, & lubenter agnoscant
Sublime maiestatis arduæ lumen,
Nisi orba lucis viueres salutisque,
Iniuriosa seruitute prædonum,
Qui nidulantur Adriaticis stagnis,
Et inde semper imminent nouæ prædæ,
Thetidis nepotes, & Salaciæ cines:
Heu Spartacorum traduces venenati:
Heu transfigurarum tot propagines sacra,
Et perditorum seges adulta latronum,
Queis summa laus est possidere de rapto,
Peculium fecisse de malo, virtus.
Quorum vrbs abatris quantacunque, quæcunque est,
Isaurica sodalitate, piratis
Conflata: ab atris aucta, fota piratis,
Auget, fouetque nunc amica piratas:
Taberna sceleris, officina Cyclopum,
Intus recondens copiam improbæ mercis,
Dolique acernos, flagitique thesauros:

Erga-

Ergastulum cruoris, & venenorum.
Vbi maxima mercede sanguinum seruit
Propola toxici, institor mali succi:
Tum quisquis & clam, non palam nefas audet,
Sicariusque, qui palam nefas audet.
Nam lictor audax, publicusque grassator,
Cumque horrido lanista speculatore,
Turpi fide auctoratus, & sacramento,
Stipendiorum spe superbit, & sumit
A crimine animos, a licentia ferrum.
Vbi peierator, atque funerum manceps,
Sociique capitis atque sanguinis sector
Ciuis, suorum triste praestinat letum.
Quocunque precio, quot licent, amicorum.
Cui nulla iusto vrbs Marte cessit, aut bello.
Sed quali ahena claustra moliebatur
Arte, & seras Philippus vrbium, & vectes.
Hac propter ipso est in mari sita, vt magnus
Piscetur vrbes vndique aureo rete.
O Diua, nam quae vorticosa tempestas?
Quis turbo? quae aestuantis aura fortunae
Te mutat aliam, quisve casus affligit?
Quae tristis, expes, cassa lucis, atrata,
Squallentis obsoleta sordibus luctus
Moeres, vt orba, quae flet vnicum mater?
Regina tot rerum, & tot vrbium princeps,
Vbi tuorum est lux vetusta sceptrorum,
Et aureo splendore fulta maiestas?
Totoque maior orbe, par polo fastus?
Illique magni gloria tua fasces?
Vbi Quirites heu tui, tui ciues,
Delecta pubes, flosculus iuuentutis?
Vbi diui alumni principes, Iouis semen,
Proceres beati, debitum genus cælo,

Ἔλπεται. εὐκτεάνου δὲ ἀτέμβεται οὔποτε λείης.
Καί ἑ γυνὴ πρόφρασσα φιλοφροσύνῃσι νόοιο
Οὐ κακὸν ἀλλ' ἐσθλόν τι ἀμείβεται ἤματα πάντα.
Ἥ τε μετερχομένη τῶν ἐν φρεσὶν ᾗσι μενοινᾷ,
Ἢ λίνον, ἢ ἔριον φιλερίθοις χερσὶ πονεύει
Τηλόθι δ' οἱ βιότοιο πορίζεται ἤϊα πάντα,
Οἷά τις ἐμπεράμου φιλοκερδέος ὠκυάλη νηῦς.
Καὶ γὰρ ἐρημολεχὴς κοίτης ἄγχαυρον ἀνέστη
Ἐννυχίη, ἀταλοὺς μαλοεικέος ὄφρα κορέσσῃ
Υἱέας ἁρμαλιῆς, καὶ δμωΐδας ἔνδον ἐρίθους.
Καὶ τινά που πυκινῇσι προμηθείαις ὀρόωσα
Ἀγροῦ συγχόρτοιο τιτύσκεται ὀργάδα γαίην.
Ἐκ δέ μιν ἐργολαβεῖ, φίτυσέ τε θέσκελον ὄρχον,
Θειλόπεδον ἐριθηλὲς ἑοῖς κομέουσα πόνοισι.
Ἀν δὲ μὲν ὀτραλέη ἐζώσατο εὔστολον ὀσφύν.
Ἀν δὲ πόνῳ κάρτυνε βραχίονα καρτερόμοχθον,
Οὐδ' ἧς ἐμπορίης χρηστὴν ἐπιμέμφεται αἶσαν.
Ἀμφοτέρῃσιν ἔμαρψεν ἀτρακτίδα τ' ἠλακάτην τε,
Ἠλακάτην λαιῇ, καὶ ἀτρακτίδα δεξιτέρῃφι.
Λιμαλέοις, πενιχροῖς τε ὑπείρεχε χεῖρα βοηθὸν,
Λιμαλέοις θρέπτειρα, πενιχροῖς ὀλβοδότειρα.
Πάντα οἱ ἐν μεγάροις ἐϋτύκτοις νήπια τέκνα
Οὔτ' ὄθεται βορέαο δυσαέος οὔτε ἀτύχθη
Ψυχροβύλου νιφάδος ῥιπῆς δυσπέμφελον ἦμαρ.
Οὐδὲ πόνων συνέταιρος ἐν ὄρφνῃ λύχνος ἀπέσβη.
Διπλοΐδας γὰρ πάντες ἐπαλέας ἀμφιέννυται.
Καί οἱ ἅλις γλαφυραῖς χηλοῖς ἔνι σιγαλόεντα
Πορφυρέοισι τάπησιν ἐπήτριμα ῥήγεα κεῖται.

Πᾶσιν ἀριστογάμοιο περικλυτὸς ἀνδρὸς ἀκουὴ
Ἡ μένου εἰν ἀγορῇ πολιοῖς παρὰ δημογέρουσι.
Ἡ δὲ παλιμπράτῃσιν ἀφ' ὧν κάμε χερσὶν ἐῇσι
Δαιδαλόεν ἑανὸν ζωστῆρά τε πέρνατο κεστόν.
Πάντα δὲ τιμήεντα, καὶ ἄρτια φάρε' ἕεστο.
Οὔτε ἐνὶ κραδίῃ ἐμπάζεται αὔριον ἦμαρ.
Ἦ καὶ ἀπὸ στόματος νημερτέ' ἀμύμονος αὐδῆς
Ἰθύνει σοφίην, καὶ θεσμὸν ἀγάνορα πειθοῦς.
Πάντα δ' ἐπεντύνουσα ἐπαρτέα ἔνδον ἐν οἴκῳ,
Οὔτι μεθημοσύνῃσιν ἑὸν βίον ἀργὸν ἀέξει.
Τόῤῥα μιν εὐθύφρων τε ἀνὴρ, καὶ παῖδες ἀγαυοὶ
Σεμνοῖς δειδίσκοντο παρηγορέοντες ἔπεσσι,
Δῖα γύναι, πολλαὶ μὲν ἀριστεύσαντο κατ' αἶσαν
Ἡλικίδες· σὺ δ' ὑπείρεχες ἔξοχα πασέων.
Τηΰσιον μορφὴ, πανετώσιον ἔπλετο κάλλος·
Θεοσεβέος δὲ γυναικὸς ἐτήτυμος αἶνος ἐτύχθη.
Δεῦτ' ἄγε εὐύμνοις μιν ἀμείψατε πάντες ἀοιδαῖς,
Ὄφρα μιν εἰν ἀγορῇ κλείῃ ἐὰ θέσκελα ἔργα.

Ἡρώων παῖδες κάκ' ἐλέγχεα. τοῦτ' ἀρ' ἀληθῶς,
Ὅστις ἀφ' Ἑλλάνων εἶπε παροιμιάων.
Οὐχ ὁράας ὡς παῖς μέγ' ἀριστεύσαντι πεφύκει
Γύννις ὅδ', ὡς πινυτῷ φωτὶ χαλιφρονέων;
Δράστῃ ἀμβολιεργὸς; ἀπαυδήμων ταλαεργῷ;
Τακτῷ ἀκοσμόβιος; σύμφρον' ἀκαιροβόας;
Σεμνῷ ἀτιμόγελως; καὶ μαψιλάκης ἐχεμύθῳ;
Τῷ τε γαληνοφαεὶ σκυθρομετωπονεφής;
Τῷ ῥαδινοῖς μελέεσσιν ἀρηρότι, γαστρὸς ἐφολκὶς,
Ἅτε βαθύκναμος, καὶ πλατύποις πιθάχνα;

Ἡρώων

Ἡρώων παῖδες λῶβαι. τί κε θαμβήσαιμεν,
Εἰ χ' ἥρως λώβαν τόνδ' ἀνέφυσε πατήρ;

Τεύχε' ἐπαλλοτριβῆ, πυρικύμονος ἔμπορα τέχνης,
Χαλκὸς μὲν λιθότριψ; χαλκοτριβής τε λίθος;
Καὶ τάδε θειοβαφῆ φέγγους θηρήμονα κάρφεα,
Καὶ φλογὸς ἁρπαλέης τοῦτ' ἀλιβὲς δέλεαρ,
Καὶ σὺ φιλαγρύπνοιο συνίστωρ λύχνε μερίμνης,
Νυκτιφαὲς πινυτῆς ὄμμα περιφροσύνης,
Χαίρετέ μοι. τότε γὰρ πολλὴ χάρις ἔσσεται ὑμέων,
Ὅττε μάχης, καὶ Ἄρευς ἔσσεται οὐδεμίη.

Idem Latine.

Arma suo attritu excudendis ignibus apta,
Quodq; terit ferrum, qui teriturque silex:
Et quod sulfureum venatur lumina lignum:
Vstilis &, celeri quæ perit esca rogo:
Tuq; mihi vigilis studiorum conscia curæ,
Illustrans noctes parca lucerna meas:
Ite procul: vestri vsus erit vel maximus olim,
Si neque bellorum, si neq; Martis erit.

In Aquas caldas Bearnensis principatus ad Pyreneos.

Aspice quanta, quibus vitijs, quibus obsita morbis
Turba, diu lenta decolor ora lue,
Per rigidas cautes, & inhospita Tesca Pyrenes,
Tesca, vel humano vix adeunda pede:
Pæonij laticis vastis obsessa ruinis
Dona petit. tanti posse valere putat:
Vt pene ipsius vitæ discrimine vita,
Vtque ipsa constet pene salute salus.
Ergo difficilem quæstum Natura salutis
Non sine difficili parca labore dedit.

Illa salutiferum thesaurum hoc carcere sepsit,
Carius vt scires esse salute nihil.

Idem Græce.

Πόσσος ὄχλος, πόσσῃσιν ἀρημένος ἅψεα νούσοις,
Καὶ λύμαις χροιῆς ἄνθος ἀμειψάμενος,
Ἀν ςυφέλους κνημοὺς, ἀν' ἀπανθρώποιο Πυρήνης
Ὄκριας ἀνδρομέοις ἴχνεσιν ἀςιβέας,
Τὸν πότον ἀλθήεντα μετέρχεται ἀμφὶς ἐν ὄχθοις
Εἰργόμενον. τόσσου μὴ νοσέειν πρίαται,
Ὥςε μάλα πρό τε τῆς ὑγιείης τὴν ὑγίειαν
Ἀντιπαραῤῥιπτεῖν, τόν τε βίον πρὸ βίου.
Ἦρα φύσις πάλαι ἀργαλέην κομιδὴν βιότοιο
Φεισαμένη καμάτῳ θῆκεν ἐπ' ἀργαλέῳ.
Ζωαρκὲς δὲ τόσῃ κειμήλιον ἄμφεπεν εἱρκτῇ.
Ὀῤῥ' οὐδὲν ζωῆς κτῆμα περισσότερον.

Idem Iambis Tragicis.

Πόσος, πόσαισιν ὄχλος ἐμπλακεὶς νόσοις,
Ποίαις ἀλύων γυῖα συντρόφοις δύαις,
Καὶ δυσπροσώπω βλέμμα χαλκαίνων χροᾷ,
Διὰ τῶν ἐρήμων, τῶν δυσαμβάτων βροτοῖς
Στιφρᾶς Πυρήνης θηροδεγμόνων πάγων
Κόλποις φαράγγων ἐγκρυβέντα τῶν πόνων
Ἀλεξιτῆρα, τὴν βιοςαγῆ πότον
Διζεῖ. τοσαύτης προικὸς αἱρεῖ μὴ νοσεῖν,
Ὥςε ἀσφαλείας ἄντι κινδυνεύται.
Βίον τε θηρῶν τοῦ βίου μὴ φείδεται.
Ἀνόσου δ' ἀρωγῆς θῆκεν ἡ φύσις πόρον
Τὸν δυσπόριςον ἐν τρόποις ἀμηχάνοις.
Ὡς δ' ἔςιν εἱρκταῖς πλοῦτος ὑγιείας ὅδε

Τοσοῦτος

Τοσοῦτος ἐν τόσαισιν ἐγκεκλεισμένος,
Ὡς οὐδὲν αὐτῆ χρῆμα τιμαλφέστερον.

Ad Brissantellum, & F. Christianum.

Ὦ δισσὰ φιλίας ἐντελοῦς ἀγάλματα,
Σύ μοι μὲν ἄρτι, σὺ δὲ δὴ χρόνου φανεὶς
Χαίροιτ' ἂν ἄμφω πρῶτα φιλτάτων ἐμοὶ,
Ἔναυλον οἰκούρημα τῆ ἐμῆς φρενὸς,
Δισώματόν τε τῆ μιᾶς ψυχῆς ζύγος,
Χαίροιτ' ἄν. ὡς ὑμᾶς μὲν ἀσπαστῶς χρόνῳ
Παρὼν ἀπόντας κοὐκ ἰδὼν προσπτύσσομαι,
Μνήμης ἐναργὲς ψηλάφημα τῆ ἐμῆς.
Ἐξαίρετ' ἄμφω δ' ἔξοχ' αἰτοῦμαι, σὲ μὲν
Χάρισμα Βρισσάντελλε σῆς παρουσίας,
Σὲ δ' αὖτε, Χριστιανὲ, φίλτατον κάρα
Χαλδαϊκοῦ λειμῶνος ἀνθεμοβρυὲς,
Ἁδρόν τε θησαύρισμα Μουστῆρος σοφοῦ,
Μελισσομίμοις ἐκλογαῖς ἀκρόδροπον.
Ὡς ἐμέ γ' ἀνάγκη τῷδε πρωτεῦσαι φίλων,
Εἰ καὶ φίλων πρώτευμα σοὶ πάντων ἐγώ.

Οὐ σκόπον εὐμαθίης νημερτέα πουλυμαθείη
Ἔλλαχεν, οὐδὲ νόου δόξαν ἀδηλογίη.
Ὃς γὰρ ἀμετροεπὴς ἀνεμοτρεφὲς αἰὲν οἴημα
Αἰόλλει, κούφοις πηδαλίοισι νόου,
Πάντας ὑποβλήδην λαβρηγορίαις. ὑποτέμνων,
Οὐδὲ τέκμωρ μανίης οἶδεν ἀπειρολάλου,
Τοῦτον ἐπισπέρχουσ' ἀεσίφρονα θουρὰς ἀέλλη
Ῥίψε δοκησισόφου μήτεος εἰς σκοπέλους.

Ὅς δ' αὖ πηδαλίμου ψυχῆς οἴηκα νωμᾷ
Εὐχερέϊ πραπίδων πείθεται ἠνεμίῃ·
Τόνδε γ' ἀλλοιόωντι νόῳ πλυστίσιος εὖρος
Ἤγεν ἀεὶ πτυοῦ ὅρμον ἐς εὐστοχίης.

Idem Latine.

Istud non scire est, quamplurima scire videri.
Istud sentire est non bene, multa loqui.
Sed quicunque loquax ventosæ mentis habenis
Versat agens animum turbidus instabilem,
Obloquiturq; alijs, interpellatq; loquentes,
Nec certum morbo scit posuisse modum:
Illum transuersum rapido celer impete turbo
In vanæ scopulos credulitatis agit.
At qui tuta regens animi moderamina cauti
Auræ tranquillis paruit ingenij:
Illum composita placidum lenis aura quiete
Egit adoptati litora consilij.

Ex Italico, ex tempore.

Ψυχὴ, καὶ Χάρων.

Ψ. Χάρων, Χάρων. Χ. τίς οὗτος αὐθάδης βοᾷ;
Ψ. Πιστός γ' ἐραστὴς τοῦ πέραν χρῄζων ὁδοῦ.
Χ. Φεῦ τῆς ἀνάγκης. καὶ τίς αὐθέντης ἔφυ,
Τίς αὐτόχειρ σοῦ; Ψ. δεινὸς, ὦ Χάρων, ἔρως.
Χ. Ἄλλην ἄπελθε. τοὺς ἐραστὰς οὐ περῶ.
Ψ. Ταύτην περάσω κἂν θέλῃς κἂν μὴ θέλῃς,
Ταύτην περάσω. ἐγὼ γὰρ αὖ τόσους ἔχω
Στερροὺς ὀϊστοὺς κῆρι, καὶ γλήναις λίβος,
Ὥστε σκάφος, κώπην τε, καὶ λίμνην ποιεῖν.

Certamus cum epigrammate Italico
rotundissimi argumenti.
ex tempore.

Ἤδη φροῦδον ἔλω ψυχῆς ἐπὶ χείλεσιν ἆθμα.
  Κὐ μακρὴ πειρῆν τῇδε θύραζεν ὁδός·
Ὁ πτῆμος μαλακαῖς, εὐωδείησι φλέγουσα
  Ἄλλη δυσπότμῳ ψυχῇ ἐπηντίασεν.
Ὦ γλυκεραὶ σύνοδοι, ὦ συμβολίη ἐρατεινή·
  Διοσσῶν γὰρ ψυχῶν ζεῦγος ἐναρμόδιον
Διὰ τὴν ἡμετέραις ζωὴν κραδίῃσιν ἔθηκεν
  Σὺν τῇ ἀμοιβαίῃ κηρὸς ἐπιβολίῃ.
Καί τε δοκῶν θανέειν διοσσὰς ψυχὰς μάλ' ἐπίασον.
  Καὶ δοκέοντα ζῆν μοῖρα κίχει θανάτου.
Εὖ μπης συντυχίῃ καὶ ἀλλοκότῳ περ ἔχαιρον.
  Ὦ ἐρατοὶ πόλεμοι, αἵ τε διχοστασίαι,
Αἵτινες ἀσπασίως ψυχὴν σὺν διπλαχῶς ἕνωσαν,
  Διπλῆν τε ζωὴν, διπλάσιον τε μόρον.

LIB. PRIMO ΑΝΘΟΛΟΓΙΑΣ.

Titulo εἰς θεούς.

Antipatri.

Mercurius, pueri, minimo placabilis. Ille
  Lacte, vel agresti melle litatus erit.
Non sic Alcides. Aries, aut agnus opimus
  Poscitur: aut aliquod de grege lecta pecus.
Dicis: At ille lupos arcet. quasi referat, vtrum
  Custos, anne rapax perdat ouile lupus.

LIBRO TERTIO,

Titulo εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας.

In Platonem.

Iustitia ante omnes praestantior atq; pudore
  Diuus Aristocles hac requiescit humo.
Si cui supra alios magnum sapientia nomen
  Fecit: maius habet, nec comes inuidia est.

Titulo εἰς νέους καὶ νέας.

Simonidis.

Ah ah dira luesnam quæ iuuenilibus annis
Inuidia, ætatis perpete flore frui?
Nam prius orbasti Timarchum lumine vita
Quam nupta potuit ora videre sua.

Titulo εἰς φιλοσόφους.

Antipatri in Platonem.

Terra sinu magno complectitur ossa Platonis:
Ast anima ordinibus sancta recepta Deum est.
Cuius Aristo pater, fruitur qui luce Deorum:
Quem bonus admirans vel procul omnis amat.

In eundem.

Cuius age insidet tumulo regina volantum?
Curve Deum æternam suspicis astra domum?
Umbra Platonis ego: cœli hic ad templa volauit:
Terrenum tellus Attica corpus habet.

Diogenis Laertii in eundem.

Ni Plato de Phœbo Græcus foret editus, ecquis
Qui morbos animis arte leuaret, erat?
Nam veluti morbos satus hoc Æsculapius omnes
Corporeos, animæ sic leuat ipse Plato.

Iulianem in eundem.

Est Plato de Phœbo satus, est Æsculapius, ambo:
Hic animi vt medicus, corporis ille foret.
Connubiale epulum celebrans migrauit in vrbem,
Quam Ioues in patria condidit ipse sibi.

LIBRO QVARTO.

Titulo εἰς εἰκόνας ἀρχαίων καὶ ἡρώων τινῶν.

Gemini, in statuam Salmonei.

Salmoneus ego sum, Polycleta opus: ille ego magnus
Salmoneus, telis qui Iouis obstrepui.

Rursus

Rursus apud manes vexor. mutamq; perorsus
Formam, fulmineo cælitus igne petit.
Parce animis, fulmen preme Iuppiter, en ego inane
Signum. cum muto bella quid are geris?

Titulo εἰς θεῶν καὶ θεαινῶν ἀγάλματα.

Democriti.

Cum Venus æquorei spumis salis vda capillos
Edita purpureis nuda nataret aquis.
Vuidulos roseo crines collegit ab ore,
Et salsas guttas strinxit vtraq; manu,
Hactenus extando qua fas. Si talis in vnda
Visa fuit, Martis pectora turbet amor.

EX LIBRO SEPTIMO.

Meleagri.

Dulce sonant, mea Zenophile, tua carmina, docto
Pollice, sic faueat Pan mihi, dulce sonant.
Quo fugiam te? me cingunt indagine amores,
Nec respirandi tempus & hora datur.
Vnde mihi formæ hæc aura appulit: aut ea Musa est,
Aut Charis est: eheu quid loquor? vror, amo.

Eiusdem.

Iam florent viola, atque imbri narcissus amicus:
Quæque altis gaudent lilia cana iugis.
Et tempestiuis iam florum flosculus annis
Zenophile Suada floret amœna rosa.
Prata quid o vano florum gaudetis honore?
Suauior est ipsis sancta puella rosis.

Eiusdem.

Connectam violas, connectam mollia myrta,
Narcissum & patulo lilia hiulca sinu,
Coryciosq; crocos, & purpureos hyacinthos,
Insuper & verna florea serta rosa:
Vt tibi ab vnguento caput Heliodora fragranti
Halet odoratis apta corona comis.

Incerti.

Me niue, me flammis, me fulminis igne laceſſe:
Per iuga, per freta me, ſi lubet, alta trahe.
Non vincar. nam quis rapido torretur amore,
Non queat, infeſto cum tonat, igne peti.

Poſidippi.

Te per ego noſtra ſupplex rogo carmina Muſæ,
Heliodora, meo pectore cedat Amor.
Perque tuos arcus, qui iam petiere nec vllum,
Tantum in me dociles mittere tela ſua.
Si pereo, vocem teſtantia carmina linquam:
Aſpicis, vt morti me dedit, hoſpes, Amor.

Agathiæ Scholaſtici.

Quiſquis amas, cane ſis delecto pectore fractus
Supplicibus ſolitas flebilis ora modis.
Propoſiti ſolidi tibi cura ſit, & tibi conſtent
Lumina contracto parca ſupercilio.
Nam nimis elatos contemnit fœmina faſtus,
Et nimis abiectum ridet amica virum.
Ille peritus erit, quicunque hæc miſcet, amator:
Et modico in faſtu pectora fracta gerit.

Pauli Silentiarij.

Quemcunque appetit rabida canis aere venenum,
Hic videt in medijs ſpectra canina vadis.
Forſan & infregit genuinum percitus in me.
Senſibus & totis me ſpoliauit Amor.
Nam mihi ſalſa tuos referunt maris æquora vultus,
Fluminaq;, & pleno pocula plena mero.

Eiuſdem.

Illa tui vultus quondam præſentis imago
Quam prius in noſtro pectore ſculpſit Amor,
Expunitur tibi: me miſeram: verum vna decoris
Corde meo ſpecies ſta: mihi ſcripta tui.

Scilicet

Scilicet hanc Orco hanc ostendam barbare Sols,
Criminis vt vindex Cre¯a sit vrna tui.

Eiusdem.

Vt cessat Cleophantis? adhuc iam tertia coepit
Lumine languidulo parca lucerna mori.
Ah pereat cordis sic flamma, vt flamma lucernæ:
Nec me peruigilis torreat illa face.
Ah, quoties Venerem iurauerat affore, primo
Vespere: nil homines, nil facit illa Deos.

Eiusdem.

Dum forte hesterno titubans vestigia potu
Vestibuli primas induo serta fores,
Hermonassa scyphi lympha me spargit: & illas
Turbat, quas vix lux struxerat vna, comas.
Sed magis vstus aqua magis arsi: nam scyphus ex hac
Mellito tacitas duxit ab ore faces.

Eiusdem.

Ceruice elata, contracta fronte, seuerus,
Nunc est virgines ludicra cura iocis.
Ante ratus teneram tumidus lasisse puellam,
Colla dedit: nunc spe decidit ipse sua.
Is modo fœmineas supplex iacit ore querelas:
Illa mares animos lumine torua gerit.
Virgo ferox, quamuis ira est iustissima caussa,
Parce animis: Nemesis tela propinqua time.

Macedonii Consulis.

Ensis vagina cur stringitur? haud vt iniqua
Sit Venus: aduro teq; tuumq; caput.
Sed Martem vt, quamuis immani pectore, noris
Sub veneris molli ponere colla iugo.
Iste mei desiderij est comes. haud opus vllo
Est speculo. hunc versans consulo semper ego.
Pulcher in hoc videor mihi. sed si linquis, amica,
Nos prius, hic ensis induet ille meum.

Agathiæ

Agathiæ Scholastici.

Non sum vinosus: vin' me deponere vino?
Hac, si tu libes pocula, lege bibam.
Admoris tua labra, nequibo sobrius esse:
Nec fas temeto posse carere mihi.
Nam transmissa tuis ad me fert suauia labris
Ille calix, narrans dona superba sua.

Eiusdem.

Forte duas inter solus, Mediusq; sedebam:
Illam ardebam, hanc non ladere certus eram.
Me que trahebat amans: ego furabundus at ipse
Non totis labris oscula parca dabam:
Alterius fallens ardores scilicet, eius
Dissidij causas amula verba timens.
Ingemui, dixique simul, Fortasis amari
Undique supplicium par, & amare mihi est.

Eiusdem.

Illa prius fastu turgens, iactare capillos
Sueta prius, nexu illa superba comis,
Sueta meis desiderijs illudere: formam
Perdidit: huic digitos ruga senilis arat.
Vbera subsidunt, cecidit frons, lumina marcent,
Annoso titubant balba labella sono.
Caniticm vindex voco numen amoris. & equum
Iudicat, & tumidis strenua pœna venit.

Eiusdem.

An desiderio mea tangeris ergo Philinna?
Langues exhaustis tabida luminibus?
An placidos carpis somnos, & nullius amoris
Respectus? cura, cura, nec vlla mea est?
Expectant te sæua vices, flentemque videbo
Imbre per indignas vsque cadente genas.
In multis Venus est varium & mutabile. solo hoc
Eximia: elatis semper tuiqua fuit.

Philodemi.

Philodemi.

Malum ego. me iecit qui te perit. annue amanti.
Xantippe. nostrum flos vtriusq; perit.

Eiusdem.

Nempe ambo alterno inrauimus ordine pactam,
Testis eris tu nox, tuq; lucerna fidem:
Vt neutri neutrum fas esset fallere, vobis
Testibus, accepta est, & data vtrinq; fides.
Irrita quae rapidis iactari dicit in vndis:
Alterius gremio hunc ecce lucerna vides.

Eiusdem.

Virgineè nec pubis hiat dum flos tibi: nec dum
Autumni liuet primitus vua tui:
Cum tamen acer Amor acuit iam cote sagittas
Lysidice, & tacito ventilat igne faces.
Ah fugite, o miseri, dum non ferit arcus, amantes:
Quam magnos mox est flamma datura rogos.

Rufini.

Muneribus formae Rhodope tumet: huicego salue
Dixi, cum fastu me resalutat ea.
Floriferis quoties intendi lumina sertis,
Calcat, inhumano prosubigitq; pede.
O ruga, o senium, citius properate, venite:
Et vobis Rhodopen flectere posse datum est.

Item

EX LIBRO PRIMO.

Antipatri.

Seu tibi fundatam puppim tenet anchora, siue
Portus habet, noli credere, nauta, mari.
En portu submersus Ion perit: ille natando
Ducere non potuit brachia victa mero.
O qui naue vehis, potum fuge: pontus Iacchum
(Tyrrheni ius hoc instituere) fugit.

Incerti

Multibibax & multiloquax anus hæc neq; natis,
Sed neq; natorum paupere patre gemit.
Hoc vnum est, quod flet vel busto condita: Baccho
Vas habile hoc, Bacchi quod sit inane, gemit.

Leonidæ.

Nexa doliorum, temulenta hic conditur
Anus Maronis. sculptus est tumulus super,
Cunctisq; noscendus Atticus calix.
Nunc vel sepulta non viro aut natis super
Flet, quos reliquit rerum egenos omnium:
Illud flet vnum, quod calix suanis est.

Argentarij.

Quæ Bacchum, quam qua nutrix lactauerat Ino,
Plus dilexit, anus garrula, Aristomache,
Postquam mandata est tumulo, terramque subiuit
Mortua iam, multo iamq; operata mero:
Hæc manes, ait, hæc vrnam mihi differ inanem,
Vt rores haustos ex Acheronte feram.
Nam peryt mihi virginitas. Hæc falsa locuta est,
Dolium apud manes nempe videre volens.

Antipatri.

Ergo rerum accusem, Bacchumne, incertus, an imbrem,
Nescio. lapsantes fallit vterque pedes.
Ecce, redis potus dum rure, Polyxene, funus
Condere, laboso præcipitate iugo.
Æolide & Smyrna situs es procul. ebrius ergo
Quisquis erit, pluuium nocte vertor iter.

Dioscoridis.

Hic Hieron amitam Silenida, pocula dura
Vincere quam duro non potuere mero,
Rure suo sepeliit functam: vt vel mortua, Bacchi
Nunc propius gratos flet tumulata lacus.

FINIS.

Errata.

Pag. 2. vers. 33. Privatusve. p. 3. v. 18. infectat. p. 33. v. 25. incudi. p. 58. *inter* 8. & 9. *versum pone*: Frustra receptis spiritus sacri notis. p. 65. v. 18. perpuiit. p. 68. v. 10. rigentes. p. 75. v. 28. eat. p. 90. v. 7. risus. p. 109. v. 23. cervus. p. 112. v. 11. periit. p. 114. v. 12. conspecta. p. 120. v. 29. flamina. p. 126. v. 10. cordis. p. 146. v. 10. Incipiam. p. 167. v. 7. me. p. 258. v. 1. E. ibid. v. 28. arcebit. p. 259. v. 8. fluctus. p. 260. v. 18. fœtat. p. 262. v. 34. bruma. p. 269. v. 23. dicet. p. 289. v. 4. plausisset. p. 303. v. 20. vera. p. 305. v. 11. aura. p. 313. v. 20. putere. p. 314. v. 4. aspirate. p. 320. v. 6. mulces. p. 363. v. 21. opima. p. 392. v. 33. optime. p. 406. v. 13. mente *delendum*. p. 407. v. 12. fruebatur. p. 408. v. 6. An ut. p. 423. v. 34. quas. p. 434. v. 19. saturant. p. 436. v. 18. invicto. p. ead. v. 22. protenta. p. 449. v. 21. expetant. p. 451. v. 28. metipsum. p. 465. v. 13. Refert. p. ead. v. 18. Offers. p. 472. v. 10. afflictem. p. 490 v. 24. Prodideris. p. 497. v. 29. meas. p. 504. v. 7. decores. p. 594. v. 9. mollicula. p. 598. v. 20. depeculatus. p. 599. v. 2. monumenta. p. 610. v. 24. pervigili. p. 612. v. 26. potitus. p. 677. v. 19. muris. p. 682. v. 30. Rictu.

Parte altera.

Pag. 5. v. 12. Illum. p. 6. v. 5. è. p. 12. v. 19. Dignaris. p. 13. v. 20. quæ te tota. *delendum* te. p. 26. v. 27. discrimina. p. 54. v. 15. numine. p. 88. v. 25. nubilas. p. 91. v. 3. uritque. ibid. v. 6. constitues. p. 116. v. 8. Diis. p. 119. v. 14. putris. p. 125. v. 21. Humeros. p. 130. v. 11. ibi. p. 131. v. 5. operta. p. 138. v. 7. ac. p. 160. v. 5. nimiaque. p. 161. v. 22. Ruris. p. 165. v. 24. Mite. p. 202. v. 9. Nam. p. 204. v. 1. Est. p. 207. v. 20. mala. p. 225. v. 14. substitere. v. sequente, potuerunt.